Geschenk von Sr. Excellenz dem
hochwürdigsten Herrn Erzbischof
Michael von Deinlein. 1860.

AGB
B 114

B 114

AESCHYLI DRAMATA

QUAE SUPERSUNT

ET

DEPERDITORUM

FRAGMENTA

GRAECE ET LATINE

K: B: GYMNAS: BIBLIOTHEK BAMBERG

RECENSUIT

ET

BREVI ANNOTATIONE

ILLUSTRAVIT

FRIDERICUS HENRICUS BOTHE

MAGDEBURGENSIS

LIPSIAE 1805

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APUD J. PAYNE ET MACKINLAY

ET W. H. LUNN

Staatliche
Bibliothek
Bamberg

IOANNI AXTIO

ΤΩΙ ΑΞΙΩΙ

PRINCIPIS HEREDITARII

SCHWARZBURGO-RUDOLSTADIENSIS

MAGISTRO

ERUDITISSIMO

IN AMICITIAE MEMORIAM

D. D.

EDITOR

PRAEFATIO.

Desiderabatur Aeschyli editio, quae et verba scriptoris quam fieri posset emendatissima praestaret, et locis difficilioribus brevi annotatione illustratis tum usui studiosae iuventutis inserviret, tum elegantiores homines, qui moles librorum refugere solent, alliceret. Id nos operis, absoluta Euripidis versione Germanica, nec non assidua Tragicorum ac poëtarum lectione Graecorum praeparati, cum tandem aggrederemur, in explicandis quidem rebus historicis ac grammaticis fere sequendum vidimus CHRISTIANUM GODOFREDUM SCHÜTZIUM, novissimum Aeschyli editorem, quem honoris causa nomino, in restituenda vero lectionum metrorumque

fide etsi multum profuerunt inprimis eiusdem Viri eruditissimi et GODOFREDI HERMANNI, harum literarum egregie periti, animadversiones, tamen longe plures, nec leves, remanebant scrupuli, quos nisi eximere nobis posse videremur, abiiciendum utique erat consilium. Tentavi igitur, audacius fortasse quam felicius, tentavi certe, verborum auctoritatem ubique explorando, interpretamenta, quae magis propria nostra est provincia, expungendo, denique metra, praesertim chorica, exigendo ad sensum pulcri historicamque veritatem. Quae utcunque mihi cesserit opera (multum autem deesse ad perfectionem, ipse sentio), viam certe muniisse dicar, qua nisi alii meliores perrexerint, nihil in hoc genere praestari poterit laevigatum et quasi omnibus numeris absolutum. Scribebam Berolini, mense Maio cIↃIↃcccv.

ΒΙΟΣ ΑΙΣΧΥΛΟΥ.

Αἰσχύλος ὁ Τραγικὸς, γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον, υἱὸς Εὐφορίωνος, Κυναιγείρου ἀδελφὸς καὶ Ἀμεινίου, ἐξ εὐπατριδῶν τὴν φύσιν ἔχων· νέος δὲ ἤρξατο τῶν τραγῳδιῶν, καὶ πολὺ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερῆρε κατά τε τὴν ποίησιν, καὶ τὴν διάθεσιν τῆς σκηνῆς, τήν τε λαμπρότητα τῆς χορηγίας, καὶ τὴν σκευὴν τῶν ὑποκριτῶν, τήν τε τοῦ χοροῦ σεμνότητα, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν,

VITA AESCHYLI.

Aeschylus Tragicus genere Atheniensis fuit, pago Eleusinius, filius Euphorionis, Cynaegiri et Aminiae frater, nobili oriundus familia. Tragoedias scribere admodum iuvenis instituit, atque eos qui praecesserunt tam poësi, quam scenae dispositione, apparatus splendore, histrionum ornatu, chorique gravitate longe supereminuit. Unde Aristophanes,

Ἀλλ', ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ,
Καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον. —

Συνεχρόνισε δὲ Πινδάρῳ, γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοςὴν Ὀλυμπιάδα. Γενναῖον δέ φασιν αὐτὸν, καὶ μετασχεῖν τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης σὺν τῷ ἀδελφῷ Κυναιγείρῳ, τῆς τε ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας σὺν τῷ νεωτέρῳ ἀδελφῷ Ἀμεινίᾳ, καὶ τῆς ἐν Πλαταιαῖς πεζομαχίας.

Κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τῆς ποιήσεως, ζηλοῖ τὸ ἁδρὸν ἀεὶ καὶ ὑπέρογκον, ὀνοματοποιΐαις τε καὶ ἐπιθέτοις, ἔτι δὲ καὶ μεταφοραῖς, καὶ πᾶσι τοῖς δυναμένοις ὄγκον τῇ φράσει περιθεῖναι, χρώμενος· αἵ τε διαθέσεις τῶν δραμάτων οὐ πολλὰς αὐτῷ περιπετείας καὶ πλοκὰς ἔχουσιν,

Sed tu princeps o Graecorum tumida ampullate Camoena,
Et decus addens Tragicis nugis. —

Aequalis fuit Pindari, natus Olympiade quadragesima. Magnanimum fuisse aiunt, et proelio ad Marathonem una cum fratre Cynaegiro interfuisse, ut et pugnae navali ad Salaminem cum iuniori fratre Aminia, et pedestri ad Plataeas.

Porro quoad poësin, magnum ubique et sublime affectat, onomatopoeiis et epithetis metaphorisque, et omni quod stilo pondus addere posset, usus; nec multas peripetias et implexus habent dispositiones dramatum, sicut fit apud

ὡς παρὰ τοῖς νεωτέροις· μόνον γὰρ σπουδάζει τὸ βάρος περιτιθέναι τοῖς προσώποις, ἀκραῖον εἶναι κρίνων τουτὶ τὸ μέρος, μεγαλοπρεπές τε καὶ ἡρωϊκὸν, τὸ δὲ πανοῦργον, κομψοπρεπές τε καὶ γνωμολογικὸν, ἀλλότριον τῆς τραγῳδίας ἡγούμενος· ὥςτε διὰ τὸ πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων κωμῳδεῖται παρὰ Ἀριςοφάνους. Ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ, ἕως τρίτης ἡμέρας ἐπικαθημένη τῷ τάφῳ τῶν παίδων, οὐδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη· ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται, πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα. Τινὲς δέ φασιν, ἐν τῇ ἐπιδείξει τῶν Εὐμενίδων σποράδην εἰςαγαγόντα τὸν χορὸν,

recentiores: dignitatem enim addere personis unice studet, summum hoc censens, magnificum et heroïcum; at vafrum, elegans et sententiosum a tragoedia alienum. Itaque quod affectata personarum gravitate abundet, comice ab Aristophane perstringitur. Quippe in tragoedia, quae Niobe inscribitur, ipsa Niobe usque ad diem tertium obnupto vultu sepulchro liberorum insidens nihil loquitur: quinetiam in Hectoris lutris Achilles similiter opertus nihil effatur, praeter pauca quaedam sub initio alternatim ad Mercurium. Referuntque nonnulli, dum Eumenidas exhibuerit, tumultuose ingre-

τοσοῦτον ἐκπλῆξαι τὸν δῆμον, ὥςτε τὰ μὲν νήπια ἐκψύξαι, τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι. Διὸ ἐκλογαὶ μὲν παρ᾽ αὐτῷ τῇ κατασκευῇ διαφέρουσαι πάμπολλαι ἂν εὑρεθεῖεν, γνῶμαι δὲ ἢ συμπάθειαι, ἢ ἄλλο τι τῶν δυναμένων εἰς δάκρυα ἀγαγεῖν, οὐ πάνυ· ταῖς τε γὰρ ὄψεσι καὶ τοῖς μύθοις πρὸς ἔκπληξιν τερατώδη μᾶλλον ἢ πρὸς ἀπάτην κέχρηται.

Ἀπῆρε δὲ ὡς Ἱέρωνα, τὸν Σικελίας τύραννον, κατά τινας μὲν, ὡς ὑπὸ Ἀθηναίων κατασπουδασθεὶς, καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ, κατὰ δὲ ἐνίους, ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ

diente choro, ita perculsum terrore populum, ut infantuli deliquium, gravidae abortum paterentur. Quo fit, ut eclogae apud eum dispositione excellentes reperiantur plurimae, sententiae vero, sympathiae, vel aliud quicquam quod lacrimas eliciat, prorsus nullae: etenim spectaculis et fabulis magis ad prodigiosum stuporem commovendum quam ad deceptionem est usus.

Ad Hieronem, Siciliae tyrannum, se contulit, secundum quosdam, quod ab Atheniensibus posthabitus et a Sophocle adolescente victus fuerit: secundum alios vero, quod a Simonide elegiaco quodam carmine in eos, qui ad Marathonem occubuerant, superatus: elegia enim molli-

γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐςὶν ἀλλότριον. Ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἰτναίας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. Καὶ σφόδρα τῷ τυράννῳ Ἱέρωνι καὶ τοῖς Γελώοις τιμηθεὶς, ἐπιζήσας τρίτον ἔτος, ὢν ἐτῶν πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα, τοῦτον ἐτελεύτα τὸν τρόπον· ἀετὸς χελώνην ἁρπάσας, ὡς ἐγκρατὴς γενέσθαι τῆς ἄγρας οὐκ ἴσχυεν, ἀφίησι κατὰ πετρῶν αὐτὴν, συνθλάσων τὸ δέρμα· ἡ δὲ ἐνεχθεῖσα κατὰ τοῦ ποιητοῦ, φονεύει αὐτόν. Χρησμὸς δὲ ἦν αὐτῷ δοθεὶς οὕτως,

tie quadam ad miserationem commovendam apta gaudet, a quo Aeschylus, ut dixi, alienus. In Siciliam igitur delatus, quo tempore Hieron Aetnam conderet, Aetnaeas tragoediam exhibuit, vitam felicem urbem incolentibus auspicatus. Multumque ab Hierone tyranno et Geloïs in honore habitus, cum tres ibi annos egerat, sexaginta quinque natus, in hunc modum obiit: aquila, arrepta testudine, cum praedae compos fieri non posset, in saxa demisit eam, quo concham effringeret: quae poëtae capiti illisa eum interfecit. Quippe oraculum ei datum hoc fuit:

Οὐράνιόν σε βέλος τι κατακτανεῖ. —

Ἀποθανόντα δὲ Γελῷοι πολυτελῶς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι θάψαντες, ἐτίμησαν μεγαλοπρεπῶς, ἐπιγράψαντες οὕτως,

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.
Ἀλκὴν δ᾽ εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι,
Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιςάμενος.

Εἰς τὸ μνῆμα δὲ φοιτῶντες, ὅσοις ἐν τραγῳδίαις ἦν ὁ βίος, ἐνήγιζόν τε καὶ τὰ δράματα ὑπεκρίνοντο. Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἠγάπησαν Αἰσχύλον, ὡς ψηφίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου χορὸν λαμβάνειν.

Te telum coeleste neci dabit. —

Mortuum igitur Geloï sumtuose inter publica monumenta sepelientes magnifice honorarunt, hoc inscripto epitaphio:

Aeschylon Euphorionis, Athenarum genus, haec iam
Terra Gelae condit marmore triticea.
Virtutis specimen, Marathonie campe, fateris,
Atque, experte tuo, Mede comate, malo.

Ad sepulcrum autem ventitantes, quotquot tragoediis operam navarunt, parentabant et dramata egerunt. Tanto vero in pretio habuerunt Aeschylum Athenienses, ut etiam post mortem eius decretum ferrent, quicunque Aeschyli fabulas docere vellet, choro donatum iri.

ΑΛΛΟΥ ΤΙΝΟΣ.

Ἐβίωσε δὲ ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ἑβδομήκοντα, καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἀμφὶ τὰ πέντε. Νίκας δὲ τὰς πάσας εἴληφε τρειςκαίδεκα· οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ μετὰ τελευτὴν ἀπηνέγκατο.

ALIUS CUIUSDAM.

Vixit autem sexaginta tres annos, et dramata sexaginta sex composuit, praeterque haec satyrica circiter quinque. Victorias tredecim obtinuit, nec paucas post mortem adeptus est.

ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ

ΤΩΝ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΔΡΑΜΑΤΩΝ ΚΑΤΑ ΣΟΙΧΕΙΟΝ.

Ἀγαμέμνων. Ἀθάμας. Αἰγύπτιοι. Αἰτναῖαι γνήσιοι. Αἰτναῖαι νόθοι. Ἀμυμώνη. Ἀργεῖοι. Ἀργὼ, ἢ Κωπευςής. Ἀταλάντη. Βάκχαι. Βασσάραι. Γλαῦκος Ποτνιεύς. Δαναΐδες. Δικτυουλκοί. Ἐλευσίνιοι. Ἐπίγονοι. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Εὐμενίδες. Ἠδωνοί. Ἡλιάδες. Ἡρακλεῖδαι. Θεωροὶ, ἢ Ἰσθμιαςαί. Θρᾶσσαι. Ἱκέτιδες. Ἰξίων. Ἰφιγένεια. Κάβειροι. Καλλιςώ. Κᾶρες, ἢ Εὐρώπη. Κερκύων. Κήρυκες. Κίρκη σατυρική. Κρῆσσαι. Λάϊος. Λέων. Λήμνιοι. Λυκοῦργος. Μέμνων. Μυρμιδόνες. Μυσοί. Νεανίσκοι. Νεμέα. Νηρηΐδες. Νιόβη. Ξάντριαι. Οἰδίπους. Ὅπλων κρίσις. Ὀςολόγοι. Πενθεύς. Περῤῥαιβίδες. Πέρσαι. Πηνελόπη. Πολυδέκτης. Προμηθεὺς δεσμώτης. Προμηθεὺς λυόμενος. Προμηθεὺς πυρφόρος. Προπομποί. Πρωτεύς. Σαλαμίνιοι. Σεμέλη, ἢ Ὑδροφόρος. Σίσυφος δραπέτης. Σφίγξ. Τήλεφος. Τοξότιδες. Τροφοί. Ὑψιπύλη. Φιλοκτήτης. Φορκίδες. Φρύγες, ἢ Ἕκτορος λύτρα. Χοηφόροι. Ψυχαγωγοί. Ψυχοςασία.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ΙΩ.

ΕΡΜΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν·
Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς,
Ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις
Ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι,
Ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις·
Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. τοιᾶσδέ τοι
Ἁμαρτίας σφὲ δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,

SCENA I.

ROBUR ET VIS, PROMETHEUS, VULCANUS.

ROBUR. Telluris equidem ad extremas pervenimus oras, Scythicam in regionem, inaccessam in solitudinem. te vero oportet, Vulcane, mandata curare, quae tibi pater dedit, illumque facinorosum ad saxi huius altissimum praecipitium ferrearum catenarum insolubilibus vinculis affigere: tuum enim ornamentum, ignis, artium fontis, iubar hominibus furtim divisit. huiusce igitur delicti poenas oportet eum diis expen-

Ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
Στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Κράτος, Βία τε, σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς
Ἔχει τέλος δὴ, κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι·
Ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν
Δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυςχειμέρῳ.
Πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδέ μοι τόλμαν σχέθειν·
Ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ.
Τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ,
Ἄκοντά σ' ἄκων δυςλύτοις χαλκεύμασι
Προςπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ,
Ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
Ὄψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ
Χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος· ἀσμένῳ δέ σοι
Ἡ ποικιλείμων Νὺξ ἀποκρύψει φάος,
Πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν·

dere, ut in posterum discat Iovis imperium revereri, nimiumque mortalium amorem deponere.

Vulcanus. O Robur et Vis, quantum in vobis est, Iovis mandata iam peracta sunt, nihilque vos amplius moratur. ego vero non sustineo cognatum mihi deum ad tempestuosum hunc rupis recessum violenter deligare. Omnino tamen me id aggredi necessitas iubet: grave enim est patris iussa negligere. — O Themidis iuris amantissimae callide fili, invitus invitum te insolubilibus ferramentis scopulo huic inhospitali affigam, ubi nullius mortalium neque vocem neque faciem videbis, ac ferventibus solis radiis tostus florem coloris perdes; lubenti vero tibi Nox velamine stellis variegato lucem abscondet, et sol rursus pruinae matuti-

Ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ
Τρύσει σ'· ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ που.
Τοιαῦτ' ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου·
Θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον
Βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης·
Ἀνθ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν,
Ὀρθοστάδην, ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ·
Πολλοὺς δ' ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς
Φθέγξει· Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες·
Ἅπας δὲ τραχὺς, ὅστις ἂν νέον κρατῇ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Εἶεν. τί μέλλεις καὶ κατοικτίζει μάτην;
Τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεὸν,
Ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Τὸ ξυγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία.

num frigus dissolvet; semperque praesentis miseriae te aegritudo macerabit: nemo enim est, qui te liberet. Hunc igitur fructum cepisti tui in homines amoris; deus enim deorum iram haud reveritus mortalibus praeter ius fasque dona divisisti; quapropter illaetabilem hunc scopulum servabis, statu erecto, insomnis, nunquam genu flexurus. multas autem querelas eiulatusque inutiles emittes: inexorabilis enim est Iovis animus, et asperi sunt omnes, qui nuper demum regnum invaserunt.

Robur. Consentio. Quid sibi vult ista cunctatio et vana miseratio? Cur istum diis invisissimum non item odio prosequeris deum, qui munus tibi tributum hominibus prodidit?

Vulcanus. Magnam nimirum vim habet consanguinitas et consuetudo.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ξύμφημ'· ἀνηκουςεῖν δὲ τῶν πατρὸς λόγων
Οἷόν τε πῶς; οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ἀεί γε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι· σὺ δὲ
Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία!

ΚΡΑΤΟΣ.

Τί νιν ςυγεῖς; πόνων γὰρ, ὡς ἁπλῷ λόγῳ,
Τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ἔμπας τὶς αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἅπαντ' ἄπρακτ', ἣν πληθύωσι κοίρανοι.
Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐςὶ πλὴν Διός.

Robur. Largior; at patris iussa cuinam fas est negligere? Nonne hoc magis metuis?

Vulc. Tu quidem semper immitis es et audaciae plenus.

Robur. Nec quidquam prodest hunc lamentari; tu igitur noli de inutilibus frustra laborare.

Vulc. Heu nimis exosum manuum ministerium!

Robur. Cur istud aversaris? praesentium enim malorum, ut breviter et aperte dicam, ars tua causa non est.

Vulc. Sane alii cuidam ea obtigisse debuit.

Rob. Omnia infecta manent, ubi multi domini imperant. Praeter Iovem autem liber est nemo.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ἔγνωκα τοῖσδε, κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.

ΚΡΑΤΟΣ.

Οὔκουν ἐπείξει δεσμὰ τῷδε περιβαλεῖν,
Ὡς μή σ' ἐλινύοντα προσδερχθῇ πατήρ;

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα.

ΚΡΑΤΟΣ.

Λαβών νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει
Ῥαιστῆρι θεῖνε, πασσάλευε πρὸς πέτραις.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Περαίνεται δὴ κοὐ ματᾷ τοὔργον τόδε.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἄρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῇ χάλα!
Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ἄραρεν ἥδε γ' ὠλένη δυσεκλύτως.

Vulc. Id ex hisce cognovi, neque habeo quod contra dicam.

Robur. Quin igitur festinas hunc vinculis circumstringere, ne forte te cunctantem pater videat?

Vulc. Atqui iam catenas brachiales ante oculos positas videre est.

Robur. Captas eas valida vi circum manus malleo tunde, ad petram affige!

Vulc. Iam perficitur opus, nec frustra est.

Robur. Fortius tunde, constringe, nuspiam laxa! hic enim vel inextricabilibus expedire se potest.

Vulc. Hoc quidem brachium sic alligatum est, ut aegre solvi possit.

ΚΡΑΤΟΣ.

Καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς, ἵνα
Μάθῃ σοφιστὴς ὢν Διὸς νωθέστερος.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον
Στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐῤῥωμένως!

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Αἶ αἶ, Προμηθεῦ! σῶν ὕπερ στένω πόνων.

ΚΡΑΤΟΣ.

Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ
Στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ὁρᾷς θέαμα δυςθέατον ὄμμασιν.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ὁρῶ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων.
Ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε!

Robur. Et alterum iam firmiter adstringe, ut sentiat se sapientia Iove inferiorem esse.

Vulc. Sane, praeter hunc, nemo operam meam iure vituperaverit.

Robur. Improbum iam ferrei cunei dentem per pectus adige firmiter!

Vulc. Heu heu, Prometheu! propter tuas aerumnas ingemisco.

Robur. Tu vero iterum tergiversaris et Iovis inimicorum causa ingemiscis? Cave ne tui ipsius aliquando te misereat.

Vulc. Vides spectaculum oculis grave.

Robur. Video meritas hunc poenas luentem. Sed lateribus catenas iniice!

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Δρᾷν ταῦτ' ἀνάγκη. μηδὲν ἐγκέλευ' ἄγαν.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἦ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε πρός.
Χώρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ!

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Καὶ δὴ πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἐῤῥωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας,
Ὡς οὐπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σοι γηρύεται.

ΚΡΑΤΟΣ.

Σὺ μαλθακίζου, τὴν δ' ἐμὴν αὐθαδίαν
Ὀργῆς τε τραχύτητα μὴ 'πίπλησσ' ἐμοί.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Στείχωμεν, ὡς κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει.

Vulc. Necesse est hoc facere. aufer mihi istam imperandi molestiam.

Robur. Imo vero imperabo et altiore insuper voce clamabo. Descende iam et crura violenter annulis cinge.

Vulc. Atqui iam parvo labore confectum est istuc negotii.

Robur. Firmiter nunc perforatas pedicas affige; gravis enim est huius operis exactor.

Vulc. Digna sunt forma tua, quae dicis.

Robur. Quin tu emollire; meam vero pervicaciam et animi asperitatem ne exprobra mihi.

Vulcan. Abeamus; nam omnibus iam membris irretitus est.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα
Συλῶν ἐφημέροισι προςτίθει. τί σοι
Οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;
Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα
Καλοῦσιν. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως,
Ὅτῳ τρόπῳ τῆςδ' ἐκκυλισθήσει τύχης.

Robur. Hic igitur superbi, deorumque ornamenta, abs te erepta, ephemeris divide! Quanam parte horum laborum te levare mortales possunt? Falso te dii Promethea appellant; tibi enim ipsi provisore opus est, quo pacto te ex his malis emergas.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΜΟΝΟΣ.

Ὦ δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαὶ,
Ποταμῶν τε πηγαὶ, ποντίων τε κυμάτων
Ἀνήριθμον γέλασμα, παμμῆτόρ τε γῆ
(Καὶ τὸν πανόπτην ἡλίου κύκλον καλῶ),
Ἴδεσθέ μ', οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός!
Δέρχθηθ' οἵαισιν ἐν αἰκίαις
Διακναιόμενος
Τὸν μυριετῆ χρόνον ἀθλεύσω!
Τοιόνδ' ὁ νέος ταγὸς μακάρων
Ἐξεῦρ' ἐπ' ἐμοὶ δεσμὸν ἀεικῆ.
Φεῦ, φεῦ, τὸ παρὸν
Τό τ' ἐπερχόμενον πῆμα στενάχω.
Πῆ ποτε μόχθων
Χρὴ τέρματα τῶνδ' ἐπιτεῖλαι;

SCENA II.

PROMETHEUS SOLUS.

O immense aër, vosque celeres venti, et fluminum fontes, maritimorumque fluctuum innumerabiles cachinni, atque omniparens terra (nec non solis orbem, omnia cernentem, invoco), videte, qualia a diis, deus ipse, mala patiar! Adspicite me, quantis plagis maceratum, per infinitam annorum seriem laboraturum! Talia tam immitia adversus me vincula excogitavit novus deorum beatorum tyrannus. Heu, heu, et praesenti et futurae calamitati ingemisco. Quando tandem horum laborum finis ac terminus exoriri debet? —

Καίτοι τί φημι; πάντα προὐξεπίςαμαι
Σκεθρῶς τὰ μέλλοντ', οὐδ' ἐμοὶ ποταίνιον
Πῆμ' οὐδὲν ἥξει. τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ
Αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷςα, γιγνώσκονθ' ὅτι
Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔς' ἀδήριτον σθένος.
Ἀλλ' οὔτε σιγᾷν, οὔτε μὴ σιγᾷν τύχας
Οἷόν τ' ἐμοὶ τάσδ' ἐςι. θνητοῖς γὰρ γέρα
Πορὼν, ἀνάγκαις ταῖσδ' ὑπέζευγμαι τάλας·
Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς
Πηγὴν κλοπαίαν, ἣ διδάσκαλος τέχνης
Πάσης βροτοῖς πέφηνε, καὶ μέγας πόρος.
Τοιῶνδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω,
Ὑπαίθριος δεσμοῖσι πασσαλευτὸς ὤν.

Enim vero quid aio? Omnia, quae futura sunt, clare praevideo, neque mihi ullum inopinato malum accidet. Quae autem fato decreta sunt, aequissimo animo ferenda sunt ei, qui inexpugnabilem esse vim necessitatis intellexerit. Sed mihi neque tacendi, neque non tacendi hanc fortunam copia est: mortalibus enim ornamenta praebendo hisce ego fatis subiugatus sum miser; furtivum enim ignis fontem ferula reconditum venabar, qui quidem omnis generis artium magister hominibus emicuit, et magnum praesidium. Talium igitur delictorum poenas luo, sub dio catenis affixus.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἆ, ἆ, ἔα, ἔα!
Τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής,
Θεόσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη,
Τερμόνιον ἐπὶ πάγον,
Πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;
Ὁρᾶτε δεσμώτην με δύσποτμον θεὸν,
Τὸν Διὸς ἐχθρὸν, τὸν πᾶσι θεοῖς
Δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ', ὁπόσοι
Τὴν Διὸς αὔλειον ἐσοιχνεῦσιν,
Διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν!
Φεῦ, φεῦ, τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω
Πέλας οἰωνῶν; αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς

SCENA III.

PROMETHEUS. CHORUS OCEANITIDUM NYMPHARUM.

Prometheus. Heu! heu! quis sonus, quisve odor invisibilis me advolavit, divinusne an humanus an medioxumus, ad extremam hanc rupem, labores meos spectatum, aut quid aliud cupiens? Videte quaeso vinctum me infelicem deum, Iovi invisum omnibusque aliis diis, quotquot Iovis aulam ingrediuntur, ob nimiam humani generis caritatem exosum! Vae! vae! Quemnam tandem iterum audio avium clangorem hic prope volantium? aër autem levibus alarum verbe-

Πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.
Πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προςέρπον.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'. Μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἥδε τάξις
Πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις
Προςέβα τόνδε πάγον, πατρῴας
Μόγις παρειποῦσα φρένας
(Κραιπνοφόροι δέ μ' ἔπεμψαν αὖραι)·
Κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῇξεν ἄντρων
Μυχὸν, ἐκ δ' ἔπληξέ μοι τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ·
Σύθην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ,
Τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα,
Τοῦ περὶ πᾶσάν θ' εἱλισσομένου
Χθόν' ἀκοιμήτῳ ῥεύματι παῖδες
Πατρὸς Ὠκεανοῦ,
Δέρχθητ', ἐςίδεσθ', οἵῳ δεσμῷ
Προςπορπατὸς τῆςδε φάραγγος

ribus perstrepit! Omnia, quae mihi appropinquant, formidabilia.

Chorus. Noli quicquam timere: amica enim haec sodalitas alterno celerum alarum remigio ad hunc scopulum accessit, animo paterno aegre persuaso (veloces autem nos aurae advexerunt); sonus enim ex ferri stridore in antri nostri recessum penetravit, et excussit mihi amabilem verecundiam; citoque adveni discalceata curru alifero.

Prometh. Heu, heu, Tethyos multis liberis gaudentis genus, et patris Oceani, terram irrequieto flumine cingentis, filiae! Videte, adspicite, quibus vinculis

Σκοπέλοις ἐν ἄκροις
Φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. ά. Λεύσσω, Προμηθεῦ. Φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις
Ὁμίχλη προσῇξε πλήρης
Δακρύων, σὸν δέμας εἰσιδούσῃ
Πέτρᾳ προσαυαινόμενον
Ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.
Νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου,
Νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει,
Τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν ἀϊστοῖ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν τ' Ἅιδου
Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον
Τάρταρον ἧκεν, δεσμοῖς ἀλύτοις
Ἀγρίως πελάσας, ὡς μήτε θεὸς,
Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγήθει!
Νῦν δ' αἰθέριον κίνυγμ' ὁ τάλας
Ἐχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα.

affibulatus in summis huius praecipitii scopulis excubias haud invidendas acturus sim.

Chor. Videmus, Prometheu, horribilisque oculis nostris offunditur nebula lacrymarum plena, cum corpus tuum hic ad petram videmus ferreis his noxis intabescere. Novi enim gubernatores obtinent Olympum, novisque sane legibus Iupiter haud legitime imperat, et, quae antea fuerunt ingentia, nunc delet.

Prometh. Utinam vero me sub terram et infra Plutonem mortuos recipientem in immensum Tartarum deturbasset, insolubilibus vinculis saeve constrictum, ut neque Deus nec quisquam alius his malis laetaretur! nunc autem miser ego, ventorum ludibrium, inimicis gaudio sum.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. β'. Τίς ὧδε τλησικάρδιος θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ;
Τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς
Τεοῖσι, δίχα γε Διός; ὁ δ' ἐπὶ κότοις ἀεὶ
Θέμενος ἄγναμπτον νόον, δάμναται
Οὐρανίαν γένναν· οὐδὲ λήξει
Πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ, ἢ παλάμᾳ τινὶ
Τὰν δυσάλωτον ἕλῃ τις ἀρχάν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ μὴν ἔτ' ἐμοῦ, καίπερ κρατεραῖς
Ἐν γυιοπέδαις αἰκιζομένου,
Χρείαν ἕξει μακάρων πρύτανις,
Δεῖξαι τὸ νέον βούλευμ', ὑφ' ὅτου
Σκῆπτρον τιμάς τ' ἀποσυλᾶται.
Καί μ' οὔτι μελιγλώσσοις πειθοῦς
Ἐπαοιδαῖσιν θέλξει, στερεάς
Τ' οὔποτ' ἀπειλὰς πτήξας, τόδ' ἐγὼ
Καταμηνύσω, πρὶν ἂν ἐξ ἀγρίων

Chorus. Quis deorum tam durum habeat animum, ut ei haec laetabilia sint? Quis mala tua non commisereatur, Iove scilicet excepto? hic enim iris semper inflexibili ingenio intentus, Coeli progeniem domat, nec prius desinet, quam aut animum expleverit, aut ei dolo quodam imperium occupatu difficile aliquis eripuerit.

Prometheus. Profecto me olim, quamvis nunc firmis compedibus vexato, opus habebit beatorum rex, ad indicandum ei novum consilium, quo sceptro et honore spoliabitur. Quamquam me nunquam mellifluis Suadae incantationibus demulcebit, neque unquam ego rigidas eius minas veritus, hoc ei aperiam, priusquam ex saevis his vinculis

Δεσμῶν χαλάσῃ, ποινάς τε τίνειν
 Τῆςδ' αἰκίας ἐθελήσῃ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. Σὺ μὲν θρασύς τε καὶ πικραῖς δύαισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς,
 Ἄγαν δ' ἐλευθεροστομεῖς·
Ἐμὰς δὲ φρένας ἠρέθισε διάτορος φόβος·
 Δέδια γ' ἀμφὶ σαῖς τύχαις, πᾶ ποτε
 Τῶνδε πόνων χρή σε τέρμα κέλσαν-
τ' ἐσιδεῖν. ἀκίχητα γὰρ ἤθεα καὶ κέαρ
 Ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οἶδ' ὅτι τραχὺς, καὶ παρ' ἑαυτῷ
Τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς· ἀλλ' ἔμπας
 Μαλακογνώμων
Ἔσται ποθ', ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ,
Τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν
Εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
 Σπεύδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει.

me laxarit, et mihi pro iniuria hac illata satisfecerit.

Chor. Tu quidem ferox es, et acerbis calamitatibus nil cedis, sed nimis libere vociferaris; meum autem animum acris sollicitat metus: metuo enim de fortuna tua, vereorque quorsum tandem appulsus horum laborum finem visurus sis: mores enim intractabiles inexorabilemque animum habet Saturni filius.

Prometh. Scio asperum esse Iovem, eique pro iure et ratione voluntatem stare; attamen aliquando mollietur eius animus, ubi hac ratione fuerit contusus, et ira obstinata repressa tandem in concordiam et amicitiam mecum cupiente cupiens redibit.

ΧΟΡΟΣ.

Πάντ' ἐκκάλυψον καὶ γέγων' ἡμῖν λόγον,
Ποίῳ λαβών σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάματι
Οὕτως ἀτίμως καὶ πικρῶς αἰκίζεται·
Δίδαξον ἡμᾶς, εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐςὶν τάδε,
Ἄλγος δὲ σιγᾷν· πανταχῇ δὲ δύςποτμα.
Ἐπεὶ τάχις' ἤρξαντο δαίμονες χόλου,
Στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο,
Οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρης Κρόνον,
Ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοὔμπαλιν
Σπεύδοντες ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν·
Ἐνταῦθ' ἐγὼ τὰ λῷςα βουλεύων πιθεῖν
Τιτᾶνας, Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα,
Οὐκ ἠδυνήθην· αἱμύλας δὲ μηχανὰς
Ἀτιμάσαντες καρτεροῖς φρονήμασιν,
Ὤιοντ' ἀμοχθεὶ πρὸς βίαν τε δεσπόσειν.

Chorus. Rem omnem nobis aperi et clare enarra, quo in crimine te Iupiter deprehensum tam ignominiosis et acerbis poenis affligat. haec nos doce, nisi quid te narratio offendat.

Prometh. Tristia quidem mihi haec sunt etiam dictu, molestum tamen est silere; nempe ubique est miseria. Cum primum dii alii aliis irasci coeperunt seditione inter eos coorta, aliis quidem Saturnum solio deturbare volentibus, ut scilicet Iupiter regnaret, aliis vero contra nitentibus, ne unquam Iupiter diis imperaret; ibi ego, quamvis optime consulens, Titanas tamen Coeli et Terrae filios permovere non potui; mitia vero remedia asperis animis aspernati, sine negotio per vim se regnum adepturos esse sperabant.

Ἐμοὶ δὲ μήτηρ, οὐχ ἅπαξ μόνον, Θέμις,
Καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,
Τὸ μέλλον ᾗ κραίνοιτο προὐτεθεσπίκει,
Ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν
Χρείη, δόλῳ δὲ, τοὺς ὑπερσχόντας κρατεῖν.
Τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἐξηγουμένου,
Οὐκ ἠξίωσαν οὐδὲ προςβλέψαι τὸ πᾶν.
Κράτιςα δ' ἧμιν τῶν παρεςώτων τότε
Ἐφαίνετ' εἶναι, προςλαβόντα μητέρα,
Ἑκόνθ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραςατεῖν.
Ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς
Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον,
Αὐτοῖσι συμμάχοισι. Τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ
Ὁ τῶν θεῶν τύραννος ὠφελημένος,
Κακαῖσι ποιναῖς ταῖςδέ μ' ἐξημείψατο·
Ἔνεςι γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι
Νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι.
Ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ', αἰτίαν καθ' ἥντινα

Mihi autem non semel tantum mater Themis et Tellus, quae multis una nominibus gaudet, futurum ut eventurum esset praedixerat, eos, qui essent rerum potituri, non robore aut vi, sed dolo victuros. Quae cum iis sermone exponerem, prorsus ne animum quidem advertere dignati sunt. Optimum igitur mihi in praesentiarum videbatur, matre assumta, meapte sponte lubenti Iovi assistere. Atque ita meis consiliis Tartari profunda vorago grandaevum Saturnum una cum sociis occultat. Talibus a me beneficiis affectus deorum tyrannus malam hanc mercedem mihi retribuit. Inest enim quodammodo tyrannidi hic morbus, ut amicis diffidat. Quod vero interrogatis, quam ob causam

Αἰκίζεταί με, τοῦτο δὴ σαφηνιῶ.
Ὅπως τάχιςα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
Ἐκαθέζετ᾽, εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
Ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεςοιχίζετο
Ἀρχήν· βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
Οὐκ ἔσχεν οὐδέν᾽, ἀλλ᾽ ἀϊςώσας γένος
Τὸ πᾶν ἔχρηζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.
Καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ·
Ἐγὼ δὲ τόλμαις ἐξερυσάμην βροτοὺς
Τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.
Τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι,
Πάσχειν μὲν ἀλγειναῖσιν, οἰκτραῖσιν δ᾽ ἰδεῖν·
Θνητοὺς δ᾽ ἐν οἴκτῳ προθέμενος τούτου τυχεῖν
Οὐκ ἠξιώθην αὐτὸς, ἀλλ᾽ ἀνηλεῶς
Ὧδ᾽ ἐῤῥύθμισμαι, Ζηνὶ δυςκλεὴς θέα.

ΧΟΡΟΣ.

Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος,
Ὅςτις, Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ ξυνασχαλᾷ

me vexet, hoc iam exponam. Quum primum in solio paterno consederat, statim diis aliis alia munera distribuit atque ita imperium sibi stabilivit; miserorum vero mortalium rationem nullam habuit, sed universo genere deleto novum aliud creare constituit. Et his quidem consiliis nemo se opposuit praeter me; ego vero audacia mea liberavi mortales, ita ut ne plane deleti in Orcum descenderent. Propterea igitur his calamitatibus premor, ad tolerandum quidem molestis, adspectu autem miserabilibus; et mortalibus misericordiam impertitus ipse ea dignus habitus non sum, sed immaniter hunc in modum tractatus, indignum Iove spectaculum.

Chorus. Ferreo animo natum et ex saxo genitum esse oportet, qui tuis, Prome-

Μόχθοις· ἐγὼ γὰρ οὔτ' ἂν εἰσιδεῖν τάδε
Ἔχρῃζον, εἰσιδοῦσά τ' ἠλγύνθην κέαρ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μὴν φίλοις ἐλεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Θνητούς γ' ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα.

ΧΟΡΟΣ.

Μέγ' ὠφέλημα τοῦτ' ἐδωρήσω βροτοῖς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πρὸς τοῖσδε μέντοι πῦρ ἐγώ σφιν ὤπασα....

ΧΟΡΟΣ.

Καί νυν φλογωπὸν πῦρ ἔχουσ' ἐφήμεροι;

theu, molestiis non simul irascatur; etenim ego talia videre nunquam optavi, videns autem dolore consumor animum.

Prometh. Sane quidem amicis ego miserabilis adspectu.

Chorus. Numquid etiam ultra haec progressus es?

Prometh. Ut qui impediverim, ne homines fata prospicerent.

Chorus. Quale vero huic morbo remedium invenisti?

Prometh. Spes coecas inter eos introduxi.

Chor. Magnum hoc praebuisti mortalibus emolumentum.

Prometh. Praeterea etiam ignem iis divisi....

Chorus. Adeoque etiam ignem flammantem mortales possident?

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

'Αφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας.

ΧΟΡΟΣ.

Τοιοῖσδε δή σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάμασιν
Αἰκίζεταί τε κοὐδαμῆ χαλᾷ κακῶν;
Οὐδ' ἔστιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐκ ἄλλο γ' οὐδὲν, πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.

ΧΟΡΟΣ.

Δόξει δὲ πῶς; τίς ἐλπίς; οὐχ ὁρᾷς ὅτι
Ἥμαρτες; ὡς δ' ἥμαρτες, οὔτ' ἐμοὶ λέγειν
Καθ' ἡδονὴν, σοί τ' ἄλγος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Μεθῶμεν· ἄθλων δ' ἔκλυσιν ζήτει τινά.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

'Ελαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς
Πράσσοντ'. Ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην·
Ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι,
Θνητοῖς δ' ἀρήγων, αὐτὸς εὑρόμην πόνους.

Prometh. per quem nimirum multas artes invenient.

Chorus. Talibus igitur te Iupiter criminibus accersens vexat, et nihil ab his poenis remittit? nec finis ullus tibi propositus est laborum?

Prometh. Nullus plane, nisi quando ipsi placebit.

Chor. Quomodo vero placebit? quae spes? nonne vides te deliquisse? Quomodo vero deliqueris, nec mihi dicere iucundum est, et tibi molestum. Age igitur mittamus haec; tu vero exitum ex his malis aliquem circumspice.

Prometh. Facile est, hominem aerumnis liberum alios infelices monere et verbis castigare. Ego vero horum omnium nihil ignorabam: ultro, ultro deliqui, neque id negabo, mortalibusque opem ferendo ipse mihi calamitates inveni.

Οὐ μήν τι ποιναῖς γ' ᾠόμην τοίαις ἐμὲ
Κατισχνανεῖσθαι πρὸς πέτραις πεδαρσίοις,
Τυχόντ' ἐρήμου τοῦδ' ἀγείτονος πάγου.
Καί μοι τὰ μὲν παρόντα μὴ δύρεσθ' ἄχη,
Πεδοῖ δὲ βᾶσαι τὰς προσερπούσας τύχας
'Ακούσαθ', ὡς μάθητε διὰ τέλους τὸ πᾶν.
Πείθεσθέ μοι, πείθεσθε, συμπονήσατε
Τῷ νῦν μογοῦντι! Ταῦτά τοι πλανωμένη
Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον Πημονὴ προσιζάνει.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἀκούσαις ἐπεθώϋξας
Τοῦτο, Προμηθεῦ, καὶ νῦν ἐλαφρῷ
Ποδὶ κραιπνόσυτον θᾶκον προλιποῦ-
σ', αἰθέρα θ' ἁγνὸν, πόρον οἰωνῶν,
'Οκριοέσσῃ χθονὶ τῇδε πελῶ, τοὺς σοὺς δὲ πόνους
Χρῄζω διαπαντὸς ἀκοῦσαι.

Non tamen huiusmodi me poena maceratum iri in scopulis altis putabam, nactum hunc desertum et solitarium collem. Verum nolite mihi iam praesentia mala lamentari, sed descendite potius et futuram sortem audite, ut rem omnem a principio ad finem cognoscatis. Obsequimini mihi, obsequimini, in societatem doloris venite nunc laboranti! Sic autem oberrans, modo ad hunc, modo ad illum, Calamitas accedit.

Chorus. Non invitis nobis haec edixisti; et nunc iam alacri pede, rapidam hanc sedem, aëremque purum, avium viam, relinquens, in saxosum hunc solum deferor, laboresque tuos omnino cupio cognoscere.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΩΚΕΑΝΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἥκω, δολιχῆς τέρμα κελεύθου
Διαμειψάμενος, πρὸς σὲ, Προμηθεῦ,
Τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν
Γνώμῃ, ςομίων ἄτερ, εὐθύνων.
Ταῖς σαῖς δὲ τύχαις, ἴσθι, συναλγῶ·
Τό τε γάρ με δόκω ξυγγενὲς οὕτως
Ἐξαναγκάζει· χωρίς τε γένους
Οὐκ ἔςιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν
 Νείμαιμ', ἢ σοί.
Γνώσει δὲ τάδ' ὡς ἔτυμ', οὐδὲ μάτην
Χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι· φέρε γὰρ
Σήμαιν' ὅ τι χρή σοι ξυμπράσσειν·
Οὐ γάρ ποτ' ἐρεῖς ὡς Ὠκεανοῦ
 Φίλος ἐςὶ βεβαιότερος σοί.

SCENA IV.

PROMETHEUS, OCEANUS, CHORUS.

Oceanus. Venio ad te, Prometheu, longae viae intervallum emensus, et velocem hunc alitem imperio, sine frenis, gubernans. Scito autem me et ipsum tuis aerumnis angi: nam ut id faciam, et cognatio nostra, propter opinionem (publicam), me impellit, nec si a necessitudine discesserim, alium habeo, cui plus quam tibi tribuam. Vera autem haec esse experieris, nec inanibus verbis gratificari meum est. Agedum, impera, quibus rebus te a me adiuvari velis; non enim Oceano alium tibi certiorem amicum esse unquam dices.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἔα, τί χρῆμα; καὶ σὺ δὴ πόνων ἐμῶν
Ἥκεις ἐπόπτης; πῶς ἐτόλμησας, λιπὼν
Ἐπώνυμόν τε ῥεῦμα καὶ πετρηρεφῆ
Αὐτόκτιτ᾽ ἄντρα, τὴν σιδηρομήτορα
Ἐλθεῖν ἐς αἶαν; ἢ θεωρήσων τύχας
Ἐμὰς ἀφῖξαι, καὶ ξυνασχαλῶν κακοῖς;
Δέρκου θέαμα, τόνδε τὸν Διὸς φίλον,
Τὸν ξυγκαταςήσαντα τὴν τυραννίδα,
Οἵαις ὑπ᾽ αὐτοῦ πημοναῖσι κάμπτομαι.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ὁρῶ, Προμηθεῦ, καὶ παραινέσαι γέ σοι
Θέλω τὰ λῷςα, καίπερ ὄντι ποικίλῳ.
Γίγνωσκε σαυτὸν, καὶ μεθάρμοσαι τρόπους
Νέους· νέος γὰρ καὶ τύραννος ἐν θεοῖς.
Εἰ δ᾽ ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
Ῥίψεις, τάχ᾽ ἄν σου καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
Θακῶν κλύοι Ζεὺς, ὥςτε σοι τὸν νῦν χόλον

Prometh. Eheu, quid hoc est rei? Tu quoque venis laborum meorum spectator? Quomodo animum inducere potuisti, ut fluvio cognomine et saxeis nativis antris relictis, in hanc terram, ferri matrem, venires? Num fortunas meas spectaturus accessisti, et malis meis condoliturus? Ecce igitur spectaculum, Iovis hunc amicum, in constituendo eius imperio socium, qualibus ab ipso cruciatibus frangar!

Oceanus. Video, Prometheu, et tibi quidem optima consilia dare volo, etsi natura satis callido. Cognosce te ipsum et novos mores indue. Si vero tam aspera et aculeata verba ieceris, facile, quamvis procul a te in excelsiore throno sedens, te Iupiter audiat, ita ut hanc acerbita-

Παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν.
Ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ', ἃς ἔχεις ὀργὰς ἄφες,
Ζήτει δὲ τῶνδε πημάτων ἀπαλλαγάς.
Ἀρχαῖ' ἴσως σοι φαίνομαι λέγειν τάδε·
Τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου
Γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίγνεται·
Σὺ δ' οὐδέπω ταπεινὸς, οὐδ' εἴκεις κακοῖς,
Πρὸς τοῖς παροῦσι δ' ἄλλα προςλαβεῖν θέλεις.
Οὔκουν, ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ,
Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, ὁρῶν ὅτι
Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.
Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν εἶμι, καὶ πειράσομαι,
Ἐὰν δύνωμαι, τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων·
Σὺ δ' ἡσύχαζε, μηδ' ἄγαν λαβροςόμει.
Ἦ οὐκ οἶσθ' ἀκριβῶς, ὢν περισσόφρων, ὅτι
Γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προςτρίβεται;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ζηλῶ σ', ὅθ' οὔνεκ' ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς

tem ludum malorum fuisse existimaturus sis. Tu autem, o miser, iras, quas foves, dimitte, et quaere, quomodo te ex his malis liberes. Fortasse obsoleta tibi videbuntur, quae dicturus sum, veruntamen talia nimis grandiloquae linguae praemia esse solent. Tu tamen, nondum humilis, nec cedis malis, et, praeter praesentia, alia insuper accipere cupis. At si me audies, versus stimulum non calcitrabis, cum videas asperum monarcham nec ullis rationibus obnoxium regnare. Et iam nunc equidem ibo, et, si potero, tentabo te ex his aerumnis exsolvere: tu vero quiesce nec nimis procaciter loquere. Annon, cum sapientia abundes, satis intellexisti, linguae procacitati poenas infligi?

Prometh. Gratulor tibi, quod culpa careas, omnium

Πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί.
Καὶ νῦν ἔασον, μηδέ σοι μελησάτω·
Πάντως γὰρ οὐ πείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιθής.
Πάπταινε δ' αὐτὸς μή τι πημανθῇς ὁδῷ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς,
Ἢ σαυτόν (ἔργῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίρομαι)·
Ὁρμώμενον δὲ μηδαμῶς ἀντισπάσῃς·
Αὐχῶ γάρ, αὐχῶ, τήνδε δωρεὰν ἐμοὶ
Δώσειν Δί', ὥστε τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὰ μέν σ' ἐπαινῶ, κοὐδαμῇ λήξω ποτὲ
(Προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις), ἀτὰρ
Μηδὲν πόνει· μάτην γάρ, οὐδὲν ὠφελῶν
Ἐμοί, πονήσεις ἄττα καὶ πονεῖν θέλοις.
Ἀλλ' ἡσύχαζε, σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων·
Ἐγὼ γὰρ οὐκ, εἰ δυστυχῶ, τοῦδ' οὕνεκα

meorum consiliorum socius et particeps. Nunc vero ista omitte, nec propterea labora: prorsus enim ei non persuadebis, valde difficili. Vide modo, ne quid ipse hoc itinere offendaris.

Ocean. Multo aptius tibi est ingenium aliis quam tibi recte consulendo (id non coniectura, sed ipso rei usu intelligo); me vero iam opus aggredientem nullo modo retrahes; glorior enim, glorior, Iovem mihi hoc gratificaturum, ut te ex his aerumnis liberet.

Prometh. De illo quidem laudo te, nec laudare unquam desinam; nam ad benevolentiam et officium nihil tibi reliqui facis: veruntamen noli laborare; frustra enim, nil mihi profuturus, ages, quaecunque agere volueris. Age igitur quiesce, te ipse non admiscens: ego enim etsi infelix

Θέλοιμ' ἂν ὡς πλείςοισι πημονὰς τυχεῖν.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Οὐ δῆτ', ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι
Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους
Ἕςηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
Ὤμοιν ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.
Τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα
Ἄντρων ἰδὼν ᾤκτειρα, δάϊον τέρας,
Ἑκατογκάρηνον πρὸς βίαν χειρούμενον
Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσ' ὃς ἀντέςη θεοῖς
Σμερδναῖσι γαμφηλῆσι συρίζων φόνον·
Ἐξ ὀμμάτων δ' ἤςραπτε γοργωπὸν σέλας,
Ὡς τὴν Διὸς τυραννίδ' ἐκπέρσων βίᾳ·
Ἀλλ' ἦλθεν αὐτῷ Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος,
Καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα,
Ὃς αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων
Κομπασμάτων· φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς

sum, nolim tamen ideo quam plurimis aliis calamitates accidere.

OCEAN. Nequaquam vero, praesertim cum me etiam infortunia fratris Atlantis affligant, qui in Hesperiis oris stat, coeli et terrae columnam humeris, haud leve sane onus, sustinens. Deinde autem Ciliciorum antrorum incolam, Terrae filium, impetuosum Typhona, immane monstrum centiceps, vi devictum misertus sum; qui omnibus diis restitit, ex horrendis faucibus caedem exsibilans; ex oculis autem gorgonium ignem fulgurabat, ut qui Iovis imperium vi expugnaturus esset. sed supervenit ei pervigil Iovis telum, fulmen caducum, flammam spirans, quod eum grandisona iactatione excussit; nam ad ipsa praecordia ictus, ambustus atque atto-

Ἐφεψαλώθη κἀξεβροντήθη σθένος·
Καὶ νῦν, ἀχρεῖον καὶ παρήορον δέμας,
Κεῖται ϛενωποῦ πλησίον θαλασσίου,
Ἰπούμενος ῥίζησιν Αἰτναίαις ὕπο·
Κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ
Ἥφαιϛος, ἔνθεν ἐκραγήσονταί ποτε
Ποταμοὶ πυρὸς, δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας·
Τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον
Θερμοῖς ἀπλάϛοις βέλεσι πυρπνόου ζάλης.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὺ δ' οὐκ ἄπειρος, οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου
Χρήζεις. σεαυτὸν σῶζ' ὅπως ἐπίϛασαι·
Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην,
Ἔϛτ' ἂν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χόλου.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Οὐκοῦν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

nitus, robur perdidit, et nunc, inutile ac protensum corpus, iacet prope maris fretum sub radicibus Aetnae depressus; in summis autem verticibus ferrum cudit Vulcanus, unde olim prorumpent ignis flumina, quae saevis dentibus latos frugiferae Siciliae campos depascent: tali irarum aestu Typhos effervescet, fervidis inaccessis telis ignem spirantis tempestatis.

Prometh. Tu quidem ipse haud imperitus es, nec me monitore eges. fac ut, quocunque poteris, te serves; ego vero praesentem fortunam feram, donec Iovis mens remittat iram.

Ocean. Nonne igitur, Prometheu, hoc tenes, mederi posse orationem aegrotanti animo?

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἐν τῷ προμηθεῖσθαι δὲ καὶ τολμᾷν τίνα
Ὁρᾷς ἐνοῦσαν ζημίαν; δίδασκέ με.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μόχθον περισσὸν, κουφόνουν τ' εὐηθίαν.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν, ἐπεὶ
Κέρδιστον, εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐμὸν δοκήσει τἀμπλάκημ' εἶναι τόδε.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Σαφῶς μ' ἐς οἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μὴ γάρ σε θρῆνος οὑμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ.

Prometh. Si quidem aliquis tempestiva pectori fomenta adhibeat, nec tumentem animum vi irritet.

Ocean. Ecquod vero in providentia et conatu damnum inesse censes? Hoc abs te doceri velim.

Prometh. Laborem vanum, et simplicitatem stolidam.

Ocean. Sine me hoc morbo laborare, quandoquidem utilissimum est, bene volentem insanire videri.

Prometh. Meum hoc peccatum esse videbitur.

Ocean. Manifestone me tua haec oratio domum remittit?

Prometh. Utique; vereor enim, ne tua isthaec meae sortis comploratio tibi odium conciliet.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἢ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τούτου φυλάσσου μή ποτ' ἀχθεσθῇ κέαρ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἡ σή, Προμηθεῦ, ξυμφορὰ διδάσκαλος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Στέλλου, κομίζου, σῷζε τὸν παρόντα νοῦν.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ὁρμωμένῳ μοι τόνδ' ἐθώϋξας λόγον·
Λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς
Τετρασκελὴς οἰωνός, ἄσμενος δέ τ' ἂν
Σταθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ.

Ocean. Num apud illum, qui nuper omnipotenti in solio consedit?

Prometh. Huius animus ne irritetur cave.

Oceanus. Tuam, Prometheu, calamitatem magistram habeo.

Prometh. Abi, proficiscere, serva istam, quam nunc ostendis, prudentiam.

Oceanus. Abitum iam paranti hoc dixisti; quadrupes enim haec ales iam latam aetheris viam alis verberat, ac lubens in domestico stabulo genu flectet.

ΧΟΡΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ΧΟΡΟΣ.

ϛρ. ά. Στένω σε τᾶς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ,
Δακρυσίϛακτον δ' ἀπ' ὄσσων
'Ραδινῶν ῥέος παρειὰν
Νοτίοις ἔτεγξε παγαῖς·
'Αμέγαρτα γὰρ τάδε Ζεὺς
'Ιδίοις νόμοις κρατύνων,
'Υπερήφανον θεοῖσι
Τοῖσι πάρος δείκνυσιν αἰχμάν.

ἀντιϛ. ά. Πρόπασα δ' ἤδε ϛονόεν λέλακε χώρα
Μεγαλοσχήμων, ἀπάρχοις
'Απρεπῆ ϛένουσα τὰν σὰν
Ξυνομαιμόνων τε τιμὰν,
'Οπόσοι τ' ἔποικον ἁγνᾶς
'Ασίας ἕδος νέμονται,
Μεγαλοϛόνοισι σοῖσι
Πήμασι συγκάμνουσι θνητοί·

SCENA V.

CHORUS, PROMETHEUS.

Chorus. Gemitu prosequor perniciosam, Prometheu, tuam calamitatem, emollibusque ex oculis lacrymarum rivus humido latice genas humectat: passim enim sic regnans propriis legibus praepotens diis pristinis telum ostendit.

Omnis autem alta haec regio suspirat, principibus indignam deflens tuam cognatorumque tuorum poenam, et quotquot vicinam Asiae sacrae sedem incolunt, calamitates tuas gravi gemitu dignas commiserantur;

στρ. β'. Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι
Παρθένοι, μάχαις ἄτρεστοι,
Καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς
Ἔσχατον πόρον ἀμφὶ Μαι-
ῶτιν ἔχουσι λίμναν,

ἀντ. β'. Ἀριβίας τ' ἄρειον ἄνθος,
Ὑψίκρημνον οἳ πύλωμα
Καυκάσου, πέλας, νέμονται,
Δάϊος στρατὸς, ὀξυπρώ-
ροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.

ἐπῳδός. Μόνον δὲ πρόσθεν ἄλλον ἐν λύμαις δαμέν-
τ' ἀδαμαντοδέτοις
Τιτᾶν' εἰσιδόμαν θεὸν,
Ὃς αἰὲν ὑπέροχον σθένος νώτοις ὑποστηρίζει·
Βοᾷ δὲ ξυμπιτνῶν βυθὸς,
Κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς,
Παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν
Στένουσιν ἄλγος οἰκτρόν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μή τι χλιδῇ δοκεῖτε μήτ' αὐθαδίᾳ

Colchidisque regionem incolentes virgines, bello imperterritae, et Scytharum turba, qui ultimam terrae oram circa paludem Maeotidem habitant,

Fortissimusque flos Mavortius, qui altas in vicinia Caucasi portas incolunt, bellicosus populus, acutis lanceis fremens.

Unum autem alium aerumnis ferreis domitum vidi, Titana illum divinum, qui assidue superam molem dorso sustinet. reboat autem collisus abyssus, et atra Plutonis vorago submurmurat, sacrorumque fluminum fontes miserabiles dolores gemunt.

PROMETH. Nolite putare me fastidio quodam aut su-

Σιγᾷν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
Ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.
Καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
Τίς ἄλλος, ἢ 'γὼ, παντελῶς διώρισεν;
Ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ, καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν
Ὑμῖν λέγοιμι· τἀν βροτοῖς δὲ πταίσματα
Ἀκούσαθ', ὡς σφᾶς νηπίους ὄντας τὸ πρὶν
Ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.
Λέξω δὲ μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων,
Ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος.
Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες οὐκ ἤκουον, ἀλλ', ὀνειράτων
Ἀλίγκιοι μορφαῖσι, τὸν μακρὸν χρόνον
Ἔφυρον εἰκῇ πάντα, κοὔτε πλινθυφεῖς
Δόμους προςείλους ἦσαν, οὐθ' ὑλουργίαν·
Κατώρυχες δ' ἔναιον, ὥςτ' ἀήσυροι
Μύρμηκες, ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.

perbia ductum silere; sed potius cogitabundus cor meum edo, cum me videam hic adeo contumeliose tractatum. nam quis alius praeter me novis istis diis omnia potentiae ornamenta distribuit? Sed haec sileo; haud ignaris enim vobis dicerem; sed offensiones propter hominum genus susceptas audite, quomodo eos insipientes antea mentis et consilii participes reddiderim. Narrabo vero, non quo habeam quod hominibus exprobrem, sed benevolentiam in ornandis illis meam declaraturus. Primum enim videntes incassum videbant, audientes haud audiebant, sed, haud secus ac somniorum imagines, diu omnia temere miscebant, nec lateritios ordines soli oppositos norant, nec lignorum fabricam: formicarum potius agilium ritu sub terra in speluncarum recessibus sole carentibus

Ἦν δ' οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,
Οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος, οὔτε καρπίμου
Θέρους, βέβαιον· ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
Ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
Ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
Καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων
Ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε ξύνθεσιν,
Μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτιν·
Κἄζευξα πρῶτος εὐζύγοισι κνώδαλα
Ζεύγλῃσι δουλεύοντα, συμμάσσονθ' ὅπως
Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένοινθ'· ὑφ' ἅρμα τ' ἤγαγον φιληνίους
Ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.
Θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
Λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.
Τοιαῦτα μηχανήματ' ἐξευρὼν τάλας
Βροτοῖσιν αὐτὸς οὐκ ἔχω σόφισμ', ὅτῳ

abditi habitabant. Nullum autem ipsis nec hiemis, nec floridi veris, nec frugiferae aestatis certum signum erat, sed omnia sine consilio administrabant, donec ego ipsis siderum ortus et occasus cognitu difficiles ostenderem. Praeterea ego numerum, primarium artificium, ipsis inveni, et literarum compositionem, omnium rerum memoriae effectricem Musarumque genitricem; primus deinde aptis iugis animalia iunxi servientia, ut auxilio suo maximorum laborum hominibus vicarii fierent; nec non currui adsuevi equos habenarum amantes, praedivitis luxuriae ornamentum. Velivola autem nautarum vehicula maribus inerrantia nemo ante me invenit. Talia igitur artificia miser ego cum mortalibus invenerim, ipse consilium haud reperio, quo

Τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Πέπονθας αἰκὲς πῆμ', ἀποσφαλεὶς φρενῶν
Πλάνῃ· κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον
Πεσὼν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
Εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσει πλέον
Οἵας τέχνας τε καὶ πόρους ἐμησάμην.
Τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις ἐς νόσον πέσοι,
Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον
Ἢ πιστὸν, οὔτε χριστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων
Χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρὶν δὴ 'γὼ σφίσιν
Ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,
Αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους.
Τρόπους δὲ πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα,
Κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ

me possim ex praesenti calamitate liberare.

Chor. Dura mala pateris mentis errore lapsus, et tamquam malus medicus morbo correptus, inops es consilii, nec reperire potes, qua medicina te ipsum sanes.

Prom. Reliqua vero si audieris, magis etiam miraberis, quas ego artes, quaeque vitae praesidia paraverim. Et quod maximum quidem est, si quis in morbum incidisset, non erat remedium, nec quod edi aut bibi, nec quod inungi posset, sed medicamentorum inopia tabescebant, priusquam ego ipsis mitium medelarum mixtiones ostenderem, quibus omne morborum genus depellerent. Porro multa divinationis genera constitui, primusque definivi, quaenam somnia vera futura essent, et omina expli-

Ὕπαρ γενέσθαι, κληδόνας τε δυςκρίτους
Ἐγνώρισ' αὐτοῖς· ἐνοδίους τε ξυμβόλους,
Γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
Διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,
Εὐώνυμοί τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
Ἔχουσ' ἕκαςοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
Ἔχθραι τε καὶ ςέργηθρα καὶ ξυνεδρίαι·
Σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
Ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσι πρὸς ἡδονήν·
Χολῆς, λοβοῦ τε ποικίλην ἀμορφίαν·
Κνίσσῃ τε κῶλα ξυγκαλυπτὰ καὶ μακρὰν
Ὀσφὺν πυρώσας, δυςτέκμαρτον εἰς τέχνην
Ὥδωσα θνητούς· καὶ φλογωπὰ σήματα
Ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.
Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ'. Ἔνερθε δὲ χθονὸς
Κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα,
Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς
Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ;

catu difficilia ipsis declaravi, et ostenta in itineribus occurrentia, aviumque aduncis unguibus praeditarum volatum perspicue distinxi, quaeque natura dextrae et sinistrae sint, et quo singulae victu utantur, quaeve inter eas inimicitiae intercedant et amores et consessus, viscerumque laevitatem, et colorem diis acceptum, fellis quoque et iecinoris variam deformitatem. Porro autem, ossa hostiarum adipe operta longumque lumbum comburendo, ad artem intellectu difficilem viam hominibus monstravi, et signa ex ignis flamma, quae antea obscura erant, explicavi. Et haec quidem hactenus. Opes autem hominibus sub terra absconditas, aes, ferrum, argentum, aurum, quis ante me invenisse se dicat? Nemo sane, nisi si inaniter

Οὐδεὶς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλῦσαι θέλων.
Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην μάθε·
Πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

ΧΟΡΟΣ.

Μή νυν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα,
Σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυςυχοῦντος· ὡς ἐγὼ
Εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
Λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεσφόρος
Κραίνει 'πὸ πρώτης, μυρίαις δὲ πημοναῖς
Δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω·
Τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεςέρα μακρῷ.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς οὖν ἀνάγκης ἐςὶν οἰακοςρόφος;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μοῖραι τρίμορφοι, μνήμονές τ' Ἐριννῦες.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτων ἄρα Ζεύς ἐςιν ἀσθενέςερος;

gloriari velit. Brevi autem dicto summatim omnia accipe: Omnes artes hominibus a Prometheo *sunt datae.*

Chor. Cave igitur hominibus immodice gratificeris, teque ipse infelicem negligas: etenim ego quidem bonam spem habeo fore, ut aliquando hisce vinculis exsolutus, haud minus ac Iupiter polleas.

Prometh. Non sane ista sic perfectrix Parca ab initio decrevit, sed infinitis sic aerumnis doloribusque excruciatus vincula fugio. Ars autem necessitate multo imbecillior est.

Chor. Quis autem necessitatis est gubernator?

Prometh. Parcae triformes, memoresque Furiae.

Chor. Hisne igitur Iupiter ipse est imbecillior?

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

ΧΟΡΟΣ.

Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τοῦτ' οὐκ ἂν οὖν πύθοιο, μηδὲ λιπάρει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ πού τι σεμνόν ἐστιν, ὃ ξυναμπέχεις;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς
Καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
Ὅσον μάλιστα· τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ,
Δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων
Θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεὺς,
Μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις
Θοίναις ποτινισσομένα
Βουφόνοις, παρὰ πατρὸς

Prometh. Non enim ipse quoque effugiat fatum.

Chor. Quid autem Iovi aliud fato destinatum est, quam perpetuum imperium?

Prometh. Hoc quidem tu non exquisiveris, adeoque vel precibus parce.

Chor. Num forte magnum quiddam est, quod abscondis?

Prometh. Aliam rem agatis, nam hanc quidem nullo modo tempestivum est enarrare, sed potius, quantum fieri potest, celanda est; hanc enim silentio premens iniusta haec vincula doloresque effugiam.

Chor. Utinam nunquam meae voluntati Iupiter universi rector potestatem suam opponat; neque ego unquam cessarim ad patris

Πόρον ἄσβεςον,
Μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις·
Ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι,
Καὶ μή ποτ' ἐκτακείη.

ἀντιςρ. β'. Ἡδύ τι θαρσαλέαις
Τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, φαναῖς
Θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις.
Φρίσσω δὲ, σὲ δερκομένα
Μυρίοισι μόγοισι
Διακναιόμενον·
Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων,
Εὐθυόγνωμος σέβει
Θνατοὺς ἄγαν, Προμηθεῦ.

ςροφὴ β'. Φέρ', ἅπασ' ἄχαρις χάρις, ὦ,
Φίλος, εἰπὲ, ποῦ τις ἀλκά;
Τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ'
Ἐδέρχθης ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν,
Ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φω-
τῶν ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον;

perenne flumen cum sacris boum victimis ad deos accedere; nec verbis delinquam; hoc potius animo impressum maneat, neque unquam effluat.

Suave est, dum animum serena hilaritate demulceas, vitam, quantaquanta est, extendere spe fiduciae plena. Cohorresco autem, quum te video infinitis aerumnis afflictum; Iovem enim haud reveritus, nimis benevolenter homines coluisti, Prometheu.

Age, totum hoc beneficium irritum est; aut ubi, amice, aliquid est praesidii? quid te iuvant mortales? Nonne videbas imbellem ignaviam, somnio similem, qua miserum hominum genus impeditur?

Οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν
Θνατῶν παρεξίασι βουλαί.

ἀντιστρ. β'. Ἔμαθον τάδε, σὰς προσιδοῦ-
σ' ὀλοὰς τύχας, Προμηθεῦ.
Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος
Προσέπτα ποτ' ἐκεῖνο, τό γ' ἀμφὶ λουτρ' εὔ-
υμνον ὑμνίων ἰό-
τατι γάμων, ὅτε τὰν ὁμοπάτριον
Ἕδνοις ἄγαγες Ἡσιόναν
Πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

Nunquam Iovis decreta mortalium antevertunt consilia.

Hoc didici, perniciosam tuam fortunam adspiciens, Prometheu! Discrepans vero carmen aliquando mihi in mentem venit, illud nimirum, quod circa lavacra canebam dulcissimum, in apparatu nuptiarum, quo tempore sororem nostram Hesionen, donis nuptialibus, ut tibi nuberet, persuasam, uxorem ducebas tori sociam.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΧΟΡΟΣ, ΙΩ.

ΙΩ.

Τίς γῆ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν
Τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν
Χειμαζόμενον; τίνος ἀμπλακίας
Ποιναῖς ὀλέκει; σήμηνον ὅπη
Γῆς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.
Ἆ ἆ, ἔα ἔα,
Χρίει τις αὖ τάλαιναν οἶστρος!
Εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς ἄλευε, Δᾶ! φοβοῦμαι
Τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν·
Ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ᾽ ἔχων,
Ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει,
Ἀλλὰ τάλαιναν ἔμ᾽ ἐξ ἐνέρων περῶν
Κυναγετεῖ, πλανᾷ τε νῆστιν
Ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον· κηρόπλα-
στος ὑπὸ δ᾽ ὀττοβεῖ δόναξ ἀχέτας

SCENA VI.

PROMETHEUS, CHORUS, IO.

Io. Quaenam terra? Quale genus? Quem me videre dicam illum in vinculis ad saxum misere laborantem? Cuiusnam delicti poenis peris? Indica quaeso, ubinam terrarum misera errem. Heu, heu, iterum me quidam stimulat infelicem oestrus! Argi terrae filii simulacrum averte a me, Tellus! Metuo pastorem videns centoculum. ille vero astuto vultu obambulat, quem ne mortuum quidem terra abscondit, sed miseram me ab inferis remeans venatur, et secundum litoris maritimi arenas vagis erroribus ieiunam exercet; calamus inte-

Ὑπνοδόταν νόμον.
Ἰὼ, ἰώ!
Ὦ πόποι, ποῖ μ' ἄγει τηλέπλαγκτος πλάνος;
Τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτέ μ', ὦ, τοῖσδ' ἐνέ-
ζευξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν
(Ἒ ἔ!),
Οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
Παράκοπον ὧδε τείρεις; πυρὶ φλέξον, ἢ
Χθονὶ κάλυψον, ἢ δάκεσι δὸς βορὰν
Μηδέ μοι εὐγμάτων φθονήσῃς, ἄναξ!
Ἅδην με πολύπλαγκτοι πλάνοι γεγυμνάκασιν, οὐδ' ἔχω
Μαθεῖν, ὅπῃ πημονὰς ἀλύξω.

ΧΟΡΟΣ.

Τᾶς βουκέρω πρόσφθεγμα παρθένου κλύεις;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου κόρης
Τῆς Ἰναχείης, ἣ Διὸς θάλπει κέαρ
Ἔρωτι, καὶ νῦν τοὺς ὑπερμήκεις δρόμους
Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται;

rim cera compactus submurmurat carmen soporiferum. Heu, heu! Proh dii, quorsum tandem me ducet longinquus error? Quid tandem, o Saturnie, quid, o, me delinquentem deprehensam hisce coërces (heu, heu!) miseramque amentem hoc terriculamento rabido affligis? Flammis combure, aut terra absconde, aut belluis praedam obiice, nec preces has meas, o rex, aspernare! sat me errabundi cursus exercuerunt, neque habeo, unde discam, quo pacto has aerumnas evitem?

Chorus. Audin' virginis cornigerae vocem?

Prometh. Quidni audiam Inachi filiam oestro agitatam, cuius amore Iupiter incaluit, quaeque nunc Iunoni exosa longinquis cursibus violenter exercetur?

ΙΩ.

Πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις;
Εἰπὲ τᾷ μογερᾷ, τίς ὢν,
Τίς ἄρα τὰν ταλαίπωρον ἔμ', ὦ τάλας,
Ὧδ' ἐτήτυμα προςθροεῖς,
Θεόσυτον νόσον ὀνομάσας,
Ἃ μαραίνει με χρίουσα κέντροισι
Φοιταλέοισιν
(Ἓ, ἕ!)·
Σκιρτημάτων δὲ νήςισιν
Αἰκίαις λαβρόσσυτος ἦλθον,
Ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα.
Δυςδαιμόνων τίνες δ', οἳ,
(Ἓ, ἕ!) οἷ' ἐγὼ, μογοῦσιν;
Ἀλλά μοι τορῶς τέκμηρον, ὅ τι μ' ἐπαμμένει παθεῖν!
Τί με χρὴ, τί, φάρμακον νόσου,
Εἴπερ οἶσθα, θρόει δυςπλάνῳ παρθένῳ!

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Λέξω τορῶς σοι πᾶν, ὅπερ χρήζεις μαθεῖν,
Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,

Io. Unde tu patris mei nomen effaris? Dic aerumnosae, quis, quis de me misera, o miser, tam vera praedices, morbum divinitus immissum nominans, qui me stimulis pungens affligit insanis, heu, heu! saltuum enim ieiunis molestiis furens, veni, iracundis consiliis perdomita. Quisnam vero est ille infelix, qui similiter, ut ego, hei hei, affligatur? At tu clare mihi denuntia, quae me porro mala maneant. quo mihi, quo opus sit morbi remedio, doce, si quidem nosti, virginem miseris erroribus obnoxiam.

Prometheus. Dicam tibi aperte omnia, quae scire cupis, non involutis aenigmatibus, sed simpliciter,

῞Ωςπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν ςόμα·
Πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.

ΙΩ.

Ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανεὶς,
Τλῆμον Προμηθεῦ, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀρμοῖ πέπαυμαι τοὺς ἐμοὺς θρηνῶν πόνους.

ΙΩ.

Οὐκοῦν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Λέγ' ἥντιν' αἰτεῖ· πᾶν γὰρ ἂν πύθοιό μου.

ΙΩ.

Σήμηνον, ὅςτις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασε.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίςου δὲ χείρ.

ΙΩ.

Ποίων δὲ ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνεις;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τοσοῦτον ἀρκεῖ σοι σαφηνίσαι με νῦν.

sicut aequum est cum amicis loqui: Prometheum vides, qui mortalibus ignem divisit.

Io. O tu, qui communis salus mortalibus apparuisti, infelix Prometheu, quam ob causam ista pateris?

Prometh. Vixdum desii aerumnas meas lamentari.

Io. Nonne igitur hanc gratiam concedes mihi?

Prometh. Dic, quid velis. omnia enim a me rescisces.

Io. Significa, quis te huic scopulo affixerit?

Prom. Iovis quidem voluntas, Vulcani vero manus.

Io. Quorum autem criminum poenas luis?

Prometh. Tantum enarrasse tibi me nunc sufficit.

ΙΩ.

Καὶ πρός γε τούτοις, τέρμα τῆς ἐμῆς πλάνης
Δεῖξον τίς ἔςαι τῇ ταλαιπώρῳ χρόνος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.

ΙΩ.

Μή τοι με κρύψῃς τοῦθ᾽ ὅπερ μέλλω παθεῖν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀλλ᾽ οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος.

ΙΩ.

Τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Φθόνος μὲν οὐδείς· σὰς δ᾽ ὀκνῶ θράξαι φρένας.

ΙΩ.

Μή μου προκήδου μᾶσσον ἢ ὡς ἐμοὶ γλυκύ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐπεὶ προθυμεῖ, χρὴ λέγειν. ἄκουε δή.

ΧΟΡΟΣ.

Μήπω γε, μοῖραν δ᾽ ἡδονῆς κἀμοὶ πόρε·

Io. Imo vero praeter haec ostende, quodnam tempus finis futurus sit miserae mihi errorum?

Prometh. Ignorare ista tibi utilius, quam discere.

Io. Noli vero me illa celare, quae mihi perpetienda restant.

Prometh. Non equidem invideo tibi hoc beneficium.

Io. Cur igitur cunctaris mihi omnia enarrare?

Prometh. Invidia quidem nulla; sed animum tuum perturbare vereor.

Io. Noli plus mea causa, quam mihi gratum est, laborare.

Prometh. Quoniam cupis, dicere me quidem oportet. audi igitur.

Chorus. At nondum quidem, sed mihi quoque par-

Τὴν τῆςδε πρῶτον ἱϛορήσωμεν νόσον,
Αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας·
Τὰ λοιπὰ δ' ἄθλων σοῦ διδαχθήτω πάρα.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖςδ' ὑπουργῆσαι χάριν
(Ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρὸς),
Ὡς κἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
Ἐνταῦθ', ὅπῃ μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ
Πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.

ΙΩ.

Οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιϛῆσαί με χρή·
Σαφεῖ δὲ μύθῳ πᾶν, ὅπερ προςχρήζετε,
Πεύσεσθε· καίτοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι
Θεόσσυτον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν
Μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προσέπτατο.
Ἀεὶ γὰρ ὄψεις ἔννυχοι πολεύμεναι
Ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς παρηγόρουν
Λείοισι μύθοις· "ὦ μέγ' εὐδαίμων κόρη,

tem voluptatis imperti: primum enim ab ipsa perniciosam calamitatem enarrante, quo morbo affligatur, accipiemus; deinde abs te reliquos labores edoceatur.

Prometh. Tibi incumbit, Io, illis gratificari (praesertim patris tui sororibus), quandoquidem adversam fortunam deflere ac lamentari, ubi lacrymam expressam ab audientibus laturus sis, operae pretium est.

Io. Nescio sane, quo pacto a me impetrem, ut vobis morem haud geram; aperte igitur, quae vultis, omnia audietis; etsi me pudet enarrare, unde mihi miserae haec divinitus immissa tempestas et formae corruptio acciderit. Identidem enim species nocturnae cubiculum meum frequentantes blandis vocibus me allocutae sunt: "O be-

Τί παρθενεύει δαρὸν, ἐξόν σοι γάμου
Τυχεῖν μεγίςου; Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
Πρὸς σοῦ τέθαλπται, καὶ ξυναίρεσθαι κύπριν
Θέλει· σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτίσῃς λέχος
Τὸ Ζηνὸς, ἀλλ' ἔξελθε πρὸς Λέρνης βαρὺν
Λειμῶνα ποίμνης, βουςάσεις τε πρὸς πατρὸς,
Ὡς ἂν τὸ Δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου."
Τοιοῖςδε πάσας εὐφρόνας ὀνείρασι
Ξυνειχόμην δύςτηνος, ἔςτε δὴ πατρὶ
Ἔτλην γεγωνεῖν νυκτίφοιτ' ὀνείρατα.
Ὁ δ' ἔς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς
Θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
Δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσι πράσσειν φίλα.
Ἧκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολόςομα·
Τέλος δ' ἐναργὴς ἦλθε βάξις Ἰνάχῳ,
Σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη,
Ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμὲ,

ata puella, cur caelebs longius manes, cum tibi nuptiarum summarum copia sit? Iupiter enim desiderii telo ex adspectu tuo incaluit, tuoque connubio potiri cupit; tu autem, o filia, noli Iovis lectum aspernari, sed exi ad Lernae pratum armentis oppletum atque ad patris tui bovilia, ut Iovis oculus expleatur." Huiusmodi somniis per omnes noctes premebar, donec patri nocturna haec insomnia narrare audebam. Ille autem Pytho atque ad Dodonae oraculum crebros consultores misit, ut cognosceret, quae dicenda quaeve facienda essent ad numina placanda. sed illi redierunt, ambigua renuntiantes; tandem vero Inacho obtigit evidens oraculum, aperte hoc inculcans et monens, ut me aedibus suis et patria eiiceret, quo

Ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις·
Κεἰ μὴ θέλοι, πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
Κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαϊςώσει γένος.
Τοιοῖςδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασιν
Ἐξήλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων
Ἄκουσαν ἄκων, ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.
Εὐθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάςροφοι
Ἦσαν, κεράςις δ', ὡς ὁρᾶτ', ὀξυςόμῳ
Μύωπι χρισθεῖσ', ἐμμανεῖ σκιρτήματι
Ἧισσον πρὸς εὔποτόν τε Κεγχρείας ῥέος,
Λέρνης ἄκραν τε· βουκόλος δὲ γηγενὴς,
Ἄκρατος ὀργὴν, Ἄργος, ὡμάρτει, πυκνοῖς
Ὄσσοις δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ ςίβους.
Ἀπροςδόκητος δ' αὐτὸν αἰφνίδιος μόρος
Τοῦ ζῆν ἀπεςέρησεν· οἰςρόπληξ δ' ἐγὼ
Μάςιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.
Κλύεις τὰ πραχθέντ'· εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅ τι

pacto ad extremas terrae oras errarem: ac nisi obtemperaret, igneum a Iove venturum fulmen, quod totum eius genus aboliturum sit. Talibus igitur Loxiae vaticiniis persuasus me aedibus eiecit et exclusit invitus invitam, at eum Iovis frenum violenter, ut hoc faceret, cogebat. Confestim vero et forma mea et mens perversae erant, et cornuta, ut videtis, oestroque, acutum os gerente, laesa, furibundo saltu ad Cenchreae suavem haustu rivum, Lernaeque colles properavi; pastor autem terra satus, irae impotens, Argus, me sequebatur, crebris oculis vestigia mea observans. Inopinatum autem et repentinum fatum vita eum privavit; ego vero, furore percita, divino flagro de terra in terram agitor. Audivisti quae acciderint; si vero,

Λοιπὸν πόνων, σήμαινε, μηδέ μ' οἰκτίσας
Ξύνθαλπε μύθοις ψεύδεσιν· νόσημα γὰρ
Αἴσχιϛον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα, ἔα,
Ἔπεχε! φεῦ! οὔ πώποτ' ηὔχουν ξένους
Μολεῖσθαι λόγους ἐς ἀκοὰν ἐμὰν,
Οὐδ' ὧδε δυϛθέατα καὶ δύϛοιϛα λύματα, δείματ', ἀμ-
φήκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν.
Ἰὼ, μοῖρα, μοῖρα, πέφρικ', εἰϛιδοῦ-
σα πρᾶξιν Ἰοῦς!

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πρό γε ϛενάζεις, καὶ φόβου πλέα τις εἶ.
Ἐπίσχες, ἔϛτ' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προϛμάθῃς.

ΧΟΡΟΣ.

Λέγ', ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ,
Τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίϛασθαι τορῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα

quid malorum mihi restet, dicere habes, significa, neque me misericordia adductus falsis sermonibus fove: pessimum enim vitium arbitror esse fictitium sermonem.

Chor. Heu, heu, mane! eheu! non sane umquam speravi fore, ut tam inusitatae narrationes ad aures meas pervenirent, aut ut tam tristia visu, et toleratu difficilia damna, terriculamenta, cor meum ancipiti stimulo perfrigefacerent. Heu, fatum, fatum, cohorrui fortuna Iûs adspecta!

Prometh. Ante tempus ingemiscis ac metus plena es. Mane, donec et reliqua didiceris.

Chorus. Da, edoce: aegrotantibus enim gratum est, quod reliquum sit dolorum, clare praevidere.

Prometh. Quoniam primum quidem illud, quod petebatis, facile a me im-

Κούφως (μαθεῖν γὰρ τῆσδε πρῶτ᾿ ἐχρήζετε
Τὸν ἀμφ᾿ ἑαυτῆς ἆθλον ἐξηγουμένης)·
Τὰ λοιπὰ νῦν ἀκούσαθ᾿, οἷα χρὴ πάθη
Τλῆναι πρὸς Ἥρας τήνδε τὴν νεάνιδα.
Σὺ δ᾿, Ἰνάχειον σπέρμα, τοὺς ἐμοὺς λόγους
Θυμῷ βάλ᾿, ὡς ἂν τέρματ᾿ ἐκμάθῃς ὁδοῦ.
Πρῶτον μὲν ἐνθένδ᾿ ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
Στρέψασα σαυτὴν στεῖχ᾿ ἀνηρότους γύας·
Σκύθας δ᾿ ἀφίξει νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας
Πεδάρσιοι ναίουσ᾿ ἐπ᾿ εὐκύκλοις ὄχοις,
Ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι·
Οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ᾿ ἁλιστόνοις πόδας
Χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.
Λαιᾶς δὲ χειρὸς (οὗ σιδηροτέκτονες
Οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή·
Ἀνήμεροι γὰρ, οὐδὲ πρόσπλαστοι ξένοις·)
Ἥξεις Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,

petrastis (ante omnia enim ipsam labores suos enarrantem audire volebatis); iam cetera, quae ab Iunonis numine virgini huic perpetienda sunt, cognoscite. Tu autem, Inachi semen, sermonem meum mente recondе, ut itinerum finem ediscas. Primum igitur hinc ad orientem conversa, per inaratos agros proficiscere. Hic venies ad Scythas palantes, qui, arcubus longe iaculantibus armati, casas contextas in plaustris sublimes habitant; quibus ne appropinqua, sed potius pedem ad oram maritimam scopulosam proferens, tellurem istam exsupera. Ad sinistram vero (ubi Chalybes incolunt, a quibus cavendum est tibi; sunt enim immites, et hospitibus inaccessi;) venies ad Hybristen fluvium, haud falso nominatum; quem noli trans-

Ὃν μὴ περάσῃς (οὐ γὰρ εὔβατος περᾷν),
Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν
Ὕψιςον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
Κροτάφων ἀπ' αὐτῶν. Ἀςρογείτονας δὲ χρὴ
Κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν
Βῆναι κέλευθον, ἔνθ' Ἀμαζόνων ςρατὸν
Ἵξει ςυγάνορ', αἳ Θεμίσκυράν ποτε
Κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ', ἵνα
Τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος
Ἐχθρόξενος ναύτῃσι, μητρυιὰ νεῶν.
Αὗταί σ' ὁδηγήσουσι, καὶ μάλ' ἀσμένως.
Ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς ςενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σὲ χρὴ
Λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾷν Μαιωτικόν.
Ἔςαι δὲ θνητοῖς εἰςαεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας· Βόςπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται. Λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον,

ire (transitum enim difficilem habet), antequam ad ipsum Caucasum perveneris, montium altissimum, ubi fluvius ille ab ipsis verticibus vim aquarum effundit. Tum exsuperatis cacuminibus coelo vicinis versus meridiem te pergere oportet, ubi ad Amazonum populum a viris abhorrentem venies, quae aliquando Themiscyram circa Thermodontem incolent, ubi est aspera ponti Salmydessia ora, inimica nautis et navium noverca. Hae tibi, et libenter quidem, viam monstrabunt. In ipsis autem angustis paludis portis ad Isthmum Cimmericum pervenies, quo audacter relicto traiiciendum tibi est fretum Maeoticum. In sempiternum vero mortalibus erit magna transitus tui memoria, et ab eo Bosporus vocabitur. Sic relicto Europae solo ad Asiae continentem pervenies. Nonne

Ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδ᾽. Ἆρ᾽ ὑμῖν δοκεῖ
Ὁ τῶν θεῶν τύραννος ἐς τὰ πάνθ᾽ ὁμῶς
Βίαιος εἶναι; τῇδε γὰρ θνητῇ θεὸς
Χρῄζων μιγῆναι τάσδ᾽ ἐπέῤῥιψε πλάνας.
Πικροῦ δ᾽ ἔκυρσας, ὦ κόρη, τῶν σῶν γάμων
Μνηστῆρος· οὓς γὰρ νῦν ἀκήκοας λόγους
Εἶναι δόκει σοὶ μηδέπω ᾽ν προοιμίοις.

ΙΩ.

Ἰώ μοί μοι. ἒ ἔ!

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὺ δ᾽ αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζει; τί που
Δράσεις, ὅταν τὰ λοιπὰ πυνθάνῃ κακά;

ΙΩ.

Ἦ γάρ τι λοιπὸν τῇδε πημάτων ἐρεῖς;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.

ΙΩ.

Τί δῆτ᾽ ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τάχει
Ἔῤῥιψ᾽ ἐμαυτὴν τῆσδ᾽ ἀπὸ στυφλοῦ πέτρας,

igitur vobis rex deorum in omnibus violentus esse videtur? huic enim mortali, potiundi cupidus, hos errores inflixit. Tu vero, puella, acerbum coniugii tui procum nacta es: quam enim hucusque narrationem audivisti, eam vix exordii partem fuisse puta.

Io. Hei mihi! eheu! eheu!

Prometh. Tu vero iterum exclamas et singultis? quid tandem facies, ubi reliqua audiveris mala?

Io. Numquid enim huic reliquum calamitatum narrandum habes?

Prometh. Imo tempestuosum mare aerumnosi laboris.

Io. Quid ergo mihi prodest vivere? Quin confestim me ab hac aspera petra deiicio, ut, ad terram

Ὅπως, πέδῳ σκήψασα, τῶν πάντων πόνων
Ἀπηλλάγην; κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν,
Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις,
Ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον·
Αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή·
Νῦν δ' οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον
Μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.

ΙΩ.

Ἦ γάρ ποτ' ἐστὶν ἐκπεσεῖν ἀρχῆς Δία;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἥδοι' ἂν, οἶμαι, τήνδ' ἰδοῦσα ξυμφοράν.

ΙΩ.

Πῶς δ' οὐκ ἂν, ἥτις ἐκ Διὸς πάσχω κακῶς;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὡς τοίνυν ὄντων τῶνδε σοι μαθεῖν πάρα.

ΙΩ.

Πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται;

allisa, omnibus malis liberer? Satius enim est semel mori, quam omnes vitae dies calamitatibus exigere.

Prometh. Sane tu quidem graviter meas aerumnas ferres, cui fato haud concessum est mori; haec enim esset ab his malis liberatio; nunc vero nullus mihi est finis propositus laborum, antequam Iupiter regno exciderit.

Io. Num igitur fieri potest, ut aliquando imperio excidat Iupiter?

Prom. Gauderes, opinor, si illud ei accidere videres.

Io. Quidni vero, quae Iovis voluntate misera sum?

Prometh. Haec igitur futura esse scito.

Io. Quisnam eum regali sceptro privabit?

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων.

ΙΩ.

Ποίῳ τρόπῳ; σήμηνον, εἰ μή τις βλάβη.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Γαμεῖ γάμον τοιοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.

ΙΩ.

Θέορτον, ἢ βρότειον; εἰ ῥητὸν, φράσον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τί δ', ὅντιν'; οὐ γὰρ ϑεμιτὸν αὐδᾶσϑαι τάδε.

ΙΩ.

Ἦ πρὸς δάμαρτος ἐξανίςαται ϑρόνων;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἣ τέξεταί γε παῖδα φέρτερον πατρός.

ΙΩ.

Οὐδ' ἔςιν αὐτῷ τῆςδ' ἀποςροφὴ τύχης;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ δῆτα, πρὶν δὴ 'γωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυϑείς.

ΙΩ.

Τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐςὶν ἄκοντος Διός;

Prometh. Se ipse vanis suis consiliis.

Io. Quo pacto? Significa, nisi tibi incommodum est.

Prometh. Nuptias contrahet eas, quarum eum olim poenitebit.

Io. Deaene, an mortalis puellae? Si fas est, eloquere.

Prometh. Cur vero dicam, quales? namque haec prodere nefas est.

Io. Num igitur ab uxore throno deturbabitur?

Prometh. Quae filium quidem pariet patre potentiorem.

Io. Neque ullum erit ei huius fati effugium?

Prometh. Nullum prorsus, priusquam ego ex his vinculis liberatus sim.

Io. Quis autem invito Iove liberaturus te est?

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.

ΙΩ.

Πῶς εἶπας; ἦ 'μὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τρίτος γὲ γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς.

ΙΩ.

Ἥδ' οὐκ ἔτ' εὐξύμβλητος ἡ χρησμῳδία.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μηδὲ σαυτῆς ἐκμαθεῖν ζήτει πόνους.

ΙΩ.

Μή μοι προτείνων κέρδος εἶτ' ἀποστέρει.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Δυεῖν λόγοιν σε θατέρῳ δωρήσομαι.

ΙΩ.

Ποίοιν; πρόδειξον, αἵρεσίν τ' ἐμοὶ δίδου.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Δίδωμ'· ἑλοῦ γάρ, ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι
Φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.

Prometh. In fatis est, hunc posterorum tuorum aliquem fore.

Io. Quid ais? Meusne filius te malis exsolvet?

Prometh. Tertius quidem genere post decem alias generationes.

Io. Nondum mihi intellectu facile est hoc vaticinium.

Prometh. Quin neque reliquas sciscitare aerumnas tuas.

Io. Tu vero noli me beneficio iam promisso privare.

Prometh. Duarum narrationum alterutra te donabo.

Io. Quarumne? Indica et optionem mihi concede.

Prometh. Concedo; elige enim, utrum reliquos labores perspicue a me designari velis, an eum, qui me liberaturus est.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ, χάριν
Θέσθαι θέλησον, μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους·
Καὶ τῇδε μὲν γέγωνε τὴν λοιπὴν πλάνην,
Ἐμοὶ δὲ τὸν λύσοντα· τοῦτο γὰρ ποθῶ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐπεὶ προθυμεῖσθ', οὐκ ἐναντιώσομαι
Τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε.
Σοὶ πρῶτον, Ἰοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω,
Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.
Ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον, ἠπείρων ὅρον,
Ποντοπορέουσα φλοῖσβον, αἷστ' ἂν ἐξίκῃ
Πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας, ἀλλοιοστιβεῖς
Πρὸς Γοργόνεια πεδία καὶ στενοῖς, ἵνα
Αἱ Φορκίδες ναίουσι, δηναιαὶ κόραι
Τρεῖς, κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμ' ἐκτημέναι,
Μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται

Chorus. Horum quidem alterum illi, alterum nobis, beneficium tribue, nec preces aspernare. Illi igitur reliquam partem errorum, mihi vero eum, qui te liberaturus est, effare; hoc enim scire aveo.

Prometh. Quandoquidem ista cupitis, non repugnabo, quo minus, quae scire vultis, omnia exponam. Tibi igitur primum, Io, errores, quibus multum iactaberis, narrabo, quos cura ut memoribus mentis pugillaribus inscribas. Postquam igitur illud fretum, duarum continentium terminum, superaveris, tranans fluctus marinos, qua via pervenire queas ad lucentes solis ortus, diverso itinere ibis versus Gorgonios campos angustiasque, ubi Phorcides habitant, vetulae puellae tres, cygneo colore, communem unum oculum unumque dentem habentes, quas nec sol un-

Ἀκτῖσιν, οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη, ποτέ.
(Πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι,
Δρακοντόμαλλοι Γοργόνες, βροτοςυγεῖς,
Ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰςιδὼν ἕξει πνοάς.)
Τοιοῦτο μέν σοι τοῦτο φροίμιον λέγω·
Ἄλλην δ' ἄκουσον δυςχερῆ θεωρίαν·
Ὀξυςόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας,
Γρῦπας, φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα ςρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ χρυσόῤῥυτον
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου·
Τούτοις σὺ μὴ πέλαζε. Τηλουρὸν δὲ γῆν
Ἥξεις, κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
Ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.
Τούτου παρ' ὄχθας ἕρφ', ἕως ἂν ἐξίκῃ
Καταβασμὸν, ἔνθα Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο
Ἵησι σεπτὸν Νεῖλος εὔποτον ῥέος.
Οὗτός σ' ὁδώσει τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα
Νειλῶτιν, οὗ δὴ τὴν μακρὰν ἀποικίαν,

quam radiis aspicit, nec nocturna luna. (Prope autem sunt sorores harum tres aligerae, anguibus comatae Gorgones, mortalibus invisae, quas nemo hominum contuitus, vitalem spiritum servabit.) Tale igitur tibi principium narro. Aliud vero spectaculum audi vix tolerandum: Acutis enim rostris praeditos, mutos Iovis canes, Grypas, cave, et Arimasporum unoculum equestrem exercitum, qui circa Plutonis fluvium auro abundantem habitant. His tu noli appropinquare. Venies autem ad remotam terram, ad nigram gentem, qui habitant ad Solis fontes, ubi fluvius Aethiops. Huius secundum litus procede, donec ad declivitatem perveneris, ubi Byblinis a montibus Nilus sacram dulcemque aquam effundit. Hic igitur te ducet ad triangularem terram Ni-

Ἰοῖ, πέπρωται σοί τε καὶ τέκνοις κτίσαι.
Τῶνδ' εἴ τι σοὶ ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον,
Ἐπαναδίπλαζε καὶ σαφῶς ἐκμάνθανε·
Σχολὴ δὲ πλείων ἢ θέλω πάρεστί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ μέν τι τῇδε λοιπὸν ἢ παρειμένον
Ἔχεις γεγωνεῖν τῆς πολυφθόρου πλάνης,
Λέγ'· εἰ δὲ πάντ' εἴρηκας, ἡμῖν αὖ χάριν
Δὸς, ἥντιν' αἰτούμεσθα· μέμνησαι δέ που.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὸ πᾶν πορείας ἥδε τέρμ' ἀκήκοεν.
Ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου,
Ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκε, φράσω,
Τεκμήριον τοῦτ' αὐτὸ δοὺς μύθων ἐμῶν.
Ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,
Πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,

loticam, ubi tibi, Io, tuisque liberis diu durantem coloniam statuere ſatis destinatum est. Horum si quid tibi ambiguum aut intellectu difficile est, revoca illud quaeso ac perspicue fac intelligas; mihi enim otii plus est, quam volo.

Chorus. Si quidem adhuc tibi reliquum quidquam aut praetermissum est, quod huic de aerumnosis erroribus effandum sit, id dicas; sin omnia es elocutus, nobis etiam beneficium, quod petimus, largire, et recordare quaeso.

Prometh. Audivit haec universum, quod restat iter, ad finem usque. Ut autem sciat vana haud esse, quae a me audivit, labores ab ea, antequam huc veniret, exantlatos narrabo, id ipsum vaticinii mei documentum ei daturus. Ac ſarraginem quidem dicendorum plurimam praetermittam, ad ipsum vero cardinem errorum tuorum accedo. Postquam enim veneras ad Mo-

Τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα θᾶκός τ' ἐςὶ Θεσπρωτοῦ Διὸς,
Τέρας τ' ἄπιςον, αἱ προςήγοροι δρύες,
Ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
Προςηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ
Μέλλουσ' ἔσεσθ' (εἴ τῶνδε προςσαίνει σέ τι),
Ἐντεῦθεν οἰςρήσασα τὴν παρακτίαν
Κέλευθον ἦξας πρὸς μεγαλόκολπον ῥέος,
Ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις.
Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς
(Σαφῶς ἐπίςασ') Ἰόνιος κεκλήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.
Σημεῖά σοι τάδ' ἐςὶ τῆς ἐμῆς φρενὸς,
Ὡς δέρκεται πλέον τι τοῦ πεφασμένου.
Τὰ λοιπὰ δ' ὑμῖν τῇδέ τ' ἐς κοινὸν φράσω,
Ἐς ταυτὸν ἐλθὼν τῶν πάλαι λόγων ἴχνος.
Ἔςιν πόλις Κάνωβος, ἐσχάτη χθονὸς,

lossorum campos, et ad excelsam Dodonam, ubi Thesproti Iovis oraculum ac sedes est, et incredibile miraculum, quercus fatidicae, quae tibi perspicue et haud obscuris verborum involucris praedixerunt, te Iovis claram coniugem futuram esse (si te forte illud delectat), inde impetu concitata via litorali perrexisti ad magnum sinum, unde huc retrogrado cursu moleste delata es. In posterum vero hic maris recessus, sat scito, Ionius vocabitur, itineris tui inter omnes mortales monumentum. Haec mentis meae documenta habeto, quibus agnoscas, eam plura, quam quae omnibus aperta sunt, cernere. Reliqua autem vobis in commune dicam, superioris sermonis mei vestigia relegens. Est urbs Canobus, extrema terrae ad ipsum Nili ostium et aggerem; ibi iam te Iupiter mentis sani-

Νείλου πρὸς αὐτῷ ϛόματι καὶ προςχώματι·
Ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα,
Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνην.
Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς θιγημάτων
Τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον, ὃς καρπώσεται
Ὅσην πλατύῤῥους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα.
Πέμπτη δ' ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντόπαις
Πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται
Θηλύσπορος, φεύγουσα συγγενῆ γάμον
Ἀνεψιῶν· οἱ δ' ἐπτοημένοι φρένας,
Κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι,
Ἥξουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους
Γάμους· φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός·
Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντα, νυκτιφρουρήτῳ θράσει·
Γυνὴ γὰρ ἄνδρ' ἕκαϛον αἰῶνος ϛερεῖ,
Δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος.
Τοιάδ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς ἔλθοι Κύπρις!

tati restituet, placida manu contrectans ac tangens solam. Ab hoc vero contactu cognominem paries nigrum Epaphum, qui omnem illam terram, quam latifluus Nilus irrigat, possidebit. Quinta autem ab hoc generatio, quinquaginta liberis constans, iterum sed invita Argos veniet, muliebris, cognatas patruelium nuptias vitatura; hi autem insaniente animo, tanquam accipitres columbis imminentes, advenient, nuptias, quas non venari melius erat, venaturi; sed deus ipsis invidebit; Pelasgia autem tellus eos excipiet, muliebri Marte, audacia nocturnas insidias parante, domitos; unumquemque enim virum sponsa vita privabit, ancipiti gladio iugulum perfodiens. Eiusmodi Venus hostibus meis contingat! Unam ta-

Μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει, τὸ μὴ
Κτεῖναι ξύνευνον, ἀλλ' ἀπαμβλυνθήσεται
Γνώμην· δυεῖν δὲ θάτερον βουλήσεται,
Κλύειν ἄναλκις μᾶλλον, ἢ μιαιφόνος.
Αὕτη κατ' Ἄργος βασιλικὸν τέξει γένος.
Μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν τορῶς·
Σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς,
Τόξοισι κλεινὸς, ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ
Λύσει (τοιόνδε χρησμὸν ἡ παλαιγενὴς
Μήτηρ ἐμοὶ διῆλθε Τιτανὶς Θέμις)·
Ὅπως δὲ χὤπη, ταῦτα δεῖ μακροῦ λόγου
Εἰπεῖν, σύ τ' οὐδὲν ἐκμαθοῦσα κερδανεῖς.

ΙΩ.

Ἐλελεῦ, ἐλελεῦ! ὑπό μ' αὖ σφάκελος
Καὶ φρενοπληγεῖς μανίαι θάλπου-
σ', οἶστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος,
Κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει·
Τροχοδινεῖται δ' ὄμμαθ' ἑλίγδην·

men puellarum amor molliet, ne sponsum occidat, sed adversus istud consilium hebescet, et optione duplicis famae proposita, imbellis potius quam caedis cruentae rea audire cupiet. Haec igitur Argis regiam sobolem pariet. Longo sermone opus est ad haec omnia perspicue enarranda; nam ex hac quidem stirpe orietur audax ille, arcu clarus, qui ex hisce aerumnis me liberabit (huiusmodi vaticinium mihi mater Themis, Titanidum una, edidit); quomodo autem et quo pacto, id longum est dicere, tuque nihil illud intelligendo proficies.

Io. Eheu, eheu! iterum me convulsio et insaniae mentem percellentes inflammant; furorisque telum, non igne fabricatum, me pungit; cor vero prae timore pectus verberat; oculique volutim rotantur; et

Ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι, λύσσης
Πνεύματι μάργῳ, γλώσσης ἀκρατής·
Θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ
Στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Ἦ σοφὸς, ὃς πρῶτος τόδ' ἐβάστασε,
Καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,
Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀ-
ριστεύει μακρῷ,
Καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων,
Μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων
Ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι.

ἀντιστροφή. Μήποτέ μ', ὦ Μοῖραι, λεχέων Διὸς
Εὐνάτειραν ἴδοισθε πέλουσαν,
Μηδὲ πλασθείην γαμέτᾳ τινὶ
Τῶν ἐξ Οὐρανοῦ!
Ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθενίαν
Εἰσορῶσ' Ἰοῦς γαμοδαπτομέναν
Δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις.

rabiei turbine fero extra cursum feror, impotens linguae; verba autem confusa temere ad fluctus acerbae calamitatis illidunt.

Chorus. Sapiens profecto ille fuit, qui primus hoc cogitavit et verbis elocutus est, parem coniugem sibi iungere longe optimum esse, neque ei, qui ignobili loco natus sit, aut divitiis luxuriantes aut genere superbientes nuptias appetendas.

Utinam ne unquam, o Parcae, me Iovis tori sociam videatis, nec ulli proco e Coeli posteris nubam! paveo enim, cum Iûs virginitatem, a proco abhorrentem, video propter nuptias afflictam, miseris erroribus a Iunone immissis.

ἐπῳδός. Ἐμοὶ δ' ὅϑ' ὁμαλὸς μὲν ὁ γάμος ἄφοβος,
Μηδὲ κρεισσόνων ἄφυκτον ὄμμα προςδέρκοιτ' ἐμέ!
Ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος ἀπόριμος,
Οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν·
Τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐϑάδης φρενῶν,
Ἔςαι ταπεινὸς, οἷον ἐξαρτύεται
Γάμον γαμεῖν, ὃς αὐτὸν ἐκ τυραννίδος
Θρόνων τ' ἄϊςον ἐκβαλεῖ· πατρὸς δ' ἀρὰ
Κρόνου τότ' ἤδη παντελῶς κρανϑήσεται,
Ἣν ἐκπιτνῶν ἠρᾶτο δηναιῶν ϑρόνων.
Τοιῶνδε μόχϑων ἐκτροπὴν οὐδεὶς ϑεῶν
Δύναιτ' ἂν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ, δεῖξαι σαφῶς·
Ἐγὼ τάδ' οἶδα, χῷ τρόπῳ. Πρὸς ταῦτά νυν
Θαρσῶν καϑήσϑω, τοῖς πεδαρσίοις κτύποις
Πιςὸς, τινάσσων τ' ἐν χεροῖν πυρπνοῦν βέλος·
Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει, τὸ μὴ οὐ

Mihi vero quod aequale est coniugium, metus est expers, neque unquam potentiorum oculus, evitari nescius, in me convertatur! Bellum sane hoc est non-bellum, difficultatibus abundans, et profecto quid me futurum esset nescio: Iovis enim calliditatem haud video quomodo effugerem.

Prometh. Profecto Iupiter, quamvis sit obstinatus animi, humilis erit aliquando; tales nuptias parat, propter quas imperio solioque prorsus deturbabitur; tumque iam omnino ratae erunt patris Saturni dirae, quas ei imprecatus est, antiquo solio excidens. Et harum quidem calamitatum effugium nemo deorum praeter me clare ipsi ostendere poterit; ego haec scio, et quo pacto. Proinde securus sedeat, excelso strepitu fretus, et igniferum te-

Πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά·
Τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται
Αὐτός γ' ἐφ' αὑτῷ, δυσμαχώτατον τέρας,
Ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα,
Βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον,
Θαλασσίαν τε γῆς τινάκτειραν νόσον,
Τρίαιναν αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος, σκεδᾷ.
Πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ μαθήσεται,
Ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ θὴν, ἃ χρήζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ', ἃ βούλομαι, λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ προσδοκᾶν χρὴ δεσπόσειν Ζηνός τινά;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ τῶνδέ γ' ἕξει δυσλοφωτέρους πόνους.

lum manibus vibrans: nam hisce nihil proficiet, quo minus intolerabili ruina turpiter cadat; talem adversarium nunc ipse adversus se parat, monstrum inexpugnabile, qui flammam fulmine potentiorem fragoremque tonitru superantem inveniet, et qui marinum terram concutiens malum, Neptuni lanceam tridentem disturbabit. Cumque ad hanc calamitatem offenderit, intelliget, quantum inter imperium et servitutem intersit.

Chor. Iam dudum, quicquid libuerit, adversus Iovem vociferaris.

Prome. Quae futura sunt, imo etiam quae volo, dico.

Chorus. Adeoque exspectandum est futurum esse, qui Iovi imperet?

Prometh. Immo praeterea in graviores incidet aerumnas.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς οὐχὶ ταρβεῖς, τοιάδ' ἐκρίπτων ἔπη;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τί δ' ἂν φοβοίμην, ᾧ θανεῖν οὐ μόρσιμον;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἆθλον ἄν σοι τοῦδέ γ' ἀλγίω πόροι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὅσ' οὖν ποιεῖται, πάντα προσδοκήτ' ἐμοί.

ΧΟΡΟΣ.

Οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοί.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί·
Ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει·
Δράτω, κρατείτω, τόνδε τὸν βραχὺν χρόνον,
Ὅπως θέλει· δαρὸν γὰρ οὐκ ἄρξει θεοῖς.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν,
Τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον·
Πάντως τὶ καινὸν ἀγγελῶν ἐλήλυθε.

Chorus. Qui fit, ut non cohorrescas, huiusmodi sermones effundens?

Prometh. Quid autem timeam, cui fatale haud est mori?

Chorus. At enim laborem hisce graviorem tibi imponere possit.

Prometh. Quaecunque igitur fient, expectata mihi sunt omnia.

Chorus. Qui Adrasteam reverentur, sapiunt.

Prom. Venerare, adora, adulare semper regem; ego vero Iovem flocci haud facio. agat, regnet, hoc breve tempus, quocunque modo voluerit; diu enim diis non imperabit. At enim video Iovis illum viatorem, novi tyranni ministrum; utique venit novi aliquid nuntiaturus.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΧΟΡΟΣ, ΕΡΜΗΣ.

ΕΡΜΗΣ.

Σὲ, τὸν σοφιστὴν, τὸν πικροῖς ὑπέρπικρον,
Τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς, τὸν ἡμέροις
Πορόντα τιμὰς, τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω!
Πατήρ σ' ἄνωγεν, οὕστινας κομπεῖς γάμους,
Αὐδᾷν, πρὸς ὧν τ' ἐκεῖνος ἐκπίπτει κράτους·
Καὶ ταῦτα μέντοι μηδὲν αἰνικτηρίως,
Ἀλλ' αὔθεκαστ' ἔκφραζε, μηδέ μοι διπλᾶς
Ὁδοὺς, Προμηθεῦ, προσβάλῃς. ὁρᾷς δ', ὅτι
Ζεὺς τοῖς τοιούτοις οὐχὶ μαλθακίζεται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως
Ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς θεῶν ὑπηρέτου.
Νέον νέοι κρατεῖτε, καὶ δοκεῖτε δὴ

SCENA VII.

PROMETHEUS, CHORUS, MERCURIUS.

Mercur. Te, veteratorem, duris praedurum, peccantem adversus deos, mortales ornantem, ignis furem appello. Pater te iubet, quas iactes nuptias, eloqui, propter quas ipse amissurus sit imperium; et in his quidem cave obscuris verbis utaris, sed singula clare expone, nec mihi duplices impone vias. vides autem Iovis animum talibus haud molliri.

Prometh. Grandisona nimirum et superbiae plena est oratio, utpote deorum apparitoris. Nuper nuperi regnatis, iamque arces tristis iacturae expertes tenere

Ναίειν ἀπενθῆ πέργαμ'! οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
Δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;
Τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
Αἴσχιςα καὶ τάχιςα. μή τι σοὶ δοκῶ
Ταρβεῖν ὑποπτήσσειν τε τοὺς νέους θεούς;
Πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω. σὺ δὲ
Κέλευθον, ἥνπερ ἦλθες, ἐγκόνει πάλιν·
Πεύσει γὰρ οὐδὲν ὧν ἀνιςορεῖς ἐμέ.

ΕΡΜΗΣ.

Τοιοῖςδε μέντοι καὶ πρὶν αὐθαδίσμασιν
Ἐς τάςδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυςπραξίαν
(Σαφῶς ἐπίςασ') οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγώ·
Κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ,
Ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιςὸν ἄγγελον.
Οὕτως ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεών.

ΕΡΜΗΣ.

Χλιδᾷν ἔοικας τοῖς παροῦσι πράγμασι.

vobis videmini! Nonne ex iis iam duo tyrannos excidere memini? Tertium vero, eum qui nunc regnat, turpissime et celerrime casurum videbo. Numquid tibi videor hosce novos deos horrere ac metuere? Absit per omnem modum. Tu vero via, qua venisti, retro abi; nihil enim eorum, quae ex me sciscitaris, explorabis.

Mercur. Huiusmodi ferocibus consiliis iam antea in has calamitates incurristi.

Prometh. Tuo servitio mea infortunia (sat scito) redimere nolim: melius enim arbitror huic petrae servire, quam patri Iovi fidum nuntium esse. Sic insultare insultantibus oportet.

Mercur. Videris mihi rebus tuis, ut nunc sunt, superbire.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
Ἐχθροὺς ἴδοιμι! καὶ σὲ δ᾽ ἐν τούτοις λέγω.

ΕΡΜΗΣ.

Ἦ κἀμὲ γάρ τι ξυμφορᾶς ἐπαιτιᾷ;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεοὺς,
Ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ᾽ ἐκδίκως.

ΕΡΜΗΣ.

Κλύω σ᾽ ἐγὼ μεμηνότ᾽ οὐ σμικρὰν νόσον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Νοσοῖμ᾽ ἂν, εἰ νόσημα τοὺς ἐχθροὺς στυγεῖν.

ΕΡΜΗΣ.

Εἴης φορητὸς οὐκ ἂν, εἰ πράσσοις καλῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὤιμοι!

ΕΡΜΗΣ.

Τόδε Ζεὺς τοὔπος οὐκ ἐπίσταται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀλλ᾽ ἐκδιδάσκει πάνθ᾽ ὁ γηράσκων χρόνος.

PROMETH. Egone superbiam? Utinam sic superbire omnes inimicos meos viderem! inter quos te quoque numero.

MERCUR. Num me quoque in culpa calamitatum tuarum ponis?

PROMETH. Uno verbo cunctos deos odi, qui beneficiis affecti me iniuria laedunt.

MERCUR. Audio te haud parvo errore insanientem.

PROMETH. Errem, si error est inimicos odisse.

MERCUR. Haud sane ferendus esses, si prosperis rebus uterere.

PROMETH. Hei mihi!

MERCUR. Hoc verbum Iupiter ignorat.

PROMETH. Enimvero senescens tempus omnia docet.

ΕΡΜΗΣ.

Καὶ μὴν σύ γ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίςασαι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὲ γὰρ προςηύδων οὐκ ἂν, ὄνθ' ὑπηρέτην.

ΕΡΜΗΣ.

Ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρήζει πατήρ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μὴν ὀφείλων γ' ἂν τίνοιμ' αὐτῷ χάριν.

ΕΡΜΗΣ.

Ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντ' ἐμέ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ γὰρ σὺ παῖς τε κἄτι τοῦδ' ἀνούςερος,
Εἰ προςδοκᾷς ἐμοῦ τι πευσεῖσθαι πάρα;
Οὐκ ἔςιν αἴκισμ' οὐδὲ μηχάνημ', ὅτῳ
Προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
Πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.
Πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλὸξ,
Λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι

Mercur. Tu tamen sapere nondum didicisti.

Prometh. Tunc enim verba tecum, utpote servo, haud commutarem.

Mercur. Videris mihi nihil eorum, quae scire vult pater, dicturus.

Prometh. Pro meritis scilicet hanc ei gratiam referre deberem.

Mercur. Nempe illudis mihi tanquam puero.

Prometh. Nonne enim puer es, immo puero imprudentior, si speras te a me quidquam expiscaturum? Nulla est poena, neque machinatio, qua me Iupiter commovere possit, ut haec ei prodam, priusquam vincula adfligentia relaxet. Quocirca iaciatur in me ardens flamma, et nive albas alas habente ac terrestri tonitru Iupiter

Χθονίοις κυκάτω πάντα, καὶ ταρασσέτω!
Γράμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδ' ἔμ', ὥστε καὶ φράσαι,
Πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

ΕΡΜΗΣ.

Ὅρα νυν, εἴ σοι ταῦτ' ἀρωγὰ φαίνεται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὦπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε.

ΕΡΜΗΣ.

Τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε
Πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν!

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, παρηγορῶν.
Εἰσελθέτω σε μήποθ', ὡς ἐγὼ, Διὸς
Γνώμην φοβηθεὶς, θηλύνους γενήσομαι,
Καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον
Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν,
Λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· τοῦ παντὸς δέω.

ΕΡΜΗΣ.

Λόγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν·

omnia misceat et confundat! horum tamen nihil me flectet, ut ei dicam, quis eum imperio expulsurus sit.

Mercur. Vide igitur, an hoc tibi profuturum sit.

Prometh. Dudum hoc perspexi, et animo mecum peregi.

Mercur. Aude, o vanissime, aude tandem aliquando in tantis malis recte sapere.

Prometh. Frustra mihi molestus es, tanquam fluctus, obloquendo. Ne tibi unquam veniat in mentem, me, Iovis sententiam metuendo, muliebrem animum proditurum et odiosissimum illum, feminarum ritu, supinis manibus oraturum esse, ut me vinculis his exsolvat; ab eo plurimum absum.

Mercur. Videor multa et frustra locuturus; tu enim

Τέγγει γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ μαλθάσσει λιταῖς
Ἐμαῖς, δακὼν δὲ ϛόμιον, ὡς νεοζυγὴς
Πῶλος, βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει.
Ἀτὰρ σφοδρύνει γ' ἀσθενεῖ σοφίσματι·
Αὐθαδία γὰρ τῷ φρονοῦντι μὴ καλῶς
Αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μεῖον σθένει.
Σκέψαι δ', ἐὰν μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις,
Οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία
Ἔπεισ' ἄφυκτος. πρῶτα μὲν γὰρ ὀκρίδα
Φάραγγα βροντῇ καὶ κεραυνίᾳ φλογὶ
Πατὴρ σπαράξει τήνδε, καὶ κρύψει δέμας
Τὸ σὸν, πετραία δ' ἀγκάλη σὲ βαϛάσει.
Μακρὸν δὲ μῆκος ἐκτελευτήσας χρόνου
Ἄψορρον ἥξεις ἐς φάος· Διὸς δέ τοι
Πτηνὸς κύων δαφοινὸς, ἀετὸς λάβρος,
Ἄκλητος ἕρπων δαιταλεὺς πανήμερος,
Διαρταμήσει σώματος μέγα ῥάκος,
Κελαινόβρωτον δ' ἧπαρ ἐκθοινήσεται.

precibus meis nec molliris, nec mitigaris; sed fraenum mordens, tanquam pullus equinus nuper sub iugum missus, ferocitate exsultas et habenis repugnas. At enim ista vehementia imbecillo consilio nititur: pertinacia enim haud recte sapienti sola per se ne hilum quidem proficit. Vide autem, nisi monitis meis obtemperes, qualis te tempestas, et malorum fluctus inevitabilis obruturus sit. Primum enim asperum hunc rupis recessum tonitru et fulmine pater disiiciet, et corpus tuum abscondet, scopulique brachium te abripiet. Post longum autem temporis spatium denuo prodibis in lucem; Iovis autem volucer canis caedis avidus, rapax aquila, invocatus ad te quotidianus conviva accedens, magnam corporis partem divellet, atrumque

Τοιοῦδε μόχθου τέρμα μή τι προςδόκα,
Πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
Φανῇ, θελήσῃ τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Ἅιδην, κνεφαῖά τ' ἀμφὶ Ταρτάρου βάθη.
Πρὸς ταῦτα βούλευ'· ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος
Ὁ κόμπος ἄλλως, κεὶ λίαν εἰρημένος·
Ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίςαται ςόμα
Τὸ Δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ. σὺ δὲ
Πάπταινε καὶ φρόντιζε, μηδ' αὐθαδίαν
Εὐβουλίας ἀμείνον' ἡγήσῃ ποτέ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρος φαίνεται·
Πείθου· σοφῷ γὰρ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Εἰδότι τοί μοι τάςδ' ἀγγελίας
Ὅδ' ἐθώϋξεν·
Πάσχειν δὲ κακῶς ἐχθρὸν ὑπ' ἐχθρῶν,

iecur tibi depascet. Huius aerumnae finem cave quem exspectes, priusquam aliquis deorum vicarius laborum tuorum extiterit, et in obscurum Orcum atque ad tenebricosam Tartari profunditatem descendere voluerit. Proinde delibera; non enim fictas minas frustra iacio, quamvis graviter denuntiatas: Iovis enim os falsa loqui nescit; sed quaecunque dixerit, exsequitur. Tu igitur circumspice et animum adverte; nec pertinaciam consilii prudentia meliorem esse opinare.

Chorus. Nobis quidem Mercurius haud ineptus esse garrulus videtur: obsequere; turpe enim est sapienti hallucinari.

Prometh. Scienti mihi iste haec renuntiavit; neque indecens est inimicum ab ini-

Οὐδὲν ἀεικές. Πρὸς ταῦτ᾽ ἐπ᾽ ἐμοὶ
Ῥιπτέσθω μὲν πυρὸς ἀμφήκης
Βόστρυχος, αἰθὴρ δ᾽ ἐρεθιζέσθω
Βροντῇ, σφακέλῳ τ᾽ ἀγρίων ἀνέμων·
Χθόνα δ᾽ ἐκ πυθμένων αὐταῖς ῥίζαις
Πνεῦμα κραδαίνοι, κῦμα δὲ πόντου
Τραχεῖ ῥοθίῳ ξυγχώσειεν
Τῶν τ᾽ οὐρανίων ἄστρων διόδους·
Ἔς τε κελαινὸν Τάρταρον ἄρδην
Ῥίψειε δέμας τοὐμὸν, ἀνάγκης
Στεῤῥαῖς δίναις·
Πάντως ἐμέ γ᾽ οὐ θανατώσει.

ΕΡΜΗΣ.

Τοιάδε μέντοι τῶν φρενοπλήκτων
Βουλεύματ᾽ ἔπη τ᾽ ἐστὶν ἀκοῦσαι·
Τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν;
Εἰ δὲ τάδ᾽ ἀτυχεῖ, τί χαλᾷ μανιῶν;
Ἀλλ᾽ οὖν ὑμεῖς γ᾽, αἱ πημοσύναις
Ξυγκάμνουσαι ταῖς τοῦδε, τόπων
Μετά που χωρεῖτ᾽ ἐκ τῶνδε θοῶς,

mico male tractari. Proinde in me torqueatur anceps ignis iubar, aetherque tonitru et insania ferorum ventorum concutiatur; terram vero procella funditus cum ipsis radicibus labefactet, fluctumque maris fero vortice cum coelestium astrorum viis confundat; atque in atrum Tartarum aspero necessitatis turbine prorsus deiiciat meum corpus! omnino tamen me necare non poterit.

Mercur. Talia quidem delirantium consilia et verba audire licet. quid enim huic abest a delirio? Et cum tam infelix sit, quid de insania remittit? Vos igitur, quas misericordia afficiunt huius calamitates, aliquo iam ex his locis secedite,

Μὴ φρένας ὑμῶν ἠλιθιώσῃ
Βροντῆς μύκημ' ἀτέραμνον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄλλο τὶ φώνει καὶ παραμυθοῦ
Μ' ὅ τι καὶ πείσεις· οὐ γὰρ δή που
Τοῦτό γε τλητὸν παρέσυρας ἔπος.
Πῶς με κελεύεις κακότητ' ἀσκεῖν;
Μετὰ τοῦδ', ὅ τι χρὴ, πάσχειν ἐθέλω·
Τοὺς γὰρ προδότας μισεῖν ἔμαθον,
Κοὐκ ἔστι νόσος
Τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον.

ΕΡΜΗΣ.

Ἀλλ' οὖν μέμνησθ' ἅτ' ἐγὼ προλέγω·
Μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι,
Μέμψησθε τύχην, μηδέ ποτ' εἴπηθ'
Ὡς ἀπρόοπτον Ζεὺς πῆμ' ἐσέβαλλ'·
Εἰδυῖαι γὰρ, κοὐκ ἐξαπίνης
Οὐδὲ λαθραίως, εἰς ἀπέραντον
Δίκτυον Ἄτης

ne immanis tonitruum mugitus mentes vestras in dementiam adigat.

Chorus. Aliud loquere et mihi suade, quod etiam persuadeas; nam hoc quidem haud ferendum est, quod dixisti. Quomodo malitiam exercere me iubes? Cum hoc, quae patienda sunt, patiar; proditores enim odisse didici; neque est ullum aliud vitium, a quo magis abhorream.

Mercur. Recordamini igitur, quae vobis praedico, neque, a noxa captae, fortunam accusate, neque posthac dicite, Iovem vos in calamitatem haud praevisam coniecisse: scientes enim, nec subito impetu, neque ex occultis insidiis, ipsae stultitia vestra inexplicabili-

Ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνοίας.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μὴν ἔργῳ κοὐκέτι μύθῳ
Χθὼν σεσάλευται·
Βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται
Βροντῆς, ἕλικες δ' ἐκλάμπουσι
Στεροπῆς ζάπυροι, ςρόμβοι δὲ κόνι-
σμ' εἱλίσσουσι· σκιρτᾷ δ' ἀνέμων
Πνεύματα πάντων, εἰς ἄλληλα
Στάσιν ἀντίπνουν ἀποδεικνύμενα·
Ξυντετάρακται δ' αἰθὴρ πόντῳ.
Τοιάδ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπὴ Διόθεν,
Τεύχουσα φόβον, ςείχει φανερῶς.
Ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας, ὦ πάντων
Αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων,
Ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω!

bus calamitatis laqueis vos induetis.

Prometh. Atqui iam reapse, non sermone tantum, terra concutitur, raucusque fragor tonitruum reboat; emicant ignea fulguris volumina; turbines autem pulverem glomerant; ventique omnes saltant, quasi seditione facta invicem omnia perflantes; confusus est aether cum ponto. Talis a Iove plaga terribilis manifesto in me dirigitur. O matris meae numen, o Aether commune omnibus lumen volvens, cernis, quam iniusta patiar!

ΑΙΣΧΥΛΟΥ.

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΚΗΡΥΞ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ, ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΘΗΒΑΙΩΝ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια
Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.
Εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεοί·
Εἰ δ' αὖθ' (ὃ μὴ γένοιτο!) συμφορὰ τύχοι,
Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν
Ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις παλιῤῥόθοις,
Οἰμώγμασίν θ', ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος
Ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει.

SCENA I.

ETEOCLES, POPULUS THEBANUS.

Eteocles. Cadmi cives, necesse est, ut, quae tempus postulat, dicantur ab eo, qui remp. in puppe civitatis clavum tractans regit, palpebris nunquam somno conniventibus. Si enim bene rem geramus, diis id auctoribus acceptum fertur; sin autem rursus, quod absit, adversi quid acciderit, Eteocles unus rumoribus contrariis querelisque per civitatem differatur, quorum Iupiter averruncus fiat, et hoc nomen suum Cadmeorum urbi approbet.

Ὑμᾶς δὲ χρὴ νῦν, καὶ τὸν ἐλλείποντ᾽ ἔτι
Ἥβης ἀκμαίας, καὶ τὸν ἔξηβον χρόνῳ,
Βλάστημον ἀλδαίνοντα σώματος πολὺ,
Ὥραν τ᾽ ἔχονθ᾽ ἕκαστον, ὥστε ξυμπρεπὲς,
Πόλει τ᾽ ἀρήγειν, καὶ θεῶν ἐγχωρίων
Βωμοῖσι, τιμὰς μὴ ᾽ξαλειφθῆναί ποτε,
Τέκνοις τε, γῇ τε μητρὶ, φιλτάτῃ τροφῷ,
ἣ γὰρ νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδῳ,
Ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδείας ὄτλον,
Ἐθρέψατ᾽ οἰκητῆρας ἀσπιδηφόρους
Πιστοὺς, ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.
Καί νυν μὲν ἐς τόδ᾽ ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός·
Χρόνον γὰρ ἤδη τόνδε πυργηρουμένοις
Καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ·
Νῦν δ᾽, ὡς ὁ μάντις φησὶν, οἰωνῶν βοτὴρ,
Ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν, πυρὸς δίχα,
Χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ

Oportet autem vos, et illum, qui adhuc abest a viro iuventae, et eum, qui iuveniles annos supergressus est, omnes corporis vires diligenter reparando, et quae opus sint curando, huic urbi deorumque indigetum aris, ne unquam iis honores extinguantur, liberis patriaeque telluri, dilectissimae nutrici, succurrere, utpote quae, omnem educationis molestiam excipiens, vos pueros, in miti solo reptantes, nutriendo reddidit cives armigeros fidos, ut ad hoc negotium apti essetis. Et quidem ad hunc usque diem prospere se deus ad causam nostram inclinat; iam enim tam diu obsessis plurima, diis dantibus, ex voto successerunt: nunc vero, secundum quae monet vates, avium nutritor, auribus ac mente observans, absque igne, alites fatidicas, haud fallace arte (hic enim, vaticini-

(Οὗτος, τοιῶνδε δεσπότης μαντευμάτων,
Λέγει, μεγίστην προσβολὴν Ἀχαΐδα
Νυκτηγορεῖσθαι κἀπιβουλεύσειν πόλει),
Ἀλλ' ἔς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων
Ὁρμᾶσθε πάντες, σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ,
Πληροῦτε θωρακεῖα, κἀπὶ σέλμασι
Πύργων στάθητε, καὶ πυλῶν ἐπ' ἐξόδοις
Μίμνοντες εὖ θαρσεῖτε, μηδ' ἐπηλύδων
Ταρβεῖτ' ἄγαν ὅμιλον! εὖ τελεῖ θεός.
Σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ
Ἔπεμψα, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾷν ὁδοῦ·
Καὶ τῶνδ' ἀκούσας, οὔτι μὴ ληφθῶ δόλῳ.

orum talium praeses, maximum agmen Achivorum per noctem contrahi et urbi insidiaturum esse nuntiat): age, et ad murorum pinnas et ad portas properate cuncti, prorumpite cum omnibus armis, occupate propugnacula et in tabulatis turrium consistite, et in exitibus portarum manentes confidite, nec multum vobis a peregrinorum turba timete! felicem deus exitum dabit. Exploratores autem ego quoque et speculatores exercitus emisi, quos a via non aberraturos spero. quos ubi audivero, haud vereor ne dolo decipiar.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ, ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐτεόκλεες, φέριστε Καδμείων ἄναξ,
Ἥκω σαφῆ τἀκεῖθεν ἐκ στρατοῦ φέρων·
Αὐτὸς κατόπτης δ' εἴμ' ἐγὼ τῶν πραγμάτων.
Ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
Ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,
Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου,
Ἄρην Ἐνυὼ καὶ φιλαίματον Φόβον
Ὡρκωμότησαν, ἢ, πόλει κατασκαφὰς
Θέντες, λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ,
Ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ·
Μνημεῖά θ' αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους
Πρὸς ἅρμ' Ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον, δάκρυ
Λείβοντες· οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα,

SCENA II.

ETEOCLES, NUNTIUS.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ἀρχὴ δὲ ναυσὶ ξυμβολῆς τίς ἦν, φράσον,
Τίνες κατῆρξαν, πότερον Ἕλληνες, μάχης,
Ἢ παῖς ἐμὸς, πλήθει καταυχήσας νεῶν.

tum naves, et praeter has decem selectae; Xerxi autem (etenim novi) mille erant, quibus praefuit, numero; celeritate autem praestantes erant ducentae septem; ne tibi forte videamur hac ex parte in proelio inferiores fuisse; sed numen aliquod ita delevit exercitum, lances haud aequilibri fortuna onerans.

Atossa. Dei Palladis urbem deae servant!

Nuntius. Est sane, est, inexpugnabilis Athenarum civitas: viros enim fortes cum habeat, firmo utitur munimento.

Atossa. Iam dic, quaeso, quodnam fuerit navalis pugnae initium, quinam primi praelium aggressi sint, utrum Graeci, an filius meus multitudine navium elatus.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἦρξεν μὲν, ὦ δέσποινα, τοῦ παντὸς κακοῦ
Φανεὶς ἀλάςωρ ἢ κακὸς δαίμων ποθέν.
Ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων ςρατοῦ
Ἐλθὼν, ἔλεξε παιδὶ σῷ Ξέρξῃ τάδε,
Ὡς, εἰ μελαίνης νυκτὸς ἵξεται κνέφας,
Ἕλληνες οὐ μένοιεν, ἀλλὰ σέλμασι
Νεῶν ἐπενθορόντες, ἄλλος ἄλλοσε
Δρασμῷ κρυφαίῳ βίοτον ἐκσωσαίατο.
Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν, οὐ ξυνεὶς δόλον
Ἕλληνος ἀνδρὸς οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον,
Πᾶσι προφωνεῖ τόνδε ναυάρχοις λόγον·
Εὖτ' ἂν φλέγων ἀκτῖσιν ἥλιος χθόνα
Λήξῃ, κνέφας δὲ τέμενος αἰθέρος λάβῃ,
Τάξαι νεῶν ςῖφος μὲν ἐν ςίχοις τρισὶν,
Ἔκπλους φυλάσσειν καὶ πόρους ἁλιῤῥόθους,
Ἄλλας δὲ κύκλῳ νῆσον Αἴαντος πέριξ,
Ὡς, εἰ μόρον φευξοίαθ' Ἕλληνες κακὸν,

NUNTIUS. Initium, o domina, omni malo dedit alicunde apparens perditor aut malus genius. Venit enim homo Graecus ex Atheniensium exercitu, et filio tuo Xerxi haec dixit: Graecos, cum primum noctis tenebrae ingruissent, haud mansuros, sed, occupatis navium transtris, alium alia via vitam clam aufugiendo servaturos esse. Quod ubi ille audivit, ignorans hominis Graeci dolum deorumque invidiam, statim omnibus navium ducibus hoc praecipit, simulac urere sol radiis terram cessaverit ac tenebrae templa aetheris occupaverint, ut ordinarent catervam navium agmine tripertito, exitusque et freta maritima custodirent, alias vero circum Aiacis insulam disponerent, adeo ut, si perniciem Graeci effugerent, ac

Ναυσὶ κρυφαίως δρασμὸν εὑρόντες τινὰ,
Πᾶσι ςέρεσθαι κρατὸς ἦν προκείμενον.
Τοσαῦτ' ἔλεξε κάρθ' ὑπ' ἐκθύμου φρενός·
Οὐ γὰρ τὸ μέλλον ἐκ θεῶν ἠπίςατο.
Οἱ δ' οὐκ ἀκόσμως, ἀλλὰ πειθάρχῳ φρενὶ
Δεῖπνόν τ' ἐπορσύνοντο, ναυβάτης τ' ἀνὴρ
Ἐτροποῦτο κώπην σκαλμὸν ἀμφ' εὐήρετμον.
Ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο,
Καὶ νὺξ ἐπῄει, πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ
Ἐς ναῦν ἐχώρει, πᾶς δ' ὅπλων ἐπιςάτης,
Τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει νεὼς μακρᾶς.
Πλέουσι δ', ὡς ἕκαςος ἦν τεταγμένος,
Καὶ πάννυχοι δὴ διάπλοον καθίςασαν
Ναῶν ἄνακτες πάντα ναυτικὸν λεών.
Καὶ νὺξ ἐχώρει, κοὐ μάλ' Ἑλλήνων ςρατὸς
Κρυφαῖον ἔκπλουν οὐδαμῇ καθίςατο.
Ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα

navibus clam elabendi viam reperirent, omnibus capitis poena denuntiaretur. Haec ille edixit animo valde irato; non enim intelligebat, quid a diis futurum esset. Hi vero non negligenter, sed obsequenti animo coenam parabant, et nauta alligavit remum circa scalmum remis aptum. Postquam vero lux solis occidit, et nox supervenit, omnis remi moderator in navem cessit, et omnis miles; et ordo ordinem navis longae vocavit. Navigant vero, prout quisque ordinatus erat, et per totam noctem huc illuc dispositum, navigando sine remissione intentum, tenuerunt navium duces omnem nauticum populum. Nox interim procedebat, nec tamen uspiam Graecorum exercitus clam enavigare tentabat. Postquam vero dies albis equis

Πᾶσαν κατέσχε γαῖαν, εὐφεγγὴς ἰδεῖν,
Πρῶτον μὲν ἠχοῖ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
Μολπηδὸν εὐφήμησεν, ὄρθιον δ' ἅμα
Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας
Ἠχώ· φόβος δὲ πᾶσι βαρβάροις παρῆν
Γνώμης ἀποσφαλεῖσιν· οὐ γὰρ ὡς φυγῇ
Παιᾶν' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε,
Ἀλλ' ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει.
Σάλπιγξ δ' ἀϋτῇ πάντα καίν' ἐπέφλεγεν·
Εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῇ
Ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος,
Θοῶς δὲ πάντες ἦσαν ἐκφανεῖς ἰδεῖν.
Τὸ δεξιὸν μὲν πρῶτον εὔτακτον κέρας
Ἡγεῖτο κόσμῳ, δεύτερον δ' ὁ πᾶς στόλος
Ἐπεξεχώρει, καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
Πολλὴν βοήν· „Ὦ παῖδες Ἑλλήνων, ἴτε,
Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ

invecta omnem occupavit, visu lucida, regionem, primum quidem classicum a Graecis sublatum cantici instar Echoi acclamabat; Echo autem insularis petrae illico alta voce resonabat; metus vero omnes barbaros incessit, spe depulsos; non enim quasi ad fugam gravem Paeana canebant Graeci, sed animosa audacia ad pugnam ruentes. Tuba autem clangore omnia nova accendit. Statim vero iunctis remorum strepentium percussionibus, audito celeusmate, raucas maris undas verberabant, celeriter omnes conspicui. Ac primum quidem dextrum cornu scite instructum ordine praeibat, deinde tota classis subsequebatur, simul undique magnus clamor audiebatur: "O filii Graecorum, ite, liberate patriam, liberate vero liberos, uxo-

Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
Θήκας τε προγόνων! νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών."
Καὶ μὴν παρ' ἡμῶν Περσίδος γλώσσης ῥόθος
Ὑπηντίαζε, κοὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή.
Εὐθὺς δὲ ναῦς ἐν νηῒ χαλκήρη στόλον
Ἔπαισεν· ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ
Ναῦς, κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς
Κόρυμβ', ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος ἴθυνεν δόρυ.
Τὰ πρῶτα μὲν δὴ ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ
Ἀντεῖχεν· ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
Ἤθροιστ', ἀρωγὴ δ' οὔτις ἀλλήλοις παρῆν,
Αὐτὸν δ' ἐφ' αὑτῷ γ' ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις
Παίοντ' ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον,
Ἑλληνικαί τε νῆες οὐκ ἀφραδμόνως
Κύκλῳ πέριξ ἔθεινον, ὑπτιοῦτο δὲ
Σκάφη νεῶν, θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν
Ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν·

res, deorumque patriorum sedes, maiorumque sepulcra. Nunc pro omnibus pugnandum est." Enimvero et a nobis Persicae linguae strepitus recurrebat, neque ullus erat cunctandi locus. Confestim navis in nave acutum rostrum percussit; primum vero impetum dedit Graeca navis, et omnia Phoenissae navis aplustria diffregit; et alius in aliam direxit navigium. Ac primum quidem torrens Persici exercitus impetum sustinuit; cum vero multitudo navium in angusto coarctaretur, nostrique suis auxilium ferre non possent, sed ipsum sibimet aeratis rostris impingentem confringerent omnem remorum apparatum, Graecaeque naves haud inerti consilio undique eas cingentes urgerent, tum igitur subvertebantur naves, neque amplius mare

Ἀκταὶ δὲ νεκρῶν χοιράδες τ᾽ ἐπλήθυον·
Φυγῇ δ᾽ ἀκόσμως πᾶσα ναῦς ἠρέσσετο,
Ὅσαι περ ἦσαν βαρβάρου στρατεύματος.
Τοὶ δ᾽, ὥστε θύννους ἤ τιν᾽ ἰχθύων βόλον,
Ἀγαῖσι κωπῶν θραύσμασίν τ᾽ ἐρειπίων
Ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον, οἰμωγὴ δ᾽ ὁμοῦ
Κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα,
Ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ᾽ ἀφείλετο.
Κακῶν δὲ πλῆθος, οὐδ᾽ ἂν εἰ δέκ᾽ ἤματα
Στοιχηγοροίην, οὐκ ἂν ἐκπλήσαιμί σοι·
Εὖ γὰρ τόδ᾽ ἴσθι, μηδάμ᾽ ἡμέρᾳ μιᾷ
Πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνθρώπων θανεῖν.

ΑΤΟΣΣΑ.

Αἶ αἶ, κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα
Πέρσαις τε καὶ πρόπαντι βαρβάρων γένει!

videre licebat, naufragiis et caedibus hominum oppletum; plena quoque litora, plenae rupes e mari prominentes cadaverum erant. Itaque, quotquot in barbarorum classe naves erant, omnes fugae intentae sine ordine remigabant. Hi vero sicut thynnos aut piscium capturam, fragmentis remorum ac tabularum fragminibus feriebant, trucidabant, et eiulatus una cum clamoribus mare salsum opplebat, donec eos atrae noctis oculus eriperet. Malorum autem multitudinem, ne si decem quidem dies continuos narrando consumerem, absolvere tibi haud possem; sat enim scito, nunquam uno die tantam hominum multitudinem occidisse.

Atossa. Heu heu, mare quoddam magnum malorum in Persas omneque barbarorum genus irrupit!

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακὸν,
Τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους,
Ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ.

ΑΤΟΣΣΑ.

Καὶ τίς γένοιτ' ἂν τῆσδ' ἔτ' ἐχθίων τύχη;
Λέξον, τίν' αὖ φὴς τήνδε συμφορὰν στρατῷ
Ἐλθεῖν, κακῶν ῥέπουσαν ἐς τὰ μάσσονα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν,
Ψυχήν τ' ἄριστοι κεὐγένειαν ἐκπρεπεῖς,
Αὐτῷ τ' ἄνακτι πίστιν ἐν πρώτοις ἀεὶ,
Τεθνᾶσιν οἰκτρῶς δυσκλεεστάτῳ μόρῳ.

ΑΤΟΣΣΑ.

Οἴ 'γὼ τάλαινα ξυμφορᾶς κακῆς, φίλοι!
Ποίῳ μόρῳ δὲ τούσδε φὴς ὀλωλέναι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,

Nuntius. Iam vero tibi persuade, hoc ne dimidium quidem malum esse; talis eos calamitas oppressit, quae haec pondere suo vel bis superaret.

Atossa. Et quaenam hac fieri possit infestior fortuna? Dic quaeso, quam exercitus calamitatem dicas illis graviorem.

Nuntius. Persarum quotquot erant robusti corpore, animique virtute praestantes et genere nobiles, ac fide in regem prae aliis excellentes, omnes miserabiliter inhonestissima morte perierunt.

Atossa. Heu me miseram, amici, ob infelicem rerum eventum! Quanam vero morte eos periisse narras?

Nuntius. Insula est quaedam ante Salaminem sita,

Βαιὰ, δύςορμος ναυσὶν, ἣν ὁ φιλόχορος
Πὰν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι.
Ἐνταῦθα πέμπει τούςδ', ὅπως, ὅταν νεῶν
Φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,
Κτείνειαν εὐχείρωτον Ἑλλήνων ςρατὸν,
Φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν ἐναλίων πόρων,
Κακῶς τὸ μέλλον ἱςορῶν· ὡς γὰρ θεὸς
Ναῶν ἔδωκε κῦδος Ἕλλησιν μάχης,
Αὐθημερὸν, φράξαντες εὐχάλκοις δέμας
Ὅπλοισι, ναῶν ἐξέθρωσκον, ἀμφὶ δὲ
Ἐκυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον, ὥςτ' ἀμηχανεῖν,
Ὅποι τράποιντο· πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ χερῶν
Πέτρησιν ἠράσσοντο, τοξικῆς τ' ἄπο
Θώμιγγος ἰοὶ προςπίτνοντες ὤλλυσαν·
Τέλος δ', ἐφορμηθέντες ἐξ ἑνὸς ῥόθου,
Παίουσι, κρεοκοποῦσι δυστήνων μέλη,
Ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον.

parva, importuna navibus, quam Pan choros amans frequentat in litore maritimo. Istuc eos mittit, ut, si e navibus evasissent in insulam hostes palati, Graecorum exercitum superatu facilem trucidarent, simulque suos e marinis fretis receptos servarent, male futurum interpretatus: cum enim deus navalis pugnae gloriam Graecis concessisset, illo ipso die aereis armis corpora munientes navibus exsilierunt, totamque insulam circumdederunt, ut quo se verterent illi non haberent; multum enim partim lapidibus manu missis percutiebantur, partim sagittae ab arcuum nervis iis inflictae eos perdebant; postremo uno omnes impetu aggressi, caedunt, concidunt miserorum membra, donec omnium vitam prorsus perdidissent. Xerxes

Ξέρξης δ' ἀνῴμωξ', εὖ κακῶν ὁρῶν βάθος,
Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ,
Ὑψηλὸν ὄχθον ἄγχι πελαγίας ἁλός·
Ῥήξας δὲ πέπλους, κἀνακωκύσας λιγὺ,
Πεζῷ παραγγείλας ἄφαρ στρατεύματι,
Ἤϊξ' ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ. Τοιάνδε σοὶ
Πρὸς τῇ πάροιθε ξυμφορὰν πάρα στένειν.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν
Πέρσας! πικρὰν δὲ παῖς ἐμὸς τιμωρίαν
Κλεινῶν Ἀθηνῶν εὗρε, κοὐκ ἀπήρκεσαν,
Οὓς πρόσθε Μαραθὼν βαρβάρων ἀπώλεσεν,
Ὧν ἀντίποινα παῖς ἐμὸς πράξειν δοκῶν
Τοσόνδε πλῆθος πημάτων ἐπέσπασε.
Σὺ δ' εἰπὲ, ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον,
Ποῦ τάσδ' ἔλειπες. οἶσθα σημῆναι τορῶς;

vero ingemuit, abyssum malorum bene cognoscens: nam sedem habebat, unde longe lateque omnem exercitum prospicere poterat, altum collem haud procul a mari remotum; scissis autem vestibus, et acuta voce eiulans, statim iusso pedestri exercitu, fuga incomposita se proripuit. Hanc igitur calamitatem praeter illam priorem deplorare fas est.

Atossa. O inimicum numen, quantum Persarum spem fefellisti! Acerbam vero filius meus ultionem a claris Athenis expertus est; nec suffecerunt, quos iam olim barbaros Marathon perdidit, quorum cladem cum filius meus se vindicaturum speraret, tantam calamitatum molem sibi attraxit. Tu vero dic de navibus, quae interitum effugerunt, ubi eas reliqueris. Potesne hoc certe significare?

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ναῶν γε ταγοὶ τῶν λελειμμένων σύδην
Κατ' οὖρον οὐκ εὔκοσμον αἱροῦνται φυγήν·
Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς, ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ
Διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
Δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ,
Διεκπερῶμέν τ' ἔς τε Φωκέων χθόνα
Καὶ Δωρίδ' αἶαν, Μηλιᾶ τε κόλπον, οὗ
Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ·
Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαΐδος πέδον
Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους
Βορᾶς ἐδέξαντ'· ἔνθα δὴ πλεῖστοι ῎θανον
Δίψει τε λιμῷ τ'· ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε.
Μαγνητικὴν δὲ γαῖαν, ἠδὲ Μακεδόνων
Χώραν ἀφικόμεσθ' ἐπ' Ἀξίου πόρον,
Βόλβης θ' ἕλειον δόνακα, Παγγαῖόν τ' ὄρος,
Ἠδωνίδ' αἶαν. Νυκτὶ δ' ἐν ταύτῃ θεὸς

Nuntius. Navium enim reliquarum ductores, vento secundo usi, fugam haud sane decoram capessunt; reliquus vero exercitus partim in Boeotia periit, aliis circa fontis laticem siti laborantibus, aliis vero anhelatione ex cursu contracta exhaustis, partim transimus in Phocidem ac Doridem, sinumque Meliacum, ubi Spercheus irrigat campum benigno potu. Indeque nos terrae Achaicae campus et Thessalorum civitas indigentes cibo exceperunt, ubi nimirum plurimi siti et fame absumti sunt; utraque enim haec aderant. Magnesiam vero in terram Macedonumque regionem pervenimus ad Axii vadum, Bolbesque palustrem arundinem et Pangaeum montem, Edonida in terram. Eadem nocte autem deus intempe-

Χειμῶν' ἄωρον ὦρσε, πήγνυσιν δὲ πᾶν
'Ρέεθρον ἁγνοῦ Στρυμόνος. Θεοὺς δέ τις
Τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ τότ' ηὔχετο
Λιταῖσι, γαῖαν οὐρανόν τε προςκυνῶν.
'Επεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο
Στρατὸς, περᾷ κρυςαλλοπῆγα διὰ πόρον,
Χὤςτις μὲν ἡμῶν, πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ
'Ακτῖνας, ὡρμήθη, σεσωσμένος κυρεῖ·
Φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
Μέσον πόρον διῆκε θερμαίνων φλογί.
Ἔπιτνον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν· εὐτυχὴς δέ τοι,
Ὅςτις τάχιςα πνεῦμ' ἀπέῤῥηξεν βίου.
Ὅσοι δὲ λοιποὶ, κἄτυχον σωτηρίας,
Θρήκην περάσαντες μόγις πολλῷ πόνῳ
Ἥκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες,
'Εφ' ἑςιοῦχον γαῖαν· ὡς ςένειν πόλιν

stivam hiemem excitavit, congelavitque totum flumen casti Strymonis. Tum vero, quisquis etiam ante deos haud agnoverat, orabat precibus, coelum ac terram venerans. Postquam autem longas preces finierat exercitus, coepit fluvium glacie concretum transire. Et quicunque nostrum, priusquam dei radii dispergerentur, evaserat, servatus est: namque ardens radiis splendidus solis orbis medium flumen dissolvit flamma calefaciens. Itaque alius super alium in aquam lapsi ceciderunt; tumque fortunatus erat, cuicui quam celerrime contigisset vitae spiritum abrumpere. Quotquot autem superfuerunt, qui pauci sunt, incolumesque evaserunt, hi vix multo labore Thracia peragrata fugientes ad patrios lares veniunt, ut civitas Persarum ingemiscat, dilectissimam

Περσῶν, ποθοῦσαν φιλτάτην ἥβην χθονός.
Ταῦτ' ἔϛ' ἀληθῆ· πολλὰ δ' ἐκλείπω λέγων
Κακῶν, ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δυϛπόνητε Δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς
Ποδοῖν ἐνήλλου παντὶ Περσικῷ γένει!

ΑΤΟΣΣΑ.

Οἲ 'γὼ τάλαινα διαπεπραγμένου ϛρατοῦ!
Ὦ νυκτὸς ὄψις ἐμφανὴς ἐνυπνίων,
Ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά!
Ὑμεῖς δὲ φαύλως αὔτ' ἄγαν ἐκρίνατε.
Ὅμως δ', ἐπειδὴ τῇδ' ἐκύρωσεν φάτις
Ὑμῶν, θεοῖς μὲν πρῶτον εὔξασθαι θέλω,
Ἔπειτα Γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα
Ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν,
Ἐπίϛαμαι μὲν ὡς ἐπ' ἐξειργασμένοις,
Ἀλλ' ἐς τὸ λοιπὸν εἴ τι δὴ λῷον πέλοι.

terrae iuventutem desiderans. Haec vera sunt; multas tamen calamitates praetermisi, quas Persis deus inflixit.

Chorus. O infestissimum Numen, quam grave pedibus universum Persarum genus conculcasti!

Atossa. Heu me infelicem ob exercitum deletum! O nocturna somniorum clara species, quam perspicue mihi mala significasti! Vos vero nimis falsi fuistis interpretes. Veruntamen, quoniam hac ex parte saltem rectum fuit consilium vestrum, diis primum vota facere volo, deinde Terrae diisque inferis dona feram, depromtis ex domo mea inferiis; scio quidem, me super rebus transactis hoc facturam, attamen ut in posterum certe me-

Ὑμᾶς δὲ χρὴ 'πὶ τοῖςδε τοῖς πεπραγμένοις
Πιςοῖσι πιςὰ ξυμφέρειν βουλεύματα·
Καὶ παῖδ', ἐάν περ δεῦρ', ἐμοῦ πρόςθεν, μόλῃ,
Παρηγορεῖτε, καὶ προπέμπετ' ἐς δόμους,
Μὴ καί τι πρὸς κακοῖσι πρόςθηται κακόν.

liora contingant. Vos autem oportet super his rebus gestis fida fidelibus conferre consilia; et filium meum, si prius, quam ego redierim, huc advenerit, consolamini ac domum deducite, ne forte his malis aliud insuper malum addatur.

Χ Ο Ρ Ο Σ.

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, νῦν, νῦν, Περσῶν
Τῶν μεγαλαύχων καὶ πολυάνδρων
Στρατιὰν ὀλέσας, ἄϛυ τὸ Σούσων
Ἠδ' Ἀγβατάνων
Πένθει δνοφερῷ κατέκρυψας!
Πολιαὶ δ', ἀταλαῖς χερσὶ καλύπτρας
Κατερεικόμεναι, διαμυδαλέοις
Δάκρυσι κόλπους
Τέγγουσ', ἄλγους μετέχουσαι,
Αἱ δ' ἁβρόγυιοι Περσίδες, ἀνδρῶν
Ποθέουσαι ἰδεῖν ἀρτιζυγίαν,
Λέκτρων τ' εὐνὰς ἁβροχίτωνας,
Χλιδανῆς ἥβης τέρψιν, ἀφεῖσαι
Πενθοῦσι γόοις ἀκορεστάτοις.
Κἀγὼ δὲ μόρον τῶν οἰχομένων
Αἴρω δοκίμως πολυπενθῆ.

SCENA IV.

C H O R U S.

At, o rex Jupiter, nunc, nunc, Persarum superbientium et numerosorum copiis perditis, Susorum et Ecbatanorum urbes caliginoso luctu obnupsisti! Canae vero, puerilibus manibus velamina scindentes, sinus rorantibus lacrymis rigant, doloris participes, teneraeque Persides, copulas cum viris nuper iunctas desiderantes, et consuetudine cum iis in lectis molliter stratis, delicatae iuventutis fructu, privatae, lugent maxime insatiabili gemitu. Et ego quoque mortuorum fata merito luctuosa praedico.

στροφὴ ά.

Νῦν δὴ πρόπασα μὲν στένει
Γαῖ' Ἀσιὰς ἐκκενουμένα·
Ξέρξης γὰρ ἄγαγεν, ποποῖ,
Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ,
Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως
Βαρίδεσσι ποντίαις.
Τί ποτε Δαρεῖος μὲν
Οὕπω τότ' ἀβλαβὴς ἐπῆν
Τοξάρχης πολιήταις,
Σουσίδος φίλος ἄκτωρ;

ἀντιστροφὴ ά.

Πεζούς γε καὶ θαλασσίους
Ὁμόπτεροι κυανώπιδες
Νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,
Νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ,
Νᾶες, πανωλέθροισιν ἐμβολαῖς.
Διὰ δ' Ἰαόνων χέρας
Τυτθά γ' ἐκφυγεῖν ἄ-
νακτ' αὐτὸν ὡς ἀκούομεν
Θρήκης ἀμπεδιήρεις
Δυσχείμους τε κελεύθους.

Nunc nimirum universa Asia gemit, viris exhausta: Xerxes enim abduxit, papae! Xerxes perdidit, tatae! Xerxes omnia imprudenter navibus marinis administravit. Cur tandem Darius illo tempore non amplius praefuit innocuus civibus imperator Susidisque carus dux?

Pedestres vero copias et classiarios milites simul evolantes et caeruleis proris instructae naves duxerunt, papae! naves perdiderunt, tatae! naves, internecinis assultibus. Ex Ionum vero manibus vix effugisse sic regem ipsum audimus, per Thraciae planas ac tempestate difficiles vias.

στροφὴ β'. Τοὶ δ' ἄρα πρωτόμοροι δὴ
(Φεῦ)
Ληφθέντες πρὸς ἀνάγκαν
(Ἠὲ)
Ἀκτὰς ἀμφὶ Κυχρείας
(Ὀά),
Κυχρείας! Στένε καὶ δακνάζου,
Βαρὺ δ' ἀμβόασον οὐράνι' ἄχη
(Ὀά),
Τεῖνε δὲ δυςβάϋκτον
Βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν!

ἀντιστρ. β'. Γναμπτόμενοι δ' ἀλὶ δεινᾷ,
(Φεῦ),
Σκύλλονται πρὸς ἀναύδων
(Ἠὲ)
Παίδων τᾶς ἀμιάντου
(Ὀά)!
Πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερηθεὶς,
Τοκέες δ' ἄπαιδες, δαιμόνι' ἄχη
(Ὀά)
Δυρόμενοι, γέροντες
Τὸ πᾶν δὴ κλείουσιν ἄλγος.

Illi igitur principes (ah), necessitate correpti (heu), circum Cychrea (vae!) Cychrea litora fuerunt! Suspira, animum afflige, et graviter vociferare clamoribus lugubribus ad coelum sublatis (heu!) atque intende lacrymabilem, clamosam, miserabilem vocem!

Vexati autem illi infesto mari lacerantur a muta casti maris progenie. Suum vero quaeque domus viduata virum luget; parentesque liberis orbati senes, divinitus immissam calamitatem questi, universum infortunium celebrant.

στροφὴ γ΄. Τοὶ δ' ἀνὰ γᾶν Ἀσίαν δὴν
Οὐκ ἔτι περσονομοῦνται,
Οὐκ ἔτι δασμοφοροῦσι
Δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις,
Οὐδ' ἐς γᾶν προπίτνοντες
Ἄρξονται· βασίλεια
Γὰρ διόλωλεν ἰσχύς,

ἀντιστρ. γ΄. Οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖσιν
Ἐν φυλακαῖς· λέλυται γὰρ
Λαὸς ἐλεύθερα βάζειν,
Ὡς ἐλύθη ζυγὸν ἀλκᾶς·
Αἱμαχθεῖσα δ' ἄρουρα
Αἴαντος, περίκλυςα
Νᾶσος, ἔχει τὰ Περσῶν.

Hi vero Asiae incolae dehinc non diu Persarum legibus vivent, non amplius tributa, domini vi coacti, pendent, neque in terram se prosternentes regentur: periit enim regis potestas, nec porro lingua hominibus custoditur: soluto enim potentiae iugo solutus quoque est ad libere vociferandum populus; atque in agro sanguine imbuto Aiacis, insula circumflua, sitae sunt Persarum fortunae.

ΑΤΟΣΣΑ, ΧΟΡΟΣ.

ΑΤΟΣΣΑ.

Φίλοι, βίου μὲν ὅστις ἔμπορος κυρεῖ,
Ἐπίσταται, βροτοῖσιν, ὡς, ὅταν κλύδων
Κακῶν ἐπέλθῃ, πάντα δειμαίνειν φιλεῖ,
Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὐροῇ, πεποιθέναι,
Τὸν αὐτὸν ἀεὶ δαίμον' οὐριεῖν τύχας.
Ἐμοὶ γὰρ ἤδη πάντα μὲν φόβου πλέα
Ἐν ὄμμασίν τ' ἀνταῖα φαίνεται θεῶν,
Βοᾷ δ' ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος·
Τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας.
Τοιγὰρ κέλευθον τήνδ' ἄνευθ' ὀχημάτων
Χλιδῆς τε τῆς πάροιθεν ἐκ δόμων πάλιν
Ἔστειλα, παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς
Φέρουσ', ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια·
Βοός τ' ἀφ' ἁγνῆς λευκὸν εὔποτον γάλα,

SCENA V.

ATOSSA, CHORUS.

Atossa. O amici, quicunque in hac vita navigat, is novit, hominibus ubi fluctus malorum irruerint, omnia timeri solere, si vero prosper sit fortunae flatus, eos fortunam eandem vento secundo semper adspiraturam sperare. Mihi certe a diis omnia timoris plena et adversaria oculis obversantur, auresque personat clamor nequaquam paeanius: tantus e malis stupor animum percellit. Proinde hanc viam ex aedibus sine curru depositoque pristino ornatu relegi, propitias filii mei patri inferias afferens, quibus placantur manes; primum quidem a vacca pura album ac suave lac;

Τῆς τ' ἀνθεμουργοῦ στάγμα, παμφαὲς μέλι,
Λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα,
Ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο
Ποτὸν, παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε·
Τῆς τ' αἰὲν ἐν φύλλοισι θαλλούσης βίον
Ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς εὐώδης πάρα,
Ἄνθη τε πλεκτὰ, παμφόρου γαίας τέκνα.
Ἀλλ', ὦ φίλοι, χοαῖσι ταῖσδε νερτέρων
Ὕμνους ἐπευφημεῖτε, τόν τε δαίμονα
Δαρεῖον ἀνακαλεῖσθε, γαπότους δ' ἐγὼ
Τιμὰς προπέμψω τάσδε νερτέροις θεοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Βασίλεια γύναι, πρέσβος Πέρσαις,
Σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς,
Ἡμεῖς θ' ὕμνοις αἰτησόμεθα
Φθιμένων πομποὺς
Εὔφρονας εἶναι κατὰ γαίας.
Ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἁγνοὶ,
Γῆ τε καὶ Ἑρμῆ, βασιλεῦ τ' ἐνέρων,

deinde florilegae liquorem, pellucidum mel, una cum virginis fontis aquoso latice, tum matre ab agresti meraceum potum, hocce veteris vini gaudium. Denique semper inter frondes virentis vitam flavae olivae fructus suaveolens adest, sertique flores, almae telluris progenies. Vos igitur, amici, inferiis hisce carmina accinite, deumque Darium evocetis, ego vero honorem huncce a terra epotandum inferis diis libabo.

Chorus. Mulier regina, Persis veneranda, tu quidem inferias sub terrae penetralia mitte, nos vero carminibus precabimur, ut nobis propitii sint mortuorum deductores subterranei. Vos igitur, sancti inferi dii, Tellus, et Mercuri, tuque inferorum Rex,

Πέμψατ' ἔνερθε ψυχὰν ἐς φάος!
Εἰ γάρ τι κακῶν ἄκος οἶδε πλέον,
Μόνος ἂν θνητῶν παρά σ' εἴποι.

ϛρ. ά. Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρίτας ἰσοδαίμων βασιλεὺς,
Βάρβαρα σαφηνῆ
Ἱέντος τὰ παναίολ' αἰ-
ανῆ δύςθροα βάγματα;
Παντάλαν' ἄχη διαβοάσω.
Νέρθεν ἆρα κλύει μου;

ἀντ. ά. Ἀλλὰ σύ μοι, Γᾶ τε καὶ ἄλλοι χθονίων ἁγεμόνες,
Δαίμονα μεγαυχῆ
Ἰόντ' αἰνέσατ' ἐκ δόμων,
Περσᾶν Σουσιγενῆ θεὸν,
Πέμπετε δ' ἄνω τὸν, οἷον οὔπω
Περσὶς αἶ' ἐκάλυψεν!

ϛρ. β'. Ἦ φίλος ἀνὴρ! ἦ φίλος ὄχθος!
Φίλα γὰρ κέκευθεν ἤθη.
Ἀϊδωνεὺς δ', ἀναπομπὸς

mittite animam in lucem! nam si quid remedii noverit malorum, solus mortalium apud te dixerit.

Auditne me beatus ille divinus rex, barbara elataque voce varias fundentem acerbas luctuosas preces? Omnibus modis miserrimas calamitates clamabo. Auditne igitur me sub terra?

Tu vero, o Tellus, vosque reliqui inferorum ductores, patiamini quaeso, ut excelsum numen, Persarum Deus, Susis natus, domibus vestris exeat, et sursum mittite illum, qualem antehac nunquam Persica tellus operuit!

Heu virum amabilem! Heu amabile sepulcrum! amabiles enim mores tegit! O Pluto, precamur,

Ἀνείης, Ἀϊδωνεὺς,
Δαρεῖον, Δαρεῖον ἄνακτα!
Ἠέ!

ἀντιστ. β'. Οὔτε γὰρ ἄνδρας πώποτ᾽ ἀπώλλυ
Πολεμοφθόροισιν ἄταις,
Θεομήστωρ τ᾽ ἐκικλήσκε-
το Πέρσαις, θεομήστωρ
Δ᾽ ἔσκεν, ἐπεὶ στρατὸν εὖ γ᾽ ἐποδώκει.
Ἠέ!

στροφ. γ'. Ἀρχαῖος βαλὴν, ἴθ᾽ ἵκου, βαλήν!
Ἔλθ᾽ ἐπ᾽ ἄκρον κόρυμβον ὄχθου,
Κροκόβαπτον ποδὸς εὔμαριν ἀείρων,
Βασιλείου τιάρας φάλαρον πιφαύσκων!
Βάσκε, πάτερ ἄκακε Δαρεῖ᾽, ἄνω,

ἀντ. γ'. Ὅπως καινά τε κλύῃς νέα τ᾽ ἄχη!
Δέσποτα δεσπότου, φάνηθι·
Στυγία γάρ τις ἐπ᾽ ἀχλὺς πεπόταται·
Νεολαία γὰρ ἤδη κατὰ πᾶσ᾽ ὄλωλε.
Βάσκε, πάτερ ἄκακε Δαρεῖ᾽, ἄνω!

ut sursum mittas, o Pluto, Darium, regem Darium! Eheu!

Neque enim umquam populum bellicis calamitatibus perdidit, et divinus consultor vocabatur Persis, divinusque consultor erat, quoniam exercitus imperium feliciter administrabat. Eheu!

Antique Rex, vade, veni, o Rex! accede ad summum sepulcri tumulum, croco tinctam attollens pedis crepidam, regiae tiarae splendorem ostendens! Sursum, pater innocue Darie, veni,

Ut nova recentia inaudita mala audias! O domine domini, appare: Stygia enim malorum caligo nos circumvolat; nam universa iuventus periit. Sursum, pater innocue Darie, veni!

ἐπῳδός.

Αἶ αἶ αἶ αἶ,
Ὦ πολύκλαυτε φίλοισι,
Θανὼν τί τάδε, δυνάστα;
Παρὰ ταγοῦ γε δίδυμον δύστνοον
Ἁμάρτημα πᾶσαι γᾷ τᾷδ' ἔφθινθ'
Αἱ τρίσκαλμοι νᾶες ἄναες!

Hei hei! O tu, multum flebilis amicis, cur sic occidisti? nam regis duplice infesto peccato omnes huic terrae perierunt naves nenaves.

ΔΑΡΕΙΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΑΤΟΣΣΑ.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ὦ πιςὰ πιςῶν, ἥλικές θ' ἥβης ἐμῆς,
Πέρσαι γεραιοὶ, τίνα πόλις πονεῖ πόνον,
Ταρβῶ· χοὰς δὲ πρευμενὴς ἐδεξάμην.
Σθένει κέκοπται καὶ χαράσσεται πέδον,
Λεύσσω δ' ἄκοιτιν τὴν ἐμὴν τάφρου πέλας,
Ὑμεῖς δὲ θρηνεῖτ', ἐγγὺς ἑςῶτες τάφου,
Καὶ ψυχαγωγοῖς ὀρθιάζοντες γόοις
Οἰκτρῶς καλεῖτέ μ'. Ἔςι δ' οὐκ εὐέξοδον
Ἄλλως τε πάντως, χοἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ
Λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν ἢ μεθιέναι·
Ὅμως δ' ἐκείνοις ἐνδυναςεύσας ἐγὼ
Ἥκω· 'τάχυνα δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνου.
Τί δ' ἔςι Πέρσαις νεοχμὸν ἐμβριθὲς κακόν;

SCENA VI.

DARIUS, CHORUS, ATOSSA.

Darius. O fidi fidorum, iuventutis aequales meae, Persae senes, quanam aerumna civitas affligatur, tremo: inferias autem benevolus accepi. Fortiter pulsata fuit ac scinditur terra, video vero uxorem meam prope scrobem, vosque, circum sepulchrum stantes, querelas funditis et lamentationibus manes evocantibus miserabiliter me appellatis. Haud facile autem est redire, cum omnino, tum, quod inferi multo ad accipiendum quam ad dimittendum promtiores sunt. Nihilo secius principem inter eos locum obtinens, venio; et festinavi quidem, ut immunis sim a culpa morae. Quid autem est illud mali, quo Persae cummaxime premuntur?

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Σέβομαι μὲν προςιδέσθαι, σέβομαι δ' ἀντία λέξαι
Σέθεν, ἀρχαίῳ περὶ τάρβει.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ἀλλ' ἐπεὶ κάτωθεν ἦλθον, σοῖς γόοις πεπεισμένος,
Μή τι μακεστῆρα μῦθον, ἀλλὰ σύντομον λέγων
Εἰπὲ, καὶ πέραινε πάντα, τὴν ἐμὴν αἰδῶ μεθείς.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. Δέομαι μὲν χαρίσασθαι, δέομαι δ' ἀντία φᾶσθαι,
Λέξας δύςλεκτα φίλοισιν.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ἀλλ' ἐπεὶ δέος παλαιὸν σοὶ φρενῶν ἀνθίσταται,
Τῶν ἐμῶν λέκτρων γεραιὰ ξύννομ', εὐγενὲς γύναι,
Κλαυμάτων λήξασα τῶνδε καὶ γόων σαφές τι μοὶ
Λέξον. Ἀνθρώπεια δ' ἄν τοι πήματ' ἐντύχοι βροτοῖς·
Πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χέρσου κακὰ
Γίγνεται θνητοῖσι μάσσω, βίοτος ἢν ταθῇ πρόσω.

Chorus. Vereor te intueri, vereor tecum loqui, antiqua motus reverentia.

Darius. At enim, quia, luctui tuo obsecutus, huc ab inferis veni, noli longis ambagibus uti, sed breviter, misso adversus me pudore, omnia eloquere, et absolve.

Chorus. Vereor tibi gratificari, vereor coram tecum loqui, praesertim cum mihi, quae amicis aegre dicuntur, dicenda sint.

Darius. Quandoquidem igitur antiqua mei reverentia animo tuo obsistit, tu certe, tori mei grandaeva consors, generosa mulier, missis lacrymis his et querelis, apertum aliquid mihi dicito. Humana enim mortalibus accidant infortunia; multaque ex mari, multa etiam eaque maiora ex terra mala gignuntur hominibus, si vita longius extendatur.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ὦ βροτῶν πάντων ὑπερσχὼν ὄλβον εὐτυχεῖ πότμῳ,
Ὡς, ἕως αὐγὰς ἔλευσσας ἡλίου, ζηλωτὸς ὢν,
Βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις, ὡς θεὸς, διήγαγες,
Νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα, πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθος·
Πάντα γὰρ, Δαρεῖ', ἀκούσει μῦθον ἐν βραχεῖ χρόνῳ·
Διαπεπόρθηται τὰ Περσῶν πράγμαθ', ὡς εἰπεῖν ἔπος.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Τίνι τρόπῳ; λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς, ἢ στάσις, πόλει;

ΑΤΟΣΣΑ.

Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀμφ' Ἀθήναις πᾶς διέφθαρται στρατός.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Τίς δ' ἐμῶν ἐκεῖσε παίδων ἐστρατηλάτει; φράσον.

ΑΤΟΣΣΑ.

Θούριος Ξέρξης, κενώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Πεζὸς ἢ ναύτης δὲ πεῖραν τήνδ' ἐμώρανεν τάλας;

Atossa. O tu, qui prospera fortuna omnium mortalium felicitatem superabas, quoniam, donec solis lucem vidisti, Persis ob felicitatem invidendus, utilem Persis vitam, ceu deus, transegisti, et nunc te beatum duco, quod ante occubueris, quam istam malorum profunditatem vidisses; totam enim rem, Darie, brevi tempore audies: eversae sunt Persarum res, ut uno verbo dicam.

Darius. Quo pacto? num pestilentiae impetus, an seditio, urbem afflixit?

Atossa. Nequaquam, sed circa Athenas totus interiit exercitus.

Darius. Quis autem filiorum meorum illuc expeditione profectus est? Loquere.

Atossa. Bellicosus Xerxes, tota continente viris exhausta.

Darius. Terrestri vero itinere an nauta hoc periculum insanivit miser?

ΑΤΟΣΣΑ.

Ἀμφότερα· διπλοῦν μέτωπον ἦν δυεῖν ϛρατευμάτοιν.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Πῶς δὲ καὶ ϛρατὸς τοσόϛδε πεζὸς ἤνυσεν περᾶν;

ΑΤΟΣΣΑ.

Μηχαναῖς ἔζευξεν Ἕλλης πορθμὸν, ὥϛτ' ἔχειν πόρον.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Καὶ τόδ' ἐξέπραξεν, ὥϛτε Βόϛπορον κλεῖσαι μέγαν;

ΑΤΟΣΣΑ.

Ὧδ' ἔχει· γνώμης δέ που τὶς δαιμόνων ξυνήψατο.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Φεῦ! μέγας τις ἦλθε δαίμων, ὥϛτε μὴ φρονεῖν καλῶς.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεϛιν οἷον ἤνυσεν κακόν.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Καὶ τί δὴ πράξασιν αὐτοῖς ὧδ' ἐπιϛενάζετε;

Atossa. Utraque; duplex erat facies duorum exercituum.

Darius. Quomodo vero tantus exercitus pedestris transire potuit?

Atossa. Machinis iunxit Hellespontum, ut transeundi esset copia.

Darius. Etiamne hoc perficere ausus est, ut magnum Bosporum ponte clauderet?

Atossa. Ita est; adiutoremque consilii fortasse deum aliquem habuit.

Darius. Eheu, sane magnus aliquis venit deus, ut insaniret.

Atossa. Quin videre tandem licet, quantum mali perpetraverit.

Darius. Et quomodo tandem illorum res gestae sunt, ut sic ingemiscatis?

ΑΤΟΣΣΑ.

Ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς πεζὸν ὤλεσε στρατόν.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ὧδε παμπήδην δὲ λαὸς πᾶς κατέφθαρται δορί;

ΑΤΟΣΣΑ.

Πρὸς τάδ' ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει,...

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ὦ πόποι, κεδνῆς ἀρωγῆς κἀπικουρίας στρατοῦ!

ΑΤΟΣΣΑ.

Βακτρίων δ' ἔῤῥει πανώλης δῆμος, οὐδέ τις γέρων.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ὦ μέλεος, οἵην ἄρ' ἥβην ξυμμάχων ἀπώλεσε.

ΑΤΟΣΣΑ.

Μονάδα δὲ Ξέρξην ἔρημόν φασιν οὐ πολλῶν μέτα....

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷν; ἔστι τις σωτηρία;

Atossa. Exercitus navalis male acceptus pedestrem quoque exercitum perdidit.

Darius. Itane ergo universus populus bello deletus est?

Atossa. Universa enim Susorum urbs virorum propterea vastitatem luget....

Darius. Heu bonum exercitus auxilium atque praesidium!

Atossa. Et Bactriorum universus populus interiit, inter eosque nemo senex.

Darius. O hominem infelicem! solum igitur florem commilitonum perdidit!

Atossa. Solumque aiunt Xerxem haud multis cum comitibus . . .

Darius. Quomodo autem et quorsum finire? Estne salus ipsi speranda?

ΑΤΟΣΣΑ.

Ἄσμενον μολεῖν γέφυραν ἐν δυεῖν ζευκτηρίαν.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Καὶ πρὸς ἤπειρον σεσῶσθαι τήνδε; τοῦτ' ἐτήτυμον;

ΑΤΟΣΣΑ.

Ναυλόχους κρατεῖ σαφηνεῖς· τοῦτό γ' οὐκ ἔνι ϛάσις.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Φεῦ, ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις, ἐς δὲ παῖδ' ἐμὸν
Ζεὺς ἐπέσκηψεν τελευτὴν θεσφάτων! ἐγὼ δέ που
Διὰ μακροῦ χρόνου τάδ' ηὔχουν ἐκτελευτῆσαι θεούς·
Ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς ξυνάπτεται.
Νῦν κακῶν ἔοικε πηγὴ πᾶσιν εὑρῆσθαι φίλοις,
Παῖς δ' ἐμὸς τάδ' οὐ κατειδὼς ἤνυσεν νέῳ θράσει,
Ὅϛις Ἑλλήςποντον ἱρὸν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν
Ἤλπισε σχήσειν, ῥέοντα Βόςπορον ῥόον θεοῦ,

Atossa. . . . lubenter ad pontem duabus continentibus iunctum perrexisse.

Darius. Et ad hanc continentem evasisse? Hoccine verum?

Atossa. Certos apprehendit portus; non enim, quod ad hoc attinet, anceps est fama.

Darius. Heu, cito secutus est oraculorum eventus; et quidem filium meum Iupiter vaticiniorum exitu perculit! ego vero sperabam, deos haec demum post longum tempus perfecturos; sed quando quis sua sponte festinat, deus quoque adiuvat. Iam omnibus amicis meis fons malorum inventus esse videtur, et filius meus haec non reputans iuvenili audacia perfecit, qui sacrum Hellespontum, tanquam servum, vinculis se cohibiturum speravit, Bosporum deae fluctus profundentem,

Καὶ πόρον μετεῤῥύθμιζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
Περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ ςρατῷ,
Θνητὸς ὢν θεῶν τε πάντων ᾤετ', οὐκ εὐβουλίᾳ,
Καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν. Πρὸς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν
Εἶχε παῖδ' ἐμόν; Δέδοικα, μὴ πολὺς πλούτου πόρος
Οὑμὸς ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαντος ἁρπαγή.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ταῦτα τοῖς κακοῖς ὁμιλῶν ἀνδράσιν διδάσκεται
Θούριος Ξέρξης. Λέγουσι δ', ὡς σὺ μὲν μέγαν τέκνοις
Πλοῦτον ἐκτήσω ξὺν αἰχμῇ, τὸν δ' ἀνανδρίας ὕπο
Ἔνδον αἰχμάζειν, πατρῷον δ' ὄλβον οὐδὲν αὐξάνειν.
Τοιάδ' ἐξ ἀνδρῶν ὀνείδη πολλάκις κλύων κακῶν
Τήνδ' ἐβούλευσεν κέλευθον καὶ ςράτευμ' ἐφ' Ἑλλάδα.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Τοιγάρ σφιν ἔργον ἐςὶν ἐξειργασμένον

fretumque mutavit, iniectisque pedicis malleo fabricatis ingenti exercitui viam paravit, et mortalis cum esset, haud sapiente consilio deos omnes, inprimis Neptunum, se superaturum esse opinatus est. Proinde nonne insania invasit filium meum? Sane metuo, ne magna divitiarum mearum acquisitio primo cuique occupanti in praedam cedat.

Atossa. Ad haec perpetranda improbos homines, quibuscum ei commercium fuit, magistros cepit bellicosus Xerxes. Dicebant autem, te quidem gladio magnas liberis divitias parasse, ipsum vero propter imbellitatem intus domi digladiari, nec paternas opes augere. Huiusmodi opprobria saepenumero a malis hominibus audiens, hanc expeditionem decrevit adversus Graeciam.

Darius. Facinus igitur perpetrarunt maximum,

Μέγιςον, ἀείμνηςον, οἷον οὐδέπω
Τόδ' ἄςυ Σούσων ἐξεκείνωσ' ἐμπεσὸν,
Ἐξ οὗτε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν,
Ἕν' ἄνδρ' ἁπάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.
Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν ςρατοῦ·
Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε·
Φρένες γὰρ αὐτῷ θυμὸν ᾠακοςρόφουν.
Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ, Κῦρος, εὐδαίμων ἀνὴρ,
Ἄρξας ἔθηκε πᾶσιν εἰρήνην φίλοις·
Λυδῶν δὲ λαὸν καὶ Φρυγῶν ἐκτήσατο,
Ἰωνίαν τε πᾶσαν ἤλασεν βίᾳ·
Θεὸς γὰρ οὐκ ἤχθηρεν, ὡς εὔφρων ἔφυ.
Κύρου δὲ παῖς τέταρτος ηὔθυνε ςρατόν·
Πέμπτος δὲ Μέρδις ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ
Θρόνοισί τ' ἀρχαίοισι. τὸν δὲ ξὺν δόλῳ
Ἀρταφρένης ἔκτεινεν ἐσθλὸς ἐν δόμοις

semper memorabile, quale nunquam antehac accidens hanc Susorum urbem exinanivit, inde a quo Iupiter rex honorem hunc instituit, ut unus vir universae Asiae pecorum diviti imperaret, sceptrum regium tenens. Medus enim primus erat populi rector; alius vero, eius filius, hoc opus perfecit; prudentia enim illi animum gubernabat. Tertiusque ab illo, Cyrus, beatus vir, dum imperavit, omnibus amicis pacem stabilivit, Lydorum et Phrygum populum imperio adiunxit, omnemque Ioniam vi subegit; deus enim ei infestus non fuit, quia sapiens erat. Cyri autem filius quartus populum rexit. Quinto loco autem Merdis regnavit, patriae dedecus veterique throno. Illum autem per dolum fortis Artaphrenes in aedibus occidit

Ξὺν ἀνδράσιν φίλοισιν, οἷς τόδ' ἦν χρέος.
Κἀγὼ γ' ἔκυρσα, τοῦπερ ἤθελον, πάλου,
Κἀπεστράτευσα πολλὰ σὺν πολλῷ στρατῷ,
Ἀλλ' οὐ κακὸν τοσόνδε προσέβαλον πόλει.
Ξέρξης δ', ἐμὸς παῖς, ὢν νέος, νέα φρονεῖ,
Κοὐ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.
Ἓν γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ', ἐμοὶ ξυνήλικες,
Ἅπαντες ἡμεῖς, οἳ κράτη τάδ' ἔσχομεν,
Οὐκ ἂν φανεῖμεν πήματ' ἔρξαντες τόσα.

ΧΟΡΟΣ.

Τί οὖν, ἄναξ Δαρεῖε; ποῖ καταστρέφεις
Λόγων τελευτήν; πῶς ἂν ἐκ τούτων ἔτι
Πράσσοιμεν ὡς ἄριστα Περσικὸς λεώς;

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Εἰ μὴ στρατεύοισθ' ἐς τὸν Ἑλλήνων τόπον,
Μηδ' ἦν στράτευμα πλεῖον ἢ τὸ Μηδικόν·
Αὐτὴ γὰρ ἡ γῆ ξύμμαχος κείνοις πέλει.

cum viris amicis, quibus hoc negotii fuit. Tumque ego sortem nactus sum, quam cupiebam, et multa bella gessi cum magno exercitu, nunquam tamen tantum malum civitati inflixi. Xerxes vero, filius meus, utpote iuvenis, iuvenilia sapit, nec meorum recordatur mandatorum. Namque unum hoc probe scitis, aequales mei, nos omnes, qui hoc imperium tenuimus, nunquam visos fuisse tot ac tantas importavisse calamitates.

Chorus. Quid igitur? Rex Darie, quorsum intendis sermonis finem? Quomodo post has res gestas Persicus populus remp. optime tueri possimus?

Darius. Si nunquam Graeciae bellum intuleritis, ne si maior quidem esset Persarum exercitus: ipsa enim terra auxiliaris illis est.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς τοῦτ' ἔλεξας; τίνι τρόπῳ δὲ ξυμμαχεῖ;

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Κτείνουσα λιμῷ τοὺς ὑπερκόμπους ἄγαν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὐςαλῆ τοι λεκτὸν ἂν ἀροῖμεν ςόλον.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ἀλλ' οὐδ' ὁ μείνας νῦν ἐν Ἑλλάδος τόποις
Στρατὸς κυρήσει νοςίμου σωτηρίας.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς εἶπας; οὐ γὰρ πᾶν ςράτευμα βαρβάρων
Περᾷ τὸν Ἕλλης πορθμὸν Εὐρώπης ἄπο;

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Παῦροί γε πολλῶν, εἴ τι πιςεῦσαι θεῶν
Χρὴ θεσφάτοισιν, ἐς τὰ νῦν πεπραγμένα
Βλέψαντα· συμβαίνει γὰρ οὐ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ.
Κεἴπερ τάδ' ἐςὶ, πλῆθος ἔκκριτον ςρατοῦ

Chorus. Quid hoc est, quod dicis? Quomodo illis auxiliatur?

Darius. Fame enecans hostes nimia superbia elatos.

Chorus. Age igitur bene armatum selectum conscribamus exercitum.

Darius. Imo vero, ne is quidem, qui in Graecia nunc remansit, salvus redibit.

Chorus. Quid ais? Nonne enim omnes barbarorum copiae ex Europa transierunt Hellespontum?

Darius. Pauci e multis, si modo credere fas est deorum vaticiniis, ea, quae iam acciderunt, spectantem; non enim quaedam eventum habent, quaedam non. Quod si ita est, selectam copiarum multitudinem ibi

Λείπει κεναῖσιν ἐλπίσιν πεπεισμένος·
Μίμνουσι δ', ἔνθα πεδίον Ἀσωπὸς ῥοαῖς
Ἄρδει, φίλον πίασμα Βοιωτῶν χθονί·
Οὗ σφιν κακῶν ὕψις' ἐπαμμένει παθεῖν,
Ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων,
Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη
Ἠιδοῦντο συλᾷν, οὐδὲ πιμπράναι νεὼς,
Βωμοὶ δ' ἄϊςοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα
Πρόῤῥιζα φύρδην ἐξανέςραπται βάθρων.
Τοιγὰρ κακῶς δράσαντες οὐκ ἐλάσσονα
Πάσχουσι, τὰ δὲ μέλλουσι, κοὐδέπω κακῶν
Κρηπὶς ὕπεςιν, ἀλλ' ἔτ' ἐκπιδύεται·
Τόσος γὰρ ἔςαι πέλανος αἱματοςαγὴς
Πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο,
Θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν,
Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν·

reliquit vana spe persuasus; manent enim, ubi Asopus flumine suo campos rigat, Boeotorum terram suaviter pinguefaciens, ibique eos extrema mala expectant, contumeliae et impiorum consiliorum praemia, quippe qui Graeciam ingressi haud veriti sunt deorum simulacra violare, templaque incendere; arae vero dirutae et delubra passim deorum funditus eversa sunt. Itaque pro his male factis haud minora mala patiuntur, et posthac passuri sunt; neque enim iam subest fundus malorum, sed adhuc scatuiunt: tantum in agro Plataeensi sub hasta Dorica sanguinis concrementum erit, cadaverumque acervi et tertio ab hoc generi muti significabunt hominum oculis, nefas esse mortalem natum superbire:

Ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν
Ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.
Τοιαῦθ' ὁρῶντες τῶνδε τἀπιτίμια
Μέμνησθ' Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τε, μηδέ τις
Ὑπερφρονήσας τὸν παρόντα δαίμονα,
Ἄλλων ἐρασθεὶς, ὄλβον ἐκχέῃ μέγαν.
Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν
Φρονημάτων ἔπεισιν, εὔθυνος βαρύς.
Πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον, σωφρονεῖν κεχρημένον,
Πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι,
Λῆξαι θεοβλαβοῦνθ' ὑπερκόμπῳ θράσει.
Σὺ δ', ὦ γεραιὰ μῆτερ ἡ Ξέρξου φίλη,
Ἐλθοῦσ' ἐς οἴκους, κόσμον ὅστις εὐπρεπὴς
Λαβοῦσ' ὑπαντίαζε παιδί· παντὶ γὰρ
Κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι
Στημοῤῥαγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.
Ἀλλ' αὐτὸν εὐφρονοῦσι πραΰνον λόγοις·

insolentia enim efflorescens spicam perniciei ferre solet, unde lacrymosa metatur messis. Has igitur poenas intuentes recordamini Athenas et Graeciam, neve quis praesentem fortunam despiciens, et alia cupiens, magnas opes profundat. Iupiter enim ultor adest elatae supra modum superbiae et acerrimus vindex. Quapropter illum, moderatione animi indigentem, prudentibus admonitionibus ad mentis sanitatem informate, ut insolenti audacia deos laedere desinat. Tu vero, grandaeva cara Xerxis mater, domum regressa, ornatu decoro sumto, filio obviam i; circum totum enim corpus prae dolore his ex malis concepto laciniae variegatarum vestium laceratae pendent. Age cura, ut eum benignis alloquiis

Μόνης γὰρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται·
Ἐγὼ δ' ἄπειμι γῆς ὑπὸ ζόφον κάτω.
Ὑμεῖς δὲ, πρέσβεις, χαίρετ', ἐν κακοῖς ὅμως
Ψυχὴν διδόντες ἡδονῇ καθ' ἡμέραν,
Ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ.

mitiges; te enim solam, sat scio, audire, tibique obtemperare sustinebit; ego vero iam terrae tenebras redeo. Vos autem, senes, valete, et quamvis in malis, tamen quotidie animum exhilarate: mortuis enim divitiae nihil prosunt.

ΧΟΡΟΣ, ΑΤΟΣΣΑ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ᾽ ἔτι
Ἤλγησ᾽ ἀκούσας βαρβάροισι πήματα!

ΑΤΟΣΣΑ.

Ὦ δαῖμον, ὥς με πόλλ᾽ ἐσέρχεται κακῶν
Ἄλγη, μάλιστα δ᾽ ἥδε συμφορὰ δάκνει,
Ἀτιμίαν γε παιδὸς ἀμφὶ σώματι
Ἐσθημάτων κλύουσαν, ἥ νιν ἀμπέχει.
Ἀλλ᾽ εἶμι, καὶ λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων
Ὑπαντιάζειν παῖδ᾽ ἐμῷ πειράσομαι·
Οὐ γὰρ τὰ φίλτατ᾽ ἐν κακοῖς προδώσομεν.

SCENA VII.

CHORUS, ATOSSA.

Chorus. Sane multa tum praesentia, tum futura barbaris mala cum dolore audivi.

Atossa. O deus, quam multi mali dolores me circumveniunt; hoc autem incommodum me maxime mordet, quod de foeditate vestium circa filii corpus audivi, quae eum cingit. Sed abeo, et ornatu ex aedibus sumto filio meo obviam ire conabor; non enim carissimos in malis deseremus.

Χ Ο Ρ Ο Σ.

στροφὴ α'. Ὦ πόποι, ἦ μεγάλας
Ἀγαθᾶς τε πολισσονόμου βιοτᾶς
Ἐπεκύρσαμεν, εὖθ' ὁ γηραιὸς
Πανταρκὴς, ἀκάκας, ἄμαχος βασιλεὺς
Ἰσόθεος ἆρχε χώρας.

ἀντιστρ. α'. Πρῶτα μὲν εὐδοκίμους
Στρατίας ἀπεφαίνομεν, ἠδὲ νόμι-
σμα τὰ πύργινα πάντ' ἐπευθύνον·
Νόστοι δ' ἐκ πολέμων ἀπόνως ἀπαθῶς
Πράσσοντας ἆγον οἴκοις.

στροφὴ β'. Ὅσας δ' εἷλε πόλεις,
Πόρον οὐ διαβὰς Ἅλυος ποταμοῦ,
Οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθείς·
Οἷαι Στρυμονίου πελά-
γους Ἀχελωΐδες εἰσὶ, πάροικοι
Θρακίων ἐπαύλων.

SCENA VIII.

C H O R U S.

Proh dii! certe amplam et bonam rempubl. tuebamur, quousque hic senex ad omnia sufficiens, probus, invictus rex, deo similis, regno imperabat.

Primum quidem gloriosa bella edidimus, legesque civilia omnia gubernantes; reditusque e bellis nos sine labore, sine calamitate, domum reduxerunt.

Quot vero ille urbes in deditionem accepit, Halyn fluvium haud transgressus, neque domo sua motus? Quales sunt urbes litorales maris Strymonii, quae adiacent Thracum sedibus;

ἀντ. β΄. Λίμνας τ' ἔκτοθεν, οἳ
Περὶ χέρσον ἐληλαμένοι πύργοι
Τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον,
Ἕλλας τ' ἀμφὶ πόρον πλατὺν
Αὐχόμεναι, μυχία τε Προποντὶς,
Καὶ στόμωμα Πόντου·

στρ. γ΄. Νᾶσοί θ' αἳ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι
Τᾷδε γᾷ προσήμεναι,
Οἵα τε Λέσβος, ἐλαιόφυτός
Τε Σάμος, Χίος ἠδὲ Πάρος,
Νάξος, Μύκονος, Τήνῳ δὲ συνά-
πτουσ' Ἄνδρος ἀγχιγείτων·

ἀντ. γ΄. Καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκράτυνε μεσάκτους,
Λῆμνον, Ἰκάρου θ' ἕδος,
Καὶ Ῥόδον, ἠδὲ Κνίδον, Κυπρίας
Τε πτόλεις, Πάφον, ἠδὲ Σόλους,
Σαλαμῖνά τε, τᾶς νῦν ματρόπολις
Τῶνδ' αἰτία στεναγμῶν·

ἐπῳδός. Καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ

Et procul a pelago quae in continente circum sitae sunt turres, huic regi parebant, et circa latum Hellespontum superbientes, recessusque Propontidis, et ostium Ponti.

Et insulae circa eminentiam huius terrae maritimam iacentes circumfluae, qualis Lesbus, et olivifera Samus, Chius atque Parus, Naxus, Myconus, Tenoque coniuncta Andrus proxima.

Et litora intermedia domuit, Lemnum, Icarique sedem, et Rhodum et Cnidum, Cypriasque urbes, Paphum et Solos, et Salamina, cuius nunc metropolis horum causa est gemituum.

Etiam opulentas urbes

Κλῆρον Ἰόνιον πολυάνδρους
Ἑλλάνων ἐκράτυνε σφετέραις φρεσίν·
Ἀκάματον δὲ παρῆν σθένος ἀνδρῶν τευχηστήρων,
Παμμίκτων τ' ἐπικούρων·
Νῦν δ' οὐκ ἀμφιλόγως θεότρεπτα τά-
δ' αὖ φέρομεν, πολέμοις δμαθέντες
Μεσογαίοις πλαγαῖς τε ποντίαισιν.

Graecorum in regione Ionica sua prudentia populosas obtinuit. Insuperabile vero ei erat robur virorum bellicosorum auxiliariumque copiarum ex omnibus gentibus collectarum. Nunc vero hanc, sine dubio Deo auctore, rerum conversionem vicissim experimur, bellis terrestribus et maritimis plagis domiti.

ΞΕΡΞΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἰὼ
Δύστηνος ἐγὼ στυγερᾶς μοίρας
Τῆσδε κυρήσας ἀτεκμαρτοτάτης,
Ὡς ὠμοφρόνως δαίμων ἐνέβη
Περσῶν γενεᾷ! Τί πάθω τλήμων;
Λέλυται γὰρ ἐμοὶ γυίων ῥώμη,
Τήνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν.
Εἴθ' ὄφελε, Ζεῦ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν
Τῶν οἰχομένων
Θανάτου κατὰ μοῖρα καλύψαι!

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοτοὶ, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς,
Καὶ Περσονόμου τιμῆς μεγάλης,
Κόσμου τ' ἀνδρῶν,
Οὓς νῦν δαίμων ἀπέκειρε!
Γᾶ δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν
Ἥβαν Ἅιδου σάκτορα Περσᾶν.

SCENA IX.

XERXES, CHORUS.

Xerxes. Heu me infelicem! qui in abominandam istam et immensam calamitatem inciderim: nam crudeliter Persarum nationi insultavit fortuna! Quid agam miser? Fracta enim mihi est genuum vis, istam civium aetatem intuenti. Utinam me quoque, o Iupiter, cum viris bello peremtis fatum occultasset!

Chorus. Eheu, rex, praestantem exercitum, et Persici regni magnum honorem, ac virorum decus, quos nunc deus demessuit! terra vero deplorat Persarum iuventutem, quae sub terra Orcum implet.

Ἀγβατάνων γὰρ πολλοὶ φῶτες,
Χώρας ἄνθος,
Τοξοδάμαντες, πάνυ γὰρ φύσις
Μυριὰς ἀνδρῶν, ἐξέφθινται.

ΞΕΡΞΗΣ.

Αἶ αἶ αἶ αἶ κεδνᾶς ἀλκᾶς!

ΧΟΡΟΣ.

Ἀσία δὲ χθὼν, βασιλεῦ γαίας,
Αἰνῶς κέκλιται ἐπὶ γοῦνυ.

ΞΕΡΞΗΣ.

ϛροφὴ ά. Ὅδ' ἐγὼν, οἶ, αἰακτὸς, μέλεος, γέννᾳ
Γαίᾳ τε πατρίᾳ κακὸν ἄρ' ἐγενόμαν!

ΧΟΡΟΣ.

Πρόςφθογγόν σοι τὰν κακοφάτιδα βοὰν,
Κακομέλετον ἰὰν,
Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος
Πέμψω πολύδακρυν ἰακχάν.

ΞΕΡΞΗΣ.

ἀντιϛρ. ά. Ἴετε δύςθροον αἰανὴν αὐδάν!
Δαίμων γὰρ ὅδιος μετάτροπος ἐπ' ἐμοί.

Ecbatanorum enim multi viri, flos regionis, arcipotentes, multorun millium numerus, interierunt!

Xerxes. Heu, heu, heu, heu, praeclarum robur!

Chorus. Asia vero, o rex huius terrae, graviter genua posuit.

Xerxes. Hic ego, heu, deflendus miser, generi terraeque patriae exitium intuli.

Chorus. Acclamabimus tibi infaustam vocem, lugubre carmen, quasi Mariandyni cuiusdam cantoris lacrymosam naeniam.

Xerxes. Edite lugubrem lamentabilem vocem; nam fortuna itineris retro versa est.

ΧΟΡΟΣ.

Πανόδυρτον σεβίζω τοι γαιοπαθῆ
'Αλίτυπά τε βάρη
Πόλεως, γέννας πενθητῆρος·
Κλάγξω δ' αὖ γόον ἀρίδακρυν.

στροφὴ β'. 'Ιώνων γὰρ ἀπηύρ', 'Ιώνων, ναύφρακτος Ἄρης ἑτεραλκὴς,
Νυχίαν πλάκα κερσάμενος
Δυσδαίμονά τ' ἀκτάν.

ΞΕΡΞΗΣ.

Οἶ οἶ οἶ βόα, καὶ πάντ' ἐκπύθου.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῦ δὲ φίλων ἄλλος ὄχλος,
Ποῦ δέ σοι παραστάται,
Οἷος ἦν Φαρανδάκης,
Σούσας, Πελάγων, Δοτάμας ἠδ' 'Αγαβάτας, Ψάμμις, Σουσισκάνης
Τ' 'Αγβάταν' ἐκλιπών;

ΞΕΡΞΗΣ.

ἀντιστρ. β'. 'Ολοοὺς ἀπέλιπον Τυρίας ἐκ ναὸς

Chorus. Lacrimabiliter celebro igitur calamitates terrestres marinasque populi, progeniem suam deflentis, et querelam sonabo luctuosam.

Graecorum enim, Graecorum, navalis Mars, adversae nobis partis auxiliator, illam eripuit, atrum mare et infelicia litora depopulatus.

Xerxes. Heu, heu, heu, clama et omnia percontare.

Chorus. Ubi autem tibi amicorum multitudo? ubi Satrapae tui, qualis erat Pharandaces, Susas, Pelago, Dotamas et Agabates, Psammis et Susiscanes, qui Ecbatana reliquit?

Xerxes. Perditos destitui, Tyria ex nave pro-

Ἐῤῥοντας ἐπ' ἀκταῖς
Σαλαμινιάσι, ςυφελοὺς
Θείνοντας ἐπ' ἄκρας.

ΧΟΡΟΣ.

Οἶ οἶ οἶ οἶ, ποῦ δέ σοι Φαρνοῦχός
τ', Ἀριόμαρδός τ' ἀγαθὸς,
Ποῦ δὲ Σευάλκης ἄναξ,
Ἢ Λίλαιος εὐπάτωρ,
Μέμφις, Θάρυβις, καὶ Μασίςρας,
Ἀρτεμβάρης τ', ἠδ' Ὑςαίχμας;
Τάδε σ' ἐπανέρομαι.

ΞΕΡΞΗΣ.

ςροφὴ γ'. Ἰώ μοι τὰς ὠγυγίας
Κατιδόντες ἐπὶ ςυγνὰς Ἀθάνας,
Πάντες ἑνὶ πιτύλῳ, ἒ, τλάμονες
Ἀσπαίρουσι χέρσῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ καὶ τὸν σὸν πιςὸν πάντ' ὀφθαλμὸν
Μυρία πεμπαςὰν, Βατανώχου Ἄλπιςον,

iectos in litoribus Salaminiis, aspera ad promontoria appulsos.

Chorus. Heu heu heu heu, ubinam vero Pharnuchus, Ariomardusque bonus, ubi Sevalces rex, aut Lilaeus genere nobilis, Memphis, Tharybis et Masistras, Artembares et Hystaechmas? Haec te interrogo.

Xerxes. Hei mihi, antiquas illi invisas Athenas contuentes, uno conflictu, heu, miseri in terra palpitant.

Chorus. Num et ibi tuum, ad omnia fidum, oculum, multas myriadas numerantem, Batanochi filium Alpi-

Τοῦ Σησάμα τοῦ Μυγαβάτα,
Πάρθον τε, μέγαν τ' Οἰβάρην
Ἔλειπες;

ΞΕΡΞΗΣ.

Ὦ ὤ δαΐων!

ΧΟΡΟΣ.

Πέρσαις κάκ' ἔλεξας ἀγαυοῖς!

ΞΕΡΞΗΣ.

ἀντιστρ. γ'. Ἴυγγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν
Ἑτάρων ὑπομιμνήσκεις, ἄλαστα
Στυγνὰ πρόκακα λέγων. Βοᾷ βοᾷ
Μέλεον ἐνδόθ' ἦτορ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἄλλο γε ποθοῦμεν, Μάρδων
Ἀνδρῶν μυριοντάρχαν Ξανθίαν
Ἄρειον, Ἀγχάρην, Διαῖξίν
Τ', ἠδ' ἱππιάνακτ' Ἀρσάκην,
Κιγδαγάταν, καὶ Λυθίμναν,
Τόλμαν, αἰχμᾶς ἀκόρεστον.

stum, Sesami nepotem, Mygabatae pronepotem, Parthumque et magnum Oebarem, reliquisti?

Xerxes. O infortunii!

Chorus. Mala Persis nuntiasti fortibus!

Xerxes. Desiderii me scilicet admones, infanda odiosa mala memorans, bonorum amicorum. Clamat, clamat intus miserum cor!

Chorus. At enim aliud quoque desideramus, Mardorum ductorem Xanthian, myriadum praefectum bellicosum, Ancharen, Diaexinque et Arsacen, equitum ducem, Cigdagatan et Lythimnan, audacem, pugnae insatiabilem.

ΞΕΡΞΗΣ.

στροφὴ δ΄. Ἔταφεν οὐ σκηναῖς ἀμφὶ τροχηλάτοις,
Ὄπιθεν ἑπομένοις· βεβᾶσιν γὰρ οἵ-
περ ἀκρόται στρατοῦ, οἷον νώνυμοι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. δ΄. Ἰὴ ἰὴ ἰή! ἰὼ ἰὼ ἰώ!
Δυςδαίμονες ἔθετ' ἄελπτον κακὸν
Διαπρέπον, τοῖον δέδρακεν Ἄτα.

ΞΕΡΞΗΣ.

ἐπῳδός. Πεπλήγμεθ', οἷαι δαίμονος τύχαι!

ΧΟΡΟΣ.

Πεπλήγμεθ' (εὔδηλοί γε νέαι δύαι),
Ἰαόνων ναυβατᾶν κύρσαντες οὐκ εὐτυχῶς!
Δυςπόλεμον δὴ τὸ γένος τὸ Περσῶν.

ΞΕΡΞΗΣ.

Πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον
Τάλας πέπληγμαι.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' οὐκ ὄλωλεν μεγάλα τὰ Περσῶν;

Xerxes. Sepulti sunt, non in curribus tentorio tectis elati, cum comitatu virorum exsequias euntium; perierunt siquidem principes exercitus, ceu ignobiles.

Chorus. Heu heu heu! vae vae vae! infelices, patrastis insperatum ingens malum, quale infligere solet Ate.

Xerxes. Perculsi sumus, tales in nos fortunae adversitates irruunt.

Chorus. Perculsi sumus (manifestae enim novae calamitates) infeliciter Graecorum classiariis incidentes. Bello sane infelix est natio Persarum.

Xerxes. Quidni? Tanti enim exercitus clade perculsus sum.

Chorus. Quidni perierit Persarum gloria?

ΞΕΡΞΗΣ.

στροφὴ α΄. Ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τᾶς ἐμᾶς στολᾶς;

ΧΟΡΟΣ.

Ὁρῶ γ', ὁρῶ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Τανδί τ' ὀϊστοδέγμονα...

ΧΟΡΟΣ.

Τί τόδε λέγεις σεσωσμένον;

ΞΕΡΞΗΣ.

Θησαυρὸν — βελέεσσι.

ΧΟΡΟΣ.

Βαιά γ' ὥς ἀπὸ πολλῶν!

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἐσπανίσμεθ' ἀρωγῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰώνων λαὸς οὐ φυγαίχμας;

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἀγάνορ' ὥς κατεῖδον
Δὴ, . . .

Xerxes. Videsne hoc, quod reliquum est ex apparatu meo?

Chorus. Video, video.

Xerxes. Et hancce sagittas recipientem?

Chorus. Quid hoc est, quod servatum dicis?

Xerxes. Thesaurum — telorum.

Chorus. Pauca sane e multis!

Xerxes. Destituti sumus auxiliaribus.

Chorus. Graecorumne populus haud imbellis?

Xerxes. Fortissimum vidi sane

ΧΟΡΟΣ.

Πῆμ' ἄελπτον!

ΞΕΡΞΗΣ.

ἀντιςρ. ά. Πέπλον δ' ἐπέῤῥηξ' ἐπὶ συμφορᾷ κακοῦ.

ΧΟΡΟΣ.

Παπαῖ, παπαῖ!

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ πλεῖον ἢ παπαῖ μὲν οὖν.

ΧΟΡΟΣ.

Δίδυμα γάρ ἐςι καὶ τριπλᾶ....

ΞΕΡΞΗΣ.

Λυπρά· χάρματα δ' ἐχθροῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ σθένος γ' ἐκολούσθη;

ΞΕΡΞΗΣ.

Γυμνός εἰμι προπομπῶν,
Φίλων τ', ἄταισι ποντίαισι!

ΧΟΡΟΣ.

Τραπέντα ναυσίφρακτον
Ἐρεῖς ὅμιλον;

Chorus. Calamitatem haud exspectatam!

Xerxes. Vestemque laceravi hoc infortunio perculsus.

Chorus. Eheu eheu!

Xerxes. Imo vero maius malum, quam ut eheu sufficiat.

Chorus. Duplicia enim sunt ac triplicia....

Xerxes. Mala; hostibus vero gaudia.

Chorus. Solutumque est robur?

Xerxes. Nudus sum satellitum amicorumque marinis cladibus.

Chorus. Fusamne dicis nauticam turbam?

ΞΕΡΞΗΣ.

στροφὴ β'. Δίαινε πῆμα, δίαινε! πρὸς δόμους δ' ἴθι.

ΧΟΡΟΣ.

Αἶ αἶ, δύα, δύα, δύα!

ΞΕΡΞΗΣ.

Βόα νυν ἀντίδουπά μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἴυζε μέλος ὁμοῦ τιθείς!

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοττοτοῖ!

ΞΕΡΞΗΣ.

Βαρεῖά γ' ἅδε ξυμφορά!

ΧΟΡΟΣ.

Οἴμοι μάλα καὶ τόδ' ἀλγεῖ.

ΞΕΡΞΗΣ.

ἀντιστρ. β'. Ἔρεσσ', ἔρεσσε, καὶ στέναζ' ἐμὴν χάριν!

ΧΟΡΟΣ.

Διαίνομαι γόεδνος ὤν.

Xerxes. Deflete calamitatem, deflete, ac domum ite.

Chorus. Heu, heu, miseriae! miseriae! miseriae!

Xerxes. Querelas igitur querelis meis regere.

Chorus. Malum malorum malis retributionem.

Xerxes. Lugubrem nunc simul cantilenam funde.

Chorus. Otottotoi!

Xerxes. Gravis haec est calamitas!

Chorus. Eheu! Et hic homo admodum dolet.

Xerxes. Move move te, et ob meum casum ingemisce!

Chorus. Lacrymis diffluo, luctu oppressus.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βόα νυν ἀντίδουπά μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Μέλειν πάρεστι, δέσποτα.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἐπορθίαζε νυν γόοις!

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοττοτοί! Μέλαινα δ' αὖ μεμίξεται
Κἀμοὶ στονόεσσα πλαγά.

ΞΕΡΞΗΣ.

ϛρ. γ'. Καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀμβόα τὸ Μύσιον, ...

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνι', ἄνια

ΞΕΡΞΗΣ.

Καί μοι γενείου πέρθε λευκήρη τρίχα!

ΧΟΡΟΣ.

Ἄπριγδ' ἄπριγδα, μάλα γόεδνα!

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἀΰτει δ' ὀξύ!

Xerxes. Querelas querelis meis regere.

Chorus. Id vero mihi curae est, domine!

Xerxes. Flebilem igitur vocem accine!

Chorus. Ototototoi! Atra vero et mihi quoque rursus miscebitur, plena gemitu, plaga.

Xerxes. Et pectus tunde, et Mysorum more vociferare, ...

Chorus. Tristia, tristia. . .

Xerxes. Et canos barbae pilos evelle!

Chorus. Vehementer, vehementer! admodum lugubria!

Xerxes. Stridule clama!

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τάδ' ἔρξω.

ΞΕΡΞΗΣ.

ἀντιστρ. γ'. Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν, ...

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνι', ἄνια....

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ ψάλλ' ἔθειραν, καὶ κατοίκτισαι στρατόν!

ΧΟΡΟΣ.

Ἄπριγδ' ἄπριγδα, μάλα γοεδνά!

ΞΕΡΞΗΣ.

Διαίνου δ' ὄσσε!

ΧΟΡΟΣ.

Τέγγομαί τοι.

ΞΕΡΞΗΣ.

ἐπῳδός. Βόα νυν ἀντίδουπά μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Οἶ οἶ οἶ οἶ!

ΞΕΡΞΗΣ.

Αἰακτὸς ἐς δόμους κίε.

Chorus. Hoc quoque facio.

Xerxes. Vestem autem sinuosam dirumpe manuum vi, . . .

Chorus. Tristia, tristia. . .

Xerxes. Et comam scinde, et lamentare exercitum!

Chorus. Vehementer, vehementer! admodum lugubria!

Xerxes. Humecta oculos!

Chorus. Madesco sane.

Xerxes. Querelas igitur querelis regere.

Chorus. Hei hei hei hei!

Xerxes. Lugens te domum recipe.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ Περσὶς αἶα δυςβάϋκτος....

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἰωᾶ κατ' ἄστυ δῆτα!

ΧΟΡΟΣ.

Ναὶ, ναί.

ΞΕΡΞΗΣ.

στροφὴ δ'. Γοᾶσθ' ἁβροβάται....

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ ἤ!

ΞΕΡΞΗΣ.

Τρισκάλμοις....

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. δ'. Ἦ ἢ ἢ ἢ ἤ!

ΞΕΡΞΗΣ.

Βάρισιν ὀλομέναις!

ΧΟΡΟΣ.

Πέμψω σε δυςθρόοις γόοις.

Chorus. Heu, Persica tellus, misere deflenda!

Xerxes. Clamore per urbem utique.

Chor. Etiam atque etiam.

Xerxes. Ingemiscite, leniter incedentes....

Chorus. Heu, heu!

Xerxes. Triremibus....

Chorus. Heu heu heu heu heu!

Xerx. Navibus deperditis!

Chorus. Comitabor te gravisono cum luctu.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΑΝΑΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΔΑΝΑΪΔΩΝ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ.
ΚΗΡΥΞ ΑΙΓΥΠΤΙΑΔΩΝ.
ΝΑΥΤΑΙ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ
ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεὺς μὲν ἀφίκτωρ ἐπίδοι προφρόνως
Στόλον ἡμέτερον νάϊον ἀρθέν-
τ' ἀπὸ λεπτοβαθῶν
Νείλου. Δίαν δὲ λιποῦσαι
Χθόνα σύγχορτον Συρίᾳ φεύγομεν,
Οὐ γνωσθεῖσαι δημηλασίᾳ
Ψήφῳ πόλεως,
Ἀλλ' αὐτογενῆ τοι φυξάρεα
Γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ
Δ' ὀνοταζόμεναι. Δαναὸς δὲ πατὴρ,
Καὶ βούλαρχος καὶ ςασίαρχος,
Τάδε πεσσονομῶν

SCENA I.
CHORUS DANAIDUM.

Iupiter supplicum praeses benevole respiciat coetum nostrum navalem, huc profectum a vadis Nili. Divina vero relicta terra Syriae vicina, fugimus non populi iudicio condemnatae, sed consanguineas cum Aegypti filiis nuptias, bello quidem vitando aptas, sed impias aversantes. Danaus vero pater, et consilii auctor idemque classis nostrae praefectus, re

Κύδιστ' ἀχέων ἐπέκρανεν,
Φεύγειν ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον,
Κέλσαι δ' Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
Γένος ἡμέτερον τῆς οἰστροδόνου
Βοὸς ἐξ ἐπαφῆς
Διὸς εὐχόμενον τετελέσθαι.
Τίνα γοῦν χώραν εὔφρονα μᾶλλον
Τῆσδ' ἀφικοίμεθα σὺν τοῖσδ' ἱκετῶν
Ἐγχειριδίοις
Ἐριοστέπτοισι κλάδοισιν;
Εὔπολις ὦ Γῆ καὶ λευκὸν Ὕδωρ,
Ὕπατοί τε θεοὶ καὶ βαρύτιμοι,
Χθονίους θήκας κατέχοντες,
Καὶ Ζεὺς σωτὴρ τρίτος, οἰκοφύλαξ
Ὁσίων ἀνδρῶν, δέξασθ' ἱκέτην
Τὸν θηλυγενῆ στόλον αἰδοίῳ
Πνεύματι χώρας·
Ἀρσενοπληθῆ δ' ἑσμὸν ὑβριστὴν
Αἰγυπτογενῆ,

pensitata, hasce calamitatum honestissimas decrevit, celeriter ut fugeremus per fluctus marinos, et ad Argivam terram appelleremus, unde genus nostrum vaccae oestro agitatae ex contactu Iovis gloriatur esse deductum. Ad quamnam igitur regionem magis hac ipsa nobis benevolam accedere possimus, hosce ramos laneis vittis circumvolutos supplicum ritu in manibus gerentes? O felix urbibus Tellus et limpida Aqua, supremi et honoratissimi deorum, terrestres sedes habitantes, et Iupiter servator, qui tertius es, custos sanctorum virorum, excipite supplicem muliebrem gregem reverente cum flatu in hoc regnum; masculam vero turbam Aegypti filiorum insolentem, antequam

Πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει
Θεῖναι, ξὺν ὄχῳ ταχυήρει
Πέμψατε πόντονδ', ἔνθα δὲ λαίλαπι
Χειμωνοτύπῳ, βροντῇ, στεροπῇ
Τ' ὀμβροφόροισίν τ' ἀνέμοις ἀγρίας
Ἁλὸς ἀντήσαντες ὄλοιντο,
Πρίν ποτε λέκτρων, ὧν θέμις εἴργει,
Σφετεριξάμενον πατραδελφείαν
Τήνδ', ἀεκόντων, ἐπιβῆναι.

στροφὴ α'. Νῦν δ' ἐπικεκλόμενα Δῖον πόρτιν, ὑπερ-
πόντιον τιμάο-
ρ', ἶνίν τ' ἀνθονομοῦ-
σας προγόνου βοὸς ἐξ ἐπιπνοίας
Ζηνὸς (ἔφαψιν ἐπωνυμίᾳ
Δ' ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν
Εὐλόγως Ἔπαφόν τ' ἐγέννασε),

ἀντιστρ. α'. Τόνδ' ἐπιλεξαμένα νῦν ἐν ποιονόμοις
Ματρὸς ἀρχαίας τό-
ποις, τῶν πρόσθε πόνων

pedem in paludosa hac terra ponant, una cum celeri curru mittite in altum, ibique turbini procelloso, tonitribus, fulguribus ventisque impetuosi maris imbrem cientibus occurrentes pereant, priusquam aliquis lectos, a quibus iura arcent, hasce sorores patrueles ambiens, invitis nobis, ascendat.

Nunc autem invocamus Iovis vitulum, vindicem nostrum transmarinum, filium proaviae nostrae vaccae flores pascentis ex Iovis afflatu susceptum (contrectationem enim nomine confirmavit fatale tempus, Epaphumque peperit),

Hunc igitur appellans in herbosis matris antiquae locis, labores olim exantlatos

Μνασαμένα, τά τε νῦν ἐπιδείξω
Πιςὰ τεκμήρια τῶν ἀνυμνῶ,
Τά τ', ἄελπτά περ ὄντα, φανεῖται·
Γνώσεται δὲ λόγους τις ἐν μάκει.

ςρ. β'. Εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων
Ἔγγαιος οἶκτον ἀΐων,
Δοξάσει τιν' ἀκούειν ὄπα τᾶς Τηρείας
Ματέρος οἰκτρᾶς τ' ἀλόχου,
Κιρκηλάτου δ' ἀηδόνος,

ἀντ. β'. Ἅτ', ἐπιχώρων ποταμῶν εἰργομένα,
Πενθεῖ νέοικον ἠθέων,
Ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον, ὡς αὐτοφόνως
Ὤλετο πρὸς χειρὸς ἔθεν,
Δυςμάτορος κότου τυχών.

ςρ. γ'. Τὼς καὶ ἐγὼ φιλόδυρτος Ἰαονίοισι νόμοισι
Δάπτω τὰν ἁπαλὰν Νειλοθαλῆ παρειὰν,
Κραδίαν τ' ἀπειρόδακρυν·
Γόεδνα δ' ἀνθεμίζομαι,

memoratura, alia nunc ostendam documenta eorum, quae glorior, alia vero, quamvis minime optanda, post apparebunt; et unusquisque sermonis mei veritatem tempore agnoscet.

Si quis autem prope sit augur huius terrae civis, audiens querelam, videbitur audire vocem miserandae Tereae matris coniugisque, a circo infestatae lusciniae, quae fluviis patriis exclusa, novas sedes deflet, recolitque filii mortem, quo pacto ille propria sua manu caesus interierit, infaustae matris irae obnoxius.

Sic ego querula Ionicis modis lacero teneram, quae ad Nilum effloruit, genam, animumque luctus adhuc expertem. Et querelas car-

Δειμαίνουσα φίλους, τᾶσδε φυγᾶς
Ἀερίας ἀπὸ γᾶς
Εἴ τις ἐςὶ κηδεμών.

ἀντ. γ'. Ἀλλὰ, θεοὶ γενέται, κλύετ', εὖ τὸ δίκαιον ἰδόντες,
Ἀκάν μοι τέλεον δόντες ἔχειν παρ' ἀςῶν,
Ἐτύμως δ' ὕβριν ςυγοῦντες,
Πεδῷτ' ἂν ἔκδικον γάμων,
Εἰ κακῷ πτολέμῳ τειρομένοις
Βωμὸς Ἀρηφυγάσιν
Ῥῦμα, δαιμόνων σέβας. —

ςρ. δ'. Ἠθείη, θεὸς οὐ παναληθής·
Διὸς ἵμερος οὐκ εὐθήρατος ἐτύχθη·
Πάντα τοι φλεγέθει, κἂν σκότῳ μέλανι,
Ξυντυχία μερόπεσσι λαοῖς. —

ἀντ. δ'. Πίπτει δ' ἀσφαλὲς, οὐδ' ἐπὶ νώτῳ,
Κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τελειοῖν·
Δαυλοὶ γὰρ πραπίδων δάσκιοί τε τιταί-
νουσι πόροι, κατιδεῖν ἄφραςοι.

po, timens amicos, si cui forte curae est haec fuga ab Aëria terra.

Vos igitur, dii genitales, audite quaeso, id, quod iustum est, respicientes, plenam securitatem a civibus mihi annuentes, insolentiam autem vere abominati, iniustum prohibete a nuptiis, siquidem malo bello fatigatis Martem refugientibus ara propugnaculum est, deorum honos. —

O bona, numen haud verax est; Iovis consilium haud facile est coniectura indagare; ubique quamquam atris in tenebris effulget fatum mortalium gentibus. —

Firmiter autem, haud supinum, cadit, si quid in capite Iovis decretum est perfici. perplexae enim et obscurae mentis tendunt viae, visu inexplicabiles.

στροφὴ ε΄. Ἰάπτει δαπέδων ἀφ' ὑψιπύργων
Πανώλεις βροτοὺς,
Βίαν δ' οὔτις ἐξοπλίζει
Πανάποινον δαιμονίων·
Ἥμενον αἰνοφρόνημά πως
Αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας
Ἑδράνων ἀφ' ἁγνῶν.

ἀντιστρ. ε΄. Ἰδέσθω δ' ἐς ὕβριν βρότειον, οἵα
Νεάζει πυθμὴν,
Δι' ἁμὸν γάμον τεθαλὼς
Δυσπαραβούλοισι φρεσὶν,
Κοὐ, διάνοιάν γε μαινόλιν
Κέντρον ἔχων ἄφυκτον, ἄταν
Ἀπάτας μεταγνούς.

στρ. ς΄. Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λεχῶν,
Λιγέα, βαρέα, δακρυοπετῆ,
Ἰὴ, ἰὴ,
Ἰαλέμοισιν ἀμπρεπῆ
(Ζῶσι γόοι μεθ' ἡμῶν!),
Ἱλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν,

Ferit autem templis ab altis perditos mortales, nemoque vim exercet, a divino numine impunem; sed tranquilla mens terribiliter potens illinc ab augusta sede persequitur.

Respiciat autem vim hominum, quali stirpe vigeat, propter nostras nuptias efflorescens malesuada in mente, furibundumque animi affectum ceu stimulum inevitabilem sentiens, perniciem fraudis suae non agnoscens.

Tales aerumnas ob matrimonia miseras questa, acutas, graves, lacrymosas, hei, hei, carminibus funebribus aptas (vivunt nobis naeniae) supplex imploro Apiam clivosam, ut

Καρβάνανδον εὐακοεῖν,
Πολλὰ ξὺν λακίδι δ' ἐμπιτνῶ λίνοις,
Ἢ Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.

ἀντ. ϛʹ. Θεοῖς δ' εἶεν ἅγια τέλεα, πελομένων καλῶς,
Ἐπιδρόμοις ἦν θάνατος ἀπῇ.
Ἰὼ, ἰώ!
Ἰὼ δυσάγκριτοι πόνοι!
Ποῖ τόδε κῦμ' ἀπάξει;
Ἱλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν
Καρβάνανδον εὐακοεῖν,
Πολλὰ ξὺν λακίδι δ' ἐμπιτνῶ λίνοις,
Ἢ Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.

στρ. ζʹ. Πλάτα μὲν οὖν λινοῤῥαφής τε
Δόμος ἅλα στέγων, δορὸς ἀχείματόν
Μ' ἔπεμψε σὺν πνοαῖς·
Οὐδὲ μέμφομαι τελευτᾶς·
Ἐν δὲ χρόνῳ πατὴρ ὁ παντόπτας
Πρευμενὴς κτίσειε

barbare loquentem propitia exaudiat, et identidem lacero vestimenta linea Sidoniumque capitis tegumentum.

Diis vero fiant pia sacrificia, re bene gesta, ubi mors perfugis abfuerit. Heu, heu! heu, calamitates, quem eventum habiturae sint, iudicatu difficiles! Quorsum nos hi fluctus auferent? Supplex imploro Apiam terram, ut barbare loquentem propitia exaudiat, et identidem lacero vestimenta linea Sidoniumque capitis tegumentum.

Remus quidem et lino consuta domus, mari imposita, nos, belli tempestatem haud expertas, vento huc transmisit; nec est, quod me huius exitus poeniteat: modo posthac etiam pater omnia cernens efficiat benevolus,

Σπέρμα σεμνᾶς μεγαλοματρὸς
Εὐνὰς ἀνέρων,
Ἒ ἒ,
Ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν.

ἀντ. ζ΄. Θέλουσα δ' αὖ θέλουσαν ἁγνὰ
Μ' ἐπιδέτω Διὸς κόρα, σέμν' ἔχου-
σ' ἐνώπι' ἀσφαλές·
Παντὶ δὲ σθένει διωγμοῖς
Ἀσφαλίσασ' ἀδμήτας, ἀδμήτα,
Ῥύσιος γενέσθω,
Σπέρμα σεμνᾶς μεγαλοματρὸς
Εὐνὰς ἀνέρων,
Ἒ ἒ,
Ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν.

στροφὴ ή. Εἰ δὲ μὴ, μελανθὲς
Ἁι Διόκτυπον τοὔγγαιον γένος,
Τὸν πολυξενώτατον
Ζῆνα τῶν κεκμηκότων
Ἱξόμεσθα ξὺν κλάδοις,
Ἀρτάναις θανοῦσαι,
Μὴ τυχοῦσαι θεῶν ὀλυμπίων.

ut soboles venerandae aviae coniugium virorum, heu heu, innupta et indomita effugiat.

Lubens vero lubentem me casta Iovis filia respiciat, vultibus venerandis immobiliter in me directis, et, omni vi nos a persecutione tutas praestans, innuptas innupta, liberatrix esto, ut soboles venerandae aviae coniugium virorum, heu heu, innupta et indomita effugiat.

Sin minus, ubi genus terrestre atrum nunc habitat, ad Iovem mortuorum, multos ad se hospites recipientem, ibimus cum hisce ramis, vita suspendio finita, a diis spretae coelestibus.

Ὦ Ζῆν, ἴασαι μῆνιν
Μαστείρας θεῶν!
Κοννῶ δ' ἄταν γαμετᾶς οὐρανόνικον·
Χαλεποῦ γὰρ ἐκ πνεύματος εἶσι χειμών.

ἀντιστρ. η'. Καὶ τότ' οὐ δικαίοις
Ζεὺς ἐνέξεται λόγοις, τὸν βοὸς
Παῖδ' ἀτιμάσας, τὸν αὐ-
τός ποτ' ἔκτισεν γόνῳ,
Νῦν ἔχων παλίντροπον
Ὄψιν ἐν λιταῖσιν,
Ὑψόθεν δ' οὐ κλύων καλούμενος.
Ὦ Ζῆν, ἴασαι μῆνιν
Μαστείρας θεῶν!
Κοννῶ δ' ἄταν γαμετᾶς οὐρανόνικον·
Χαλεποῦ γὰρ ἐκ πνεύματος εἶσι χειμών.

O Iupiter, medearis odio reginae deorum! agnosco enim noxam coniugis, coelo potentiorem; nam a vehementi procella excitata venit haec tempestas.

Atque Iupiter in rumores iniustos incurreret, si in vaccam mutatae filium, quem ipse olim progenuit, despiceret, vultum nunc a precibus nostris avertens, nec coelitus a nobis invocatus audiret. O Iupiter, medearis odio reginae deorum! agnosco enim noxam coniugis, coelo potentiorem; nam a vehemente procella excitata venit haec tempestas.

ΧΟΡΟΣ, ΔΑΝΑΟΣ.

ΔΑΝΑΟΣ.

Παῖδες, φρονεῖν χρή· ξὺν φρονοῦντι δ' ἵκετε
Πιςῷ γέροντι τῷδε ναυκλήρῳ πατρί.
Καὶ τἀπὶ χέρσου νῦν προμήθειαν λαβεῖν
Αἰνῶ φυλάξαι, τἄμ' ἔπη δελτουμένας.
Ὁρῶ γε κόνιν, ἄναυδον ἄγγελον ςρατοῦ·
Σύριγγες οὐ σιγῶσιν ἀξονήλατοι·
Ὄχλον δ' ὑπασπιςῆρα καὶ δορυςσόον
Λεύσσω, ξὺν ἵπποις καμπύλοις τ' ὀχήμασι.
Τάχ' ἂν πρὸς ἡμᾶς τῆςδε γῆς ἀρχηγέται
Ὀπτῆρες εἶεν, ἀγγέλων πεπυσμένοι.
Ἀλλ' εἴτ' ἀπήμων, εἴτε καὶ τεθηγμένος
Ὠμῇ ξὺν ὀργῇ, τόνδ' ἐπόρνυται ςόλον,
Ἄμεινόν ἐςι παντὸς εἵνεκ', ὦ κόραι,

SCENA II.

CHORUS, DANAUS.

Danaus. Filiae, sapere oportet; cum sapiente enim venistis fido hoc sene, patre vestro, navis gubernatore. Et nunc quoque, postquam ad terram appulistis, ut prudenter agere curetis, auctor sum, verba mea memoriae mandantes. namque video pulverem, mutum exercitus nuntium; haud silent modioli rotarum, circum axes agitati; agmen vero clypeatum et hastatum conspicio, cum equis et incurvis curribus. Fortasse ad nos terrae huius principes adituri sunt speculatores, nuntiis auditis. Sed sive innoxius, sive effera ira infestus, in hunc coetum incitatur, optimum sane per omnem modum fuerit, o puellae, accedere ad

Πάγον προσίζειν τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.
Κρεῖσσον δὲ πύργου βωμὸς, ἄῤῥηκτον σάκος.
Ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε καὶ λευκοστεφεῖς
Ἱκετηρίας, ἀγάλματ' αἰδοίου Διὸς,
Σεμνῶς ἔχουσαι διὰ χερῶν εὐωνύμων,
Αἰδοῖα καὶ γόεδνα κοὐκ ἀχρεῖ ἔπη
Ξένους ἀμείβεσθ', ὡς ἐπήλυδας πρέπει,
Τορῶς λέγουσαι τάσδ' ἀναιμάκτους φυγάς.
Φθογγῇ δ' ἑπέσθω πρῶτα μὲν τὸ μὴ θρασὺ,
Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων σωφρόνων
Ἴτω πρόσωπον, ὄμματος παρ' ἡσύχου.
Καὶ μὴ πρόλεσχος, μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
Γένῃ· τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος.
Μέμνησο δ' εἴκειν· χρεῖος εἶ ξένη φυγάς·
Θρασυστομεῖν γὰρ οὐ πρέπει τοὺς ἥσσονας.

ΧΟΡΟΣ.

Πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονούσας ἐννέπεις·

hunc tumulum diis certaminum praesidibus sacrum. Turre enim fortius praesidium est altare, scutum solidissimum. Age igitur, quam citissime ite et alba lana velatos supplices ramos, sacra Iovis venerandi, sinistris manibus decore gerentes, verecunda et tristia, neque inutilia verba hospitibus respondete, ut advenas decet, clare enarrantes hanc fugam vestram haud cruentam. Ab oratione vero primum quidem absit audacia, deinde haud lascivus a fronte modesta visus eat, ex oculis quietis. Et neque procaces, nec diffusae et prolixae, estote; quod genus hic terrarum valde est odiosum. Ac memineris, ut aliis cedas; auxilii enim indiga es hospes exsul. audacter enim loqui non decet inferiores.

Chorus. Pater, prudenter cum prudentibus loque-

Φυλάξομεν δὲ τάσδε μνησθεῖσαι σέθεν
Κεδνὰς ἐφετμάς. Ζεὺς δὲ γεννήτωρ ἴδοι.

ΔΑΝΑΟΣ.

Μή νυν σχόλαζε, μηχαναῖς δ' ἔςω κράτος.

ΧΟΡΟΣ.

Θέλοιμ' ἂν ἤδη σοὶ πέλας θρόνους ἔχειν.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ὦ Ζεῦ, κόπων οἴκτειρε μὴ 'πολωλότας.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος.
Κείνου θέλοντος εὖ τελευτήσει τάδε.

ΔΑΝΑΟΣ.

Καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε.

ΧΟΡΟΣ.

Καλοῦμεν αὐγὰς Ἡλίου σωτηρίους,
Ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν.
Εἰδὼς ἂν αἶσαν τήνδε συγγνῴη βροτοῖς.

ris; memoresque haec tua bona praecepta servabimus. Iupiter autem genitor curam gerat.

Danaus. Ne igitur cuncteris; sed fortes sint machinae.

Chorus. Velim iam tecum ibi assidere. (Ad aram accedunt.)

Danaus. O Iupiter, haud perditorum te misereat propter fatigationem.

Chorus. Respiciat nimirum oculo benevolo. Illo volente haec feliciter evenient.

Danaus. Et Iovis hunc alitem iam invocate.

Chorus. Invocamus salubres Solis radios, et castum Apollinem, exsulem e coelo deum. Gnarus huius fortunae ignoscet mortalibus.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ξυγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων.

ΧΟΡΟΣ.

Τίν' οὖν κικλήσκω τῶνδε δαιμόνων ἔτι;

ΔΑΝΑΟΣ.

Ὁρῶ τρίαιναν τήνδε, σημεῖον θεοῦ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὖ τ' ἔπεμψεν, εὖ τε δεξάσθω χθονί.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἑρμῆς ὅδ' ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐλευθέριος οὖν ἐσθλὰ κηρυκευέτω.

ΔΑΝΑΟΣ.

Πάντων δ' ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίαν
Σέβεσθ'· ἐν ἁγνῷ δ', ἑσμὸς ὡς πελειάδων,
Ἵζεσθε, κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ,
Ἐχθρῶν ὅμαιμον καταμιαινόντων γένος.

Danaus. Ignoscat nimirum et benevolus adsit.

Chorus. Quem vero deorum praeterea invocabo?

Danaus. Video tridentem hunc, dei insigne.

Chorus. Ille vero et benevole nos huc deduxit, et benevole terra recipiat.

Danaus. Mercurius hic alius ex Graecorum superstitione.

Chorus. Libertatis igitur assertor fausta nobis nuntiet.

Danaus. Omnium vero horum regum commune altare habentium concilium veneramini: et in casto loco, sicut grex columbarum, sedete, circorum cognatorum metu, hostium consanguineum genus inquinantium.

Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;
Πῶς δ' ἂν γαμῶν ἄκουσαν ἄκοντος πάρα
Ἁγνὸς γένοιτ' ἄν; οὐδὲ μὴ 'ν Ἅιδου θανὼν
Φύγῃ μάταιον, αἴτια πράξας τάδε.
Κἀκεῖ δικάζει τἀμπλακήμαθ', ὡς λόγος,
Ζεὺς ἄλλος ἐν καμοῦσιν ὑστάταις δίκαις.
Σκοπεῖτε, κἀμείβεσθε τόνδε τὸν τρόπον,
Ὅπως ἂν ὑμῖν πρᾶγος εὖ νικᾷ τάδε.

Quomodo avis avem vorans pietatem colat? Quomodo autem invitam inviti ducere cupiens pius esse possit? Profecto, qui talia perpetraverit, ne mortuus quidem in Orco petulantiae crimen effugerit. Ibi quoque iudicat delicta, ut aiunt, Iupiter alius inter mortuos suprema lite. Videte, et hoc modo respondete, ut vobis hoc negotium feliciter vincat.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ, ΔΑΝΑΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ' ἀνελληνόστολον,
Πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι
Χλίοντα, προσφωνῶμεν; οὐ γὰρ Ἀργολὶς
Ἐσθὴς γυναικῶν, οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων.
Ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο,
Ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν
Ἔτλητ' ἀτρέστως, τοῦτο θαυμαστὸν πέλει.
Κλάδοι γε μὲν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων,
Κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις·
Μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν ξυνείσεται στόχῳ·
Καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,
Εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον.

SCENA III.
REX ARGIVORUM, DANAUS, CHORUS.

Rex. Quodnam hoc sodalitium, haud Graece vestitum, peregrinis vestibus et velamentis superbiens dicamus? neque enim Argivus est vestitus mulierum, neque Graecarum regionum. Quomodo vero sine timore hanc terram accedere ausae sitis, haud praemisso praecone, neque electo patrono, absque ducibus, hoc mirabile est. Rami quidem, supplicum ritu, iuxta vos in ara deorum certaminis praesidum positi sunt; hoc unum Graecia coniectura assequetur; multaque alia coniicere liceret, nisi praesenti praesto esset oratio, clarius ea significatura.

Chorus. De amictu vera prolocutus es. Utrum vero

Ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην λέγω,
Ἢ τηρὸν ἱερόραβδον, ἢ πόλεως ἀγόν;
Πρὸς ταῦτ' ἀμείβου, καὶ λέγ' εὐθαρσῶς ἐμοί.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
Ἶνις Πελασγὸς, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης.
Ἐμοῦ δ' ἄνακτος εὐλόγως ἐπώνυμον
Γένος Πελασγῶν τήνδε καρποῦται χθόνα·
Καὶ πᾶσαν αἶαν, ἧς δι' Ἄψος ἔρχεται
Στρυμών τε, πρὸς δύνοντος ἡλίου κρατῶ.
Ὁρίζομαι δὲ τήν τε Περῤῥαίβων χθόνα,
Πίνδου τε τἀπέκεινα, Παιόνων πέλας,
Ὄρη τε Δωδωναῖα· συντέμνει δ' ὅρος
Ὑγρᾶς θαλάσσης, τῶν ἔτ' ἐπὶ τάδε κρατῶ.
Αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε
Πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν·
Χώρας γὰρ ἐλθὼν Ἄπις ἐκ Ναυπακτίας
Ἰατρόμαντις παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα

tecum ut cum privato loquor, an cum speculatore, sacra virga praedito, an cum urbis principe? Ad haec responde mihi et loquere fidenter.

Rex. Indigenae enim ego sum Palaechthonis filius Pelasgus, huius terrae dux. Mei autem Regis apte cognomen ferens Pelasgorum gens hanc terram colit: totiusque terrae, quam Apsus perlabitur et Strymon, versus solis occasum, imperium teneo. Finibus vero meis includo et Perrhaeborum terram, quaeque ultra Pindum, prope Paeonas, montesque Dodonaeos; abscindit autem fluidi maris terminus, quae etiam praeter ista possideo. Ipsius vero hoc Apiae terrae solum olim ab homine medico nomen traxit. Apis enim veniens e terra Naupactia, vates et medicus, Apollinis filius,

Τήνδ' ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων·
Τὰ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
Χρανθεῖσ' ἀνῆκε Γαῖα μήνει τῶν ἀχῶν,
Δρακονθόμιλον δυςμενῆ ξυνοικίαν.
Τούτων ἄκη τομαῖα καταλυτήρια
Πράξας ἀμέμπτως Ἄπις Ἀργεία χθονὶ
Μνήμην ποτ' ἀντίμισθον εὗρετ' ἐν λιταῖς.
Ἔχουσ' ἂν ἤδη τἀπ' ἐμοῦ τεκμήρια
Γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέγοις πρόσω·
Μακρὰν δὲ μὴν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

Βραχὺς τορός θ' ὁ μῦθος· Ἀργεῖαι γένος
Ἐξευχόμεσθα, σπέρματ' εὐτέκνου βοός·
Καὶ ταῦτ' ἀληθῆ παντὶ προςφύσω λόγῳ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἄπιστα μυθεῖσθ', ὦ ξέναι, κλύειν ἐμοὶ,
Ὅπως τόδ' ὑμῖν ἐστιν Ἀργεῖον γένος·

regionem hanc a beluis homines interimentibus repurgavit, quas terra, veteribus caedibus polluta, propter mala irata protulerat, draconibus ſamiliare inſestum contubernium. Horum remedia secanda liberantia Apis huic Argivae terrae cum laude inveniens, id pro mercede assecutus est, ut in precibus memoria eius colatur. Habens iam de me indicia, tu mihi et genus enarra tuum, et porro eloquere; sed orationis ambages civitas nostra haud amat.

Chorus. Brevis et perspicuus sermo: Argivas nos genere profitemur, in vaccam mutatae, prole felicis, progeniem; et haec vera esse omnibus argumentis ostendam.

Rex. Incredibilia auditu mihi, o hospites, loquimini, vos hoc Argivo genere na-

Λιβυστικαῖς γὰρ μᾶλλον ἐμφερέστεραι
Γυναιξίν ἐστε, κοὐδαμῶς ἐγχωρίαις·
Καὶ Νεῖλος ἂν θρέψειε τοιοῦτον φυτόν·
Κύπριος χαρακτὴρ τ' ἐν γυναικείοις τύποις
Εἰκὼς πέπληκται τεκτόνων πρὸς ἀρσένων·
Ἰνδάς τ', ἀκούων, νομάδας ἱπποβάμοσιν
Εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσας, χθόνα
Παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονουμένας,
Καὶ τὰς ἀνάνδρους κρεοβότους δ' Ἀμαζόνας,
Εἰ τοξοτευχεῖς ἦτε, κάρτ' ἂν ἤκασα
Ὑμᾶς. Διδαχθεὶς ἂν τόδ' εἰδείην πλέον,
Ὅπως γένεθλον σπέρμα τ' Ἀργεῖον τὸ σόν.

ΧΟΡΟΣ.

Κληδοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ
Ἰὼ γενέσθαι τῆδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί,
Ζῆν' ἧς μέλεσθαι καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Μὴ καὶ λόγος τις, Ζῆνα μιχθῆναι βροτῷ;

tas esse; Libycis enim mulieribus similiores estis, et nullo modo indigenis; et Nilus eiusmodi stirpem nutriat; similisque Cyprius character in femineis formis a fortibus fabris incuditur; Indasque, audiens nomadas camelis equinum gressum imitantibus vehi, terram vicinam Aethiopibus incolentes, atque innuptas et carnium esu victitantes Amazonas vos esse, si arcus gestaretis, coniicerem. Itaque edoctus melius illud intellexero, quomodo progenies tua et stirps Argiva sit.

Chorus. Aedituam Iunonis templi aliquando fuisse dicunt Io in hoc Argivo regno, quae curae fuisse Iovi pervulgata fertur fama.

Rex. Nonne etiam Iupiter cum mortali concubuisse dicitur?

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ κρύβδα γ' Ἥρας ταῦτα τῶν παλλαγμάτων.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νείκη τάδε;

ΧΟΡΟΣ.

Βοῦν τὴν γυναῖκ' ἔθηκεν Ἀργεία θεός.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὐκ οὖν πελάζει Ζεὺς ἔτ' εὐκραίρῳ βοΐ;

ΧΟΡΟΣ.

Φασὶ, πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί δῆτα πρὸς ταῦτ' ἄλοχος ἰσχυρὰ Διός;

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν πανθορῶντα φύλακ' ἐπέστησεν βοΐ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ποῖον πανόπτην οἰοβουκόλον λέγεις;

ΧΟΡΟΣ.

Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς, παῖδα γῆς, κατέκτανε.

Chorus. Et quidem latuisse Iunonem hoc pellicatu.

Rex. Quem igitur eventum habuit haec regum contentio?

Chorus. Mulierem in vaccam mutavit Argiva dea.

Rex. Non igitur amplius Iupiter cornigerae vaccae appropinquavit?

Chorus. Aiunt, tauri vaccis insilientis forma indutum.

Rex. Quid igitur ad haec potens Iovis uxor?

Chorus. Vaccae adiunxit custodem omnia cernentem.

Rex. Quemnam bubulcum omnituentem narras?

Chorus. Argum, terrae filium, quem Mercurius occidit.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί οὖν ἔτευξεν ἄλλο δυςπότμῳ βοΐ;

ΧΟΡΟΣ.

Βοηλάτην μύωπα, κινητήριον·
Οἶςρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας.
Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο,
Καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ κουροφιτύει γόνον.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τίς οὖν ὁ Δῖος πόρτις εὔχεται βοός;

ΧΟΡΟΣ.

Ἔπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος,
Λιβύης μέγιςον ὄνομα γῆς καρπούμενος.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῆςδε βλάςημον λέγεις;

Rex. Quid igitur Iuno aliud instituit adversus infelicem vaccam?

Chorus. Asilum boves abigentem perturbantem; oestrum appellant eum Nili accolae. Igitur eam e terra longis cursibus expulit.

Rex. Haec quoque mihi convenienter omnia dixisti.

Chorus. Iamque illa ad Canobum et Memphim pervenit, et Iupiter contrectator filium gignit.

Rex. Quis igitur Iovialis ex vacca vitulus esse gloriatur?

Chorus. Epaphus, vere a liberatione appellatus, qui Libyae maximam terram possedit.

Rex. Quem igitur porro huius feminae filium dicis?

ΧΟΡΟΣ.

Βῆλον δίπαιδα, πατέρα τοῦδ' ἐμοῦ πατρός.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τὸ πανσαφοῦν νυν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.

ΧΟΡΟΣ.

Δαναός· ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστοπαῖς.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ τοῦδ' ἄνοιγε τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Αἴγυπτος. Εἰδὼς δ' ἁμὸν ἀρχαῖον γένος,
Πράσσοις ἂν ὡς Ἀργεῖον ἀνστήσῃς στόλον.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Δοκεῖτε δή μοι τῆσδε κοινωνεῖν χθονὸς
Τἀρχαῖον· ἀλλὰ πῶς πατρῷα δώματα
Λιπεῖν ἔτλητε; τίς κατέσκηψεν τύχη;

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Πελασγῶν, αἰόλ' ἀνθρώπων κακὰ,
Πόνον δ' ἴδοις ἂν οὐδαμοῦ ταὐτόπτερον.

Chorus. Belum duorum filiorum parentem, patris huiusce mei patrem.

Rex. Hoc igitur nomen, omnia declarans, mihi eloquere.

Chorus. Danaus. Est autem ei frater quinquaginta filios habens.

Rex. Et huius nomen sonora voce aperi.

Chorus. Aegyptus. Iam igitur antiqui generis mei gnarus, cura, ut hunc Argivum coetum stabilias.

Rex. Iam quidem mihi huiusce terrae olim participes fuisse videmini; at quomodo paternas aedes deserere ausae estis? Quae fortuna accidit?

Chorus. Rex Pelasgorum, varia sunt hominum infortunia, neque uspiam videas eodem volatu calamitatem.

Ἐπεὶ τίς ηὔχει τήνδ' ἀνέλπιστον φυγὴν,
Κέλσειν ἐς Ἄργος κῆδος ἐγγενὲς τὸ πρὶν,
Ἔχθει μεταπτοιοῦσαν εὐναίων γάμων;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί φῂς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν,
Λευκοστεφεῖς ἔχουσα νεοδρέπτους κλάδους;

ΧΟΡΟΣ.

Ὡς μὴ γένωμαι δμωῒς Αἰγύπτου γένει.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πότερα κατ' ἔχθραν, ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις;

ΧΟΡΟΣ.

Τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Σθένος μὲν οὕτω μεῖζον αὔξεται βροτοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω;

quis enim sperasset hanc inopinatam fugam, ut ad Argos antiquitus coniuncta gens appelleret, odio nuptiarum in timorem coniecta?

Rex. Quid ais te petere a diis hisce certaminum praesidibus, ramos recens decerptos, albis vittis ornatos, manibus tenens?

Chorus. Ne fiam serva Aegypti generi.

Rex. Num inimice? an nefas dicis?

Chorus. Quis vero amicos sibi emat dominos?

Rex. At enim sic robur magis augetur mortalibus.

Chorus. Imo vero facile est infelices dimittere.

Rex. Quomodo igitur vobis pietatem praestem?

ΧΟΡΟΣ.

Αἰτοῦσι μὴ 'κδοὺς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Βαρέα σύ γ' εἶπας, πόλεμον ἄρασθαι νέον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἡ δίκη γε ξυμμάχων ὑπερστατεῖ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Εἴπερ γ' ἀπ' ἀρχῆς πραγμάτων κοινωνὸς ἦν.

ΧΟΡΟΣ.

Αἰδοῦ σὺ πρύμναν πόλεος ὧδ' ἐστεμμένην!

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πέφρικα λεύσσων τάσδ' ἕδρας κατασκίους·
Βαρύς γε μέντοι Ζηνὸς ἱκεσίου κότος.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Παλαίχθονος τέκος, κλῦθί μου
Πρόφρονι καρδίᾳ, Πελασγῶν ἄναξ.
Ἴδε με τὰν ἱκέτιν φυγάδα περίδρομον,
Λευκόστικτον ὡς δάμαλιν ἀμπέτραις
Ἠλιβάτοις, ἵν', ἀλκᾷ πίσυνος, μέμυκε!

Chorus. Aegypti nos filiis repetentibus haud reddens.

Rex. Gravia dixisti, novum bellum suscipere.

Chorus. At iustitia certe commilitones suos defendit.

Rex. Si quidem ab initio causae tuae patrocinata fuerit.

Chorus. Reverere puppem urbis hoc modo coronatam!

Rex. Cohorrui, has sedes obumbratas respiciens; nam gravis est Iovis supplicum praesidis ira.

Chorus. Palaechthonis fili, audi me benevolo animo, Pelasgorum rex. Respice me tibi supplicem, exsulem, errabundam, tanquam iuvencam albo sparsam in excelsis rupibus, ubi, auxilio freta, mugit!

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ὁρῶ κλάδοις σὸν νεοδρόποις κατάσκιον
Ἰόνθ' ὅμιλον ὧδ' ἀγωνίων θεῶν·
Εἴη δ' ἄνατον πρᾶγμα τοῦτ' ἀστόξενον,
Μηδ' ἐξ ἀέλπτων κἀπρομηθήτων πολὺ
Νεῖκος γένηται· τῶν γὰρ οὐ δεῖται πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. α. Ἴδοιτο δῆτ' ἄνατον φυγὰν
Ἱκεσία Θέμις Διὸς κλαρίου.
Σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε, γέρων περ ὤν,
Ποτιτρόπαιον αἰδόμενος, ὧν ὕπερ
Ἱεροδόκα θεῶν λήμματ' ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὔτοι κάθησθε δωμάτων ἐφέστιοι
Ἐμῶν· τὸ κοινὸν δ' εἰ μιαίνεται πόλις,
Ξυνῇ μελέσθω λαὸς ἐκπονεῖν ἄκη.
Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος,
Ἀστῶν δὲ πᾶσι τῶνδε κοινώσας πέρι.

Rex. Video ramis recens decerptis obumbratum tuum sodalitium, quod huc deorum certaminibus praesidentium venit. utinam vero hoc negotium urbis hospitale damno careat, neque ex rebus insperatis neque ante procuratis magna rixa oriatur; his enim civitas haud eget.

Chorus. Respiciat nimirum innocuam fugam Themis supplicum praeses Iovis distributoris filia. Tu vero a iuniore disce, quamvis senex sis, supplicem revereri, quapropter diis accepta erunt sacrificia, ab homine puro oblata.

Rex. Atqui non sedetis ad mearum aedium focum; si igitur commune civitas piaculum contrahat, communiter quoque populus remedia procuret. Ego vero promittam per me nihil, antequam hoc negotium cum tota civitate communicavero.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'. Σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δήμιον·
Πρύτανις ἄκριτος ὢν,
Κρατύνεις βωμὸν, ἑστίαν χθονός·
Μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν,
Μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοις, χρέος
Πᾶν ἐπικραίνεις. ἄγος φυλάσσου!

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἄγος μὲν εἴη τοῖς ἐμοῖς παλιγκότοις!
Ὑμῖν δ' ἀρήγειν οὐκ ἔχω βλάβης ἄτερ·
Οὐδ' αὖ τόδ' εὔφρον, τάσδ' ἀτιμάσαι λιτάς.
Ἀμηχανῶ δὲ, καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας,
Δρᾶσαί τε, μὴ δρᾶσαί τε, καὶ τύχην ἑλεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. Τὸν ὑψόθεν σκοπὸν ἐπισκόπει,
Φύλακα πολυπόνων
Βροτῶν, οἳ τοῖς πέλας προσήμενοι
Δίκας οὐ τυγχάνουσιν ἐννόμου.

Chorus. Tu igitur civitas, tu respublica; princeps nullius iudicio obnoxius, praees altari, civitatis foco larario; tu tuo ipsius nutu, et in thronis solus sceptrum gerens, omnia negotia administras: cave piaculum!

Rex. Piaculum quidem hostibus meis accidat! vobis vero auxilium ferre non possum absque damno; nec rursus humanum esset, hasce preces aspernari. inops autem consilii sum, timorque animum mihi occupat, faciamne an non faciam, fortunamque eligam.

Chorus. Respice alte sedentem speculatorem, aerumnosorum custodem mortalium, qui propinquis supplices ius suum legibus constitutum haud obtinent.

Μένει τοι Ζηνὸς ἵκταρ ἔγκοτος
Δυςπαράθελκτος πατοῦντας οἶκτος.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Εἴ τοι κρατοῦσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν,
Νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους
Εἶναι, τίς ἂν τοῖςδ' ἀντιωθῆναι θέλοι;
Δεῖ τοι σὲ φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,
Ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.

ΧΟΡΟΣ.

ϛρ. γ'. Μήτι ποτ' οὖν γενοίμαν ὑποχείριος
Κράτεσιν ἀρσένων! ὕπαϛρον δέ τοι
Μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύςφρονος·
Φιλοξύμμαχον δ' ἑλόμενος δίκαν
Κρίνε σεβαϛὰ, πρὸς θεῶν!

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα· μή μ' αἱροῦ κριτήν.
Εἶπον δὲ καὶ πρὶν, οὐκ ἄνευ δήμου τάδε
Πράξαιμ' ἂν, οὐδέπερ κρατῶν, μὴ καί ποτε

Manet autem prope Iovis ira aegre placabilis misericordiam proculcantes.

Rex. Si quidem Aegypti filii vincant, vos ex lege civitatis cognatione proximas esse, quis illis repugnare velit? Itaque vos oportet litem effugere secundum leges domesticas ita, ut demonstretis, nullum iis ius in vos competere.

Chorus. Ne unquam igitur fiam subdita potentiae virorum! Qualecunque autem sub astris inveniri possit remedium, decerno, eligensque iustitiam, amicos protegentem, venerabiliter tu iudica, per deos!

Rex. Haud facile iudicatu est iudicium; ne tu me iudicem sumas. Iam paullo ante dixi, non sine populo haec transegerim, ne si potestas quidem esset, ne unquam populus di-

Εἴπῃ λεὼς, μάταιον εἴ τί που τύχῃ,
„Ἐπήλυδας τιμῶν ἀπώλεσας πόλιν."

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. γ'. Ἀμφοτέροις ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ
Ζεὺς ἑτεροῤῥεπὴς, νέμων εἰκότως
Ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.
Τί, τῶνδ' ἐξ ἴσου ῥεπομένων, μεταλ-
γεῖς τὸ δίκαιον ἔρξαι;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου,
Δίκην κολυμβητῆρος ἐς βυθὸν μολεῖν
Δεδορκὸς ὄμμα, μηδ' ἄγαν οἰνωμένον,
Ὅπως ἄνατα ταῦτα, πρῶτα μὲν πόλει·
Αὐτοῖσί θ' ἡμῖν, ἐκτελευτήσει καλῶς,
Καὶ μήτε δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται,
Μήτ' ἐν θεῶν ἕδραισιν ὧδ' ἱδρυμένας
Ἐκδόντες ὑμᾶς, τὸν πανώλεθρον θεὸν
Βαρὺν ξύνοικον θησόμεσθ' Ἀλάστορα,

cat, si forte aliquid secus acciderit: „Peregrinas honorando urbem perdidisti."

Chorus. Utrique parti cognatus Iupiter haec diiudicat, trutinam versans, tribuens, ut aequum est, malis iniustitiae, iustis autem probitatis partes. Quod iudicium cum aequato libramine constet, cur te piget iustitiam exercere?

Rex. Opus quidem est profunda cura sospitatoria, urinatoris instar ut in profundum descendat oculus, dispiciens, neque multum inebriatus, ut haec sine damno primum quidem urbi, deinde nobismet ipsis feliciter transigantur, et ut neque bellum vindiciarum oriatur, neve vos, quae ad has deorum aras sedetis, tradentibus nobis perditricem deam, molestam contubernalem, accersamus,

Ὅς οὐδ' ἐν Ἅιδου τὸν θανόντ' ἐλευθεροῖ.
Μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;

ΧΟΡΟΣ.

ςρ. δ'. Φρόντισον καὶ γενοῦ πανδίκως
Εὐσεβὴς πρόξενος,
Τὰν φυγάδα μὴ προδῷς, τὰν ἕκαθεν ἐκβολαῖς
Δυςθέοις ὁρμέναν·

ἀντ. δ'. Μηδ' ἴδῃς μ' ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων
Ῥυσιασθεῖσαν, ὦ
Πᾶν κράτος ἔχων χθονὸς, γνῶθι δ' ὕβριν ἀνέρων
Καὶ φυλάξαι κότον.

ςρ. ε'. Μήτι τλῇς
Τὰν ἱκέτιν εἰςιδεῖν ἀπὸ βρετέων, βίᾳ
Δίκας, ἀγομέναν ἵππιον, ἀμπύκων
Πολυμίτων πέπλων τ' ἐπιλαβαῖς ἐμῶν.

ἀντιςρ. ε'. Ἴσθι γὰρ,
Παισὶ τάδε καὶ δόμοις ὁπότερ' ἂν κτίσῃς,

Furiam, quae ne mortuum quidem in orco liberat. Numquid haec tibi videntur curam salutarem poscere?

Chorus. Cura, nobisque iustus esto et pius patronus, fugitivam haud prodens impia vi ex longinquo in exsilium actam;

Nec me adspicias ex hac sede compluribus diis communi in servitutem vindicari, o tu, penes quem summum est huius terrae imperium, sed cognosce potius virorum superbiam, eorumque iram cave.

Neque vero sinas, supplicem a deorum statuis, invita iustitia, equorum instar abstractam, vittarum et peplorum meorum artificiose textorum apprehensione.

Scito enim, liberis tuis et aedibus qualicunque modo ista constitueris, ma-

Μένειν δοριπόνον ὁμοίαν θέμιν.
Τάδε φράσαι δίκαια Διόθεν κράτη.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ δὴ πέφρασμαι, δεῦρο δ' ἐξοκέλλεται·
Ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν
Πᾶσ' ἔστ' ἀνάγκη, καὶ γεγόμφωται σκάφος,
Στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον·
Ἄνευ δὲ λύπης οὐδαμοῦ καταστροφή.
Καὶ χρημάτων μὲν ἐκ δόμου πορθουμένων,
Ἄτης γε μείζων, καὶ μέγ' ἐμπλήσας, γόμος
Γένοιτ' ἂν ἄλλῃ κτησίου Διὸς χάριν,
Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια,
Ἀλγεινὰ, θυμοῦ κάρτα κινητήρια,
Γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος·
Ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται,
Δεῖ κάρτα θύειν, καὶ πεσεῖν χρηστήρια
Θεοῖσι πολλοῖς πολλὰ, πημονῆς ἄκη.

nere belligerantem similem iustitiam. Quamobrem leges a Iove constitutas perpende.

Rex. Imo iam perpendi, et huc scilicet appellitur: aut cum his aut cum illis bellum gerendi summa necessitas est, et clavis fixa est navis, utpote cylindris nauticis imposita, nec sine afflictione usquam datur devertere. Et opibus quidem ex domo direptis, calamitate maior, et qui eam magnopere expleat, cumulus alia ratione accesserit Iovis fortunatoris beneficio, et lingua si forte iaculaverit verba haud tempestiva, doloris plena, animum valde commoventia, inveniatur sermo sermonem istum expians; ne autem consanguineorum sanguis effundatur, multum sacrificare oportet, multasque multis diis hostias caedere ad avertendam

Ἀχάριτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι,
Θέλω δ' ἄϊδρις μᾶλλον, ἢ σοφὸς, κακῶν
Εἶναι. Γένοιτο δ' εὖ παρὰ γνώμην ἐμήν!

ΧΟΡΟΣ.

Πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἑκοῦσα καὶ λέγοις ἂν, οὔ με φεύξεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔχω ϛρόβους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τύχῃ γυναικῶν ταῦτα συμπρεπῆ πέλει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐκ τῶνδε τοίνυν, ἴσθι, μηχανὴ καλὴ....

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Λέξον· τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσει;

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ μή τι πιϛὸν τῷδ' ὑποϛήσει ϛόλῳ....

calamitatem. Iniucundam hanc ego contentionem vito, malorum enim inscius potius, quam gnarus, esse volo. Feliciter autem omnia supra opinionem meam eveniant!

Chorus. Audi verecundorum sermonum finem.

Rex. Lubens quoque loqueris, non me fugit.

Chorus. Habeo strophia et cingula, vestes vincientia.

Rex. Haec apta sunt mulierum conditioni.

Chorus. Ex his igitur, ne ignores, pulchra nobis commoditas . . .

Rex. Loquere! Quale tandem id verbum proferes?

Chorus. Nisi certi aliquid huic coetui promiseris . . .

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί σοι περαίνει μηχανὴ ξυζωμάτων;

ΧΟΡΟΣ.

Νέοις πίναξι βρέτεα κοσμῆσαι τάδε.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Αἰνιγματῶδες τοὔπος· ἀλλ' ἁπλῶς φράσον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐκ τῶνδ' ὅπως τάχιστ' ἀπάγξασθαι θεῶν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Ξυνῆκας; ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ πολλαχῇ γε δυσπάλαιστα πράγματα,
Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος, οὐ μάλ' εὔπορον,
Τόδ' ἐσβέβηκε, κοὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν.

Rex. Quid igitur tibi praestet cingulorum commoditas?

Chorus. Novis ut tabulis haec deorum simulacra ornemus.

Rex. Aenigma hoc verbum; age simpliciter eloquere.

Chorus. Ut quam celerrime nos ex his deorum simulacris suspendamus.

Rex. Audivi sermonem cor pungentem.

Chorus. Intellexistin'? clarius enim explicavi.

Rex. Et multipliciter quidem difficile est negotium. Multitudo vero malorum torrentis instar irruit; et mare calamitatis immensa profunditate haud exsuperabile in me exsurgit, nec usquam portus est malorum.

Εἰ μὲν γὰρ ὑμῖν μὴ τόδ' ἐκπράξω χρέος,
Μίασμ' ἔλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον·
Εἰ δ' αὖθ' ὁμαίμοις παισὶν Αἰγύπτου σέθεν
Σταθεὶς πρὸ τειχέων διὰ μάχης ἥξω τέλους,
Πῶς οὐχὶ τἀνάλωμα γίγνεται πικρὸν,
Ἄνδρας γυναικῶν οὕνεχ' αἱμάξαι πέδον;
Ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον
Ἱκτῆρος· ὕψιςος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος.
Σύ νυν, πάτερ γεραιὲ τῶνδε παρθένων,
Κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν
Βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων
Θὲς, ὡς ἴδωσι τῆσδ' ἀφίξεως τέκμαρ
Πάντες πολῖται, μηδ' ἀποῤῥιφθῇ λόγος
Ἐμοῦ (κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς)·
Καὶ γὰρ τάχ' ἄν τις, οἰκτρά γ' εἰςιδὼν τάδε,
Ὕβριν μὲν ἐχθήρειεν ἄρσενος ςόλου,
Ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέςερος·

Etenim si vobis hoc negotium non perfecero, piaculum denuntiasti haud reparandum; si vero cum Aegypti filiis, consanguineis tuis, ante urbis moenia proelio congrediamur, quomodo non acerbum futurum sit dispendium, viros (cives meos) mulierum causa sanguine patrium solum inficere? Nihilo secius tamen necesse est, iram Iovis supplicum patroni revereamur, namque summus est is inter mortales timor. Vade igitur, senex pater harum virginum, ramosque hos confestim in brachia sumtos ad alia quoque deorum indigetum altaria deporta, ut causae huius adventus indicium omnes cives videant, neque oratio mea reiiciatur (adversus principem enim criminandi cupidus est populus): nam facile quisque, miserabilia haec adspiciens, superbiam masculi coetus oderit, et vobis be-

Τοῖς ἥσσοσιν γὰρ πᾶς τις εὐνοίας φέρει.

ΔΑΝΑΟΣ.

Πολλῶν τάδ' ἡμῖν ἐςὶν ἠξιωμένα,
Αἰδοῖον εὑρεθέντα πρόξενον λαβεῖν.
Ὀπάονας δὲ φράςορας τῶν ἀςυκῶν
Ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν πολισσούχων θεῶν
Βωμοὺς, προνάους τ' αὖ πολιςείχων ἕδρας
Εὕρω μὲν, ἀσφάλεια δ' ᾖ δι' ἄςεος
Στείχουσι· μορφῆς δ' οὐχ ὁμόςολος φύσις·
Νεῖλος γὰρ οὐχ ὅμοιον Ἰνάχῳ γένος
Τρέφει. Φύλαξαι μὴ θράσος τέκῃ φόβον·
Καὶ δὴ φίλον τις ἔκταν' ἀγνοίας ὕπο.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Στείχοιτ' ἂν, ἄνδρες· εὖ γὰρ ὁ ξένος λέγει.
Ἡγεῖσθε βωμοὺς ἀςυκοὺς, θεῶν ἕδρας.
Καὶ ξυμβόλοισιν οὐ πολυςομεῖν χρεὼν
Ναύτην ἄγοντας τόνδ' ἐφέςιον θεῶν.

nevolentior fuerit populus; inferioribus enim quivis bene cupere solet.

Danaus. Magni hoc facimus, quod venerandum patronum nacti sumus. Tu vero comites viae monstratores ex civibus nobiscum mitte, ut et deorum urbicorum altaria, ac, rursus rediens, sedes suburbanas inveniam, et securitas sit per urbem euntibus; peregrina enim est corporis forma; nam Nilus haud similem Inacheae gentem alit. Cave, ne audacia timorem pariat; saepe enim vel amicum aliquis, ignarus quis esset, occidit.

Rex. Vadite, viri; recte enim hospes loquitur. Ducite ad urbica altaria, deorum sedes. Neque vero vos oportet cum occurrentibus multum confabulari, cum nautam hunc ducatis, diis supplicantem.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτῳ μὲν εἶπας, καὶ τεταγμένος κίει·
Ἐγὼ δὲ πῶς δρῶ; ποῦ θράσος νεμεῖς ἐμοί;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Κλάδους μὲν αὐτοῦ λεῖπε, σημεῖον πόνου.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δή σφε λείπω, χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Λειρὸν κατ' ἄλσος νῦν ἐπιστρέφου τόδε.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πῶς βέβηλον ἄλσος ἂν ῥύοιτό με;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς σ' ἐκδώσομεν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἰ δρακόντων δυσφόρων ἐχθίοσιν;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Εὔφημον εἴη τοὖπος εὐφημουμένῃ!

Chorus. Huic igitur dixisti, et mandatis tuis instructus abit; ego vero quid agam? ubi mihi fidem dederis?

Rex. Ramos quidem hic relinque, signum calamitatis.

Chorus. Relinquo, potestati tuae et verbis obsecuta.

Rex. Iam in amoenum hunc lucum concede.

Chorus. Et quomodo profanus lucus me tueatur?

Rex. Non te alitum rapinis trademus.

Chorus. At quid si hominibus infesto dracone inimicioribus?

Rex. Bona verba sint bene ominanti!

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτοι τι θαῦμα, δυςφορεῖν φόβῳ φρένας.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἀεὶ δ' ἀνάκτων ἐςὶ δεῖμ' ἐξαίσιον.

ΧΟΡΟΣ.

Σύ τοι λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἀλλ' οὔτι δαρὸν χρόνον ἐρημώσει πατήρ.
Ἐγὼ δὲ λαοὺς ξυγκαλῶν ἐγχωρίους,
Πείσω τὸ κοινὸν, ὡς ἂν εὐμενὲς τιθῶ,
Καὶ σὸν διδάξω πατέρα, ποῖα χρὴ λέγειν.
Πρὸς ταῦτα μίμνε, καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
Λιταῖς παραιτοῦ, τῶν σ' ἔρως ἔχει τυχεῖν·
Ἐγὼ δὲ ταῦτα πορσυνῶν ἐλεύσομαι·
Πειθὼ δ' ἕποιτο καὶ Τύχη πρακτήριος.

Chorus. At enim haud mirum est, nos animi timore perculsas impatientius dolere.

Rex. Imo vero semper nimius est regum metus.

Chorus. Tu igitur fac, ut dictis et factis animum exhilares.

Rex. At non diu vos hic solas relinquet pater. Ego vero, civibus urbis ad concilium convocatis, civitati suadebo, donec benevolam reddidero; simulque patrem tuum docebo, quae eum dicere oporteat. Proinde hic mane, et a diis indigetibus precibus exposcite, quae vobis fieri vultis; ego vero iam haec perfecturus abeo; Suada vero et Fortuna perfectrix me comitetur.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων
Μακάρτατε, καὶ τελέων τελει-
ότατον κράτος, ὄλβιε Ζεῦ,
Πιθοῦ τε καὶ γενέθλῳ
Ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας,
Λίμνᾳ δ᾽ ἔμβαλε πορφυροειδεῖ
Τὰν μελανόζυγ᾽ ἄταν!

ἀντιστρ. ά. Τὸ πρὸς γονᾶν σῶν ἐπιδὼν
Παλαίφατον ἁμέτερον γένος,
Φιλίας προγόνου γυναικὸς
Νέωσον εὔφρον᾽ αἶνον!
Γενοῦ πολυμνήστωρ, ἐφάπτορ Ἰοῦς,
Δι᾽ ἇς τοὐγγενὲς εὐχόμεθ᾽ εἶναι,
Γᾶς ἀπὸ τᾶσδ᾽ ἔνοικοι.

στροφὴ β΄. Παλαιὸν δ᾽ ἐς ἴχνος μετέσταν
Ματέρος, ἀνθονόμους ἐπωπάς,

SCENA IV.

CHORUS.

O rex regum, beatorum beatissime, et potentium potentissimum imperium, felix Iupiter, obsequere generi, et averte virorum petulantiam, iusto eam odio aversatus, purpureoque mari merge navem exitiosam nigro remigio motam.

Respiciens a te procreatum genus nostrum antiquum, dilectae mulieris progenitricis renova iucundam famam! Bene memor esto, contrectator Iûs, per quam indigenae esse gloriamur, colonae ex hac terra.

Vetera autem vestigia relegimus matris, florentes

Λειμῶνα βουχίλον, ἔνθεν Ἰὼ
Οἴςρῳ ἐρεσσομένα φεύγει ἁμαρτίνοος,
Πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα
Φῦλ'. Ἀδίκῳ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ, διατέ-
μνουσα πόρον κυματίαν, ὁρίζει·

ἀντιςρ. β'. Ἰάπτει δ' Ἀσίδος δι' αἴας
Μηλοβότου Φρυγίας διαμπάξ·
Περᾷ δὲ Τεύθραντος ἄςυ Μυσῶν
Λύδιά τε γύαλα, καὶ, δι' ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε διορνυμένα,
Τοὺς ποταμοὺς δ' ἀενάους καὶ βαθύπλουτον χθόνα, κα-
λᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν,

ςροφὴ γ'. Ἱκνεῖται δ', ἐξιχνωμένα βέλει
Βουκόλου πτερόεντος, δῖον πάμβοτον ἄλσος,
Λειμῶνα χιονόβοσκον, ὅντ' ἐπέρχεται τυφουμέναις
Ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον,
Μαινομένα πόνοις ἀτίμοις,

regiones, pratum pabulosum, unde Io oestro acta fugit mente alienata, multas mortalium gentes pervagata. Iniusto vero fato adversam continentem pervenit, superato vado fluctuoso.

Peragravit autem Asiam terram, per Phrygiam oves pascentem; deinde pertransiit Teuthrantis urbem Mysorum, Lydiasque planities, et, montibus Ciliciae Pamphyliaeque superatis, iugiter labentia flumina et terram praedivitem, pulcrae Veneris fertilem tritici tellurem.

Pervenit autem, bubulci alati stimulo investigata, ad divinam fertilem planitiem, pratum nivibus foecundatum, quod Nili aqua morbis efferatis haud contigua lustrat, furiosa aerumnis in-

Ὀδύναις τε κεντροδα-
λήτοις θείας Ἥρας.

ἀντιστρ. γ΄. Βροτοὶ δ', οἳ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι,
Χλωρῷ δείματι θυμὸν πάλλοντ', ὄψιν ἀήθη,
Βοτὸν, ἐσορῶντες, δυσχερὲς μιξόμβροτον, τὰν μὲν βοὸς,
Τὰν δ' αὖ γυναικὸς, τέρας δ' ἐθάμβουν.
Καὶ τότε δὴ τίς ἦν ὁ θέλξας
Πολύπλαγκτον ἀθλίαν
Οἰστροδόνητον Ἰώ;

στροφὴ δ΄. Ζεύς! — Αἰῶνος ἀπαυστο-
βίου δ' ἀπημάντῳ σθένει
Κακοθέου γ' ἐπιπνοίας
Παύεται, δακρύων δ' ἀπο-
στάζει πένθιμον αἰδῶ.
Λαβοῦσα δ' ἕρμα Δῖον ἀψευδεῖ λόγῳ
Γείνατο παῖδ' ἀμεμφῆ.

ἀντιστροφὴ δ΄. Ἔνθεν πᾶσα βοᾷ χθών·
„Φυσιζόου γένος τοδὶ

honestis, doloribusque stimulo pungentibus divinae Iunonis.

Mortales vero tunc illam terram incolentes pallido timore animum percellebantur, inusitatam formam, animal, videntes, semihumana specie molestum, partim vaccae, partim mulieris figura praeditum, portentoque adstupebant. Ac tum quidem quis ille fuit, qui vagam infelicem oestro agitatam Io refocillavit?

Iupiter! — Aeternae enim vitae incorruptibili robore ab infelice afflatu liberatur, lacrymarumque tristem pudorem abstergit. Atque sic prole Iovis suscepta, ut vera narratione traditur, genuit filium minime contemnendum.

Unde omnis terra vociferatur: „Vere hoc est genus

Ζηνός ἐςιν ἀληθῶς!
Τίς γὰρ ἂν κατέπαυσεν Ἥ-
ρας νόσους ἐπιβούλου;
Διὸς τόδ' ἔργον· καὶ τόδ' ἂν γένος λέγων
Ἐξ ἐπαφῶν κυρήσαις."

ςροφὴ έ. Τίν' ἂν θεῶν ἐνδικωτέροισι
Κεκλοίμαν εὐλόγως ἐπ' ἔργοις;
Πατὴρ φυτουργὸς, αὐτόχειρ ἄναξ, γένους
Παλαιόφρων μέγας
Τέκτων, τὸ πᾶν μέγ' οὔριος, Ζεύς.

ἀντιςροφὴ έ. Ὑπ' ἀρχᾶς δ' οὔ τινος θεάζων
Τὸ μεῖον κρεισσόνων κρατύνει·
Οὔ τινος ἄνωθεν ἥμενον σέβει κότον·
Πάρα δ' ἔργον ὡς ἔπος,
Σπεῦσαί τι τῶν δολοφρονεῖ φρήν.

Iovis vitam donantis! quis alius enim insidiantis Iunonis morbos sanasset? Iovis hoc opus; et hoc genus a contrectationibus illis (ἐπαφαῖς) appellans, haud aberraveris."

Quem igitur deorum rationi convenienter in iustiore causa invocem? Pater genitor, dominus propria manu eam sibi asserens, antiquus magnus generis conditor, omnibus in rebus magnus auxiliator, Iupiter.

Non autem sub ullius imperio deus, minus pollet potentioribus; sublime sedens, haud ullius iram reveretur; simulque cum dicto praesto est effectus, maturaturus quaecunque mens astute intenderit.

ΔΑΝΑΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΔΑΝΑΟΣ.

Θαρσεῖτε, παῖδες! εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων
Δήπου δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα!

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ χαῖρε, πρέσβυ, φίλτατ' ἀγγέλλων ἐμοί!
Ἔνισπε δ' ἡμῖν, ποῖ κεκύρωται τέλος,
Δειμοκρατοῦσα χάρις ὅπως πληθήσεται.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἔδοξεν Ἀργείοισιν, οὐ διχοῤῥόπως,
Ἀλλ' ὥς ἀνηβῆσαί με γηραιᾷ φρενί·
Πανδημίᾳ γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις
Ἔφριξεν αἰθὴρ τόνδε κραινόντων λόγον·
Ἡμᾶς μετοικεῖν τῆσδε γῆς ἐλευθέρους

SCENA V.

DANAUS, CHORUS.

Danaus. Confidite puellae! Apud cives res nostrae bene gestae! bene sane perlata omnino et rata sunt plebiscita.

Chorus. O salve senex, iucundissima mihi nuntians! Dic autem nobis, quam in partem latum sit decretum, ut timorem vincens gratia plena sit.

Danaus. Decreverunt Argivi, haud divisis sententiis, sed ita, ut ego iuvenescerem senili corde: totius enim populi dextris sublatis inhorruit aër hoc decernentis, nos posse liberos in hac terra habitare, a nemine in servitutem asserendos,

Κἀῤῥυσιάστους, ξύν τ' ἀσυλίᾳ βροτῶν·
Καὶ μήτ' ἐνοίκων μήτ' ἐπηλύδων τινὰ
Ἄγειν· ἐὰν δὲ προστιθῇ τὸ καρτερὸν,
Τὸν μὴ βοηθήσαντα τῶνδε γαμόρων
Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ.
Τοιάνδ' ἔπειθε ῥῆσιν ἀμφ' ἡμῶν λέγων
Ἄναξ Πελασγῶν, ἱκεσίου Διὸς κότον
Μέγα προφωνῶν, μή ποτ' εἰσόπιν χρόνου
Πόλει παχῦναι, ξενικὸν ἀστυκόν θ' ἅμα
Φλέγον διπλοῦν μίασμα, πρὸς πόλεως φανὲν,
Ἀμήχανον βόσκημα πημονῆς πέλειν.
Τοιαῦτ' ἀκούων χερσὶν Ἀργεῖος λεὼς
Ἔκριν' ἄνευ κλητῆρος ὡς εἶναι τάδε.
Δημηγόρου δ' ἔκυρσεν εὐπειθοῦς στροφῆς
Δέμας Πελασγοῦ, Ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγε δὴ, λέξωμεν ἐπ' Ἀργείοις

et ab hominum iniuria tutos: neque cuiquam sive civi sive peregrino nos abducere licere; et si qua forte vis adhibeatur, quicunque civium nobis succurrere neglexerit, eum infamia et publico exsilio puniendum esse. Talem pro nobis orationem habuit Rex Pelasgus populoque persuasit, multum vociferans, ne forte Iovis supplicum praesidis ira inposterum urbi augeatur, et, duplex illud, simul exardescens, piaculum ab urbe exortum, tum hospitale tum civile, infinitum calamitatis nutrimentum fore. His igitur auditis populus, praeconis voce haud exspectata, manibus sublatis haec rata habuit. Et orationem quidem hanc pro populo, persuasionis plenam, forte invenit Pelasgus, Iupiter autem perfecit.

Chorus. Age igitur bonis votis Argivos prosequamur,

Εὐχὰς ἀγαθὰς, ἀγαθῶν ποινάς!
Ζεὺς δ' ἐφορεύοι Ξένιος ξενίου
Στόματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ
Τέρμον' ἀμέμπτως πρὸς ἅπαντα.

ϛροφὴ ά. Νῦν ἀτεχνεῖ, θεοὶ Διογενεῖς, κλύοι-
τ' εὐκταῖα γένει χέουσας,
Μή ποτε πυρίφατον Πελασγῶν πόλιν
Τὸν ἄχορον βοὰν κτῖσαι, μάχλον Ἄρη,
Ἐν ἀρότοις θερίζοντα βροτοὺς ἀναύλοις,
Οὕνεκ' ᾤκτισαν ἡμᾶς,
Ψῆφον δ' εὔφρον' ἔθεντο,
Αἰδοῦνται δ' ἱκέτας Διὸς,
Ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον,

ἀντιϛρ. ά. Οὐδὲ μετ' ἀρσένων ψῆφον ἔθεντ', ἀτι-
μώσαντες ἔριν γυναικῶν,
Δῖον ἐπιδόμενοι πράκτορ' ἅτε σκοπὸν
Δυςπόλεμον, δόμος οὔτις ὃν ἀντέχοι
Ἐπ' ὀρόφων μενεαίνοντα· βαρὺς δ' ἐφίζει.

beneficiorum praemiis! Iupiter hospitalis vero hospitum oris honores respiciat, ut ad finem usque omnino sine vituperio rati sint.

Nunc sincerae, o dii a Iove orti, audite nos genti precantes, ne umquam urbem hanc Pelasgorum, inconditum clamorem edens, incendat ferox Mars, mortales segete tibiis haud canenda demetens, quoniam miserti sunt nostrum, benevoleque decreverunt, supplicesque Iovis clientes reverentur, gregem hunc haud invidendum,

Neque secundum viros suffragia dederunt, mulierum causa deserta, respicientes divinum vindicem inspectorem invincibilem, cui nulla domus resistat, in tecto irascentem; gravis enim insidet. Reverentur

Ἄζονται γὰρ ὁμαίμους
Ζηνὸς ἵκτορας ἁγνοῦ·
Τοιγάρτοι καθαροῖσι πρὸς
Βωμοῖς θεοὺς ἀρέσονται.

στροφὴ β΄. Τοιγὰρ ὑποσκίων ἐκ στομάτων ποτάσθω
Φιλότιμος εὐχά,
Μή ποτε λοιμὸς ἀνδρῶν
Τῶνδε πόλιν κενῶσαι,
Μηδ' ἐπιχωρίοισι
Πτώμασ' αἱματίσαι πέδον·
Ἥβας δ' ἄνθος ἄδρεπτον
Ἔστω, μηδ' Ἀφροδίτας
Εὐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἄ-
ρης κέρσειεν ἄωρον!

ἀντιστρ. β΄. Καὶ γεράτεσσι πρεσβυτοδόκοις γερόντων
Θυμέλαι φλεγόντων,
Τῶ πόλις εὖ νέμοιτο
Τὸν Ξένιον σεβόντων
Μέγαν ὑπέρτατον, ὃς πόλεις
Εὖ νόμοισιν ἀνορθοῖ!

enim cognatos Iovis sancti supplices; quapropter etiam puras ad aras deos sibi propitios reddent.

Itaque ex ore obumbrato evolet votum praemia exposcens, ne unquam pestis viris hisce urbem exinaniat, neve civium cadaveribus solum cruentetur; sed iuventutis flos illibatus esto, neque unquam Veneris amator exitialis Mars immaturum decerpat!

Clyt. Tu quoque intro i (Casandram dico), quoniam Iupiter haud iratus te voluit ablutionum manualium participem esse in aedibus, multis cum servis stantem iuxta aram Iovis Fortunatoris! Descende ex curru isto, et aufer fastidia! nam Alcmenes quoque filium aiunt venditionem quondam tolerasse, ac vi coactum iuga tetigisse. Si igitur huius fortunae necessitas inciderit, valde optabiles sunt domini dudum opulenti; qui vero praeter spem bene messuerunt, hi immites in omnibus erga servos duri nec recte esse solent. Habebis apud nos, quaecunque conveniunt.

ΧΟΡΟΣ.

Σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῆ λόγον.
Ἐντὸς δ' ἁλοῦσα μορσίμων ἀγρευμάτων,
Πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἀλλ' εἴπερ ἐςὶ μὴ, χελιδόνος δίκην,
Ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη,
Εἰ σωφρόνως λέγουσα, πείθω νιν λόγῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἕπου! τὰ λῷςα τῶν παρεςώτων λέγει.
Πείθου, λιποῦσα τόνδ' ἁμαξήρη θρόνον!

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὔτοι θυραίαν τῇδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα
Τρίβειν τὸ μῆχαρ — ἑςίας μεσομφάλου
(Ἕςηκε δ' ἤδη μῆλα προσσφαγέων πάρος),
Ὡς οὔποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἕξειν χάριν.
Σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει·
Εἰ δ' ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχει λόγον,

Chorus. Perspicue tibi illa dixit. Cum autem iam fatalibus cassibus irretita sis, obsequere, sis; nisi forte detrectas obsequium.

Clyt. At nisi hirundinis instar ignotam barbaram vocem possideat, siquidem prudentia dico, persuadeo illi verbis.

Chorus. Sequere! optima in praesentiarum dicit. Obtempera, curulem hunc thronum relinquens!

Clyt. Haud mihi otium est, sic ante fores consilium — de medio domus foco perdere (iam autem oves stant prope mactatores), utpote quae nondum sperarem hoc gaudio potiri. Tu vero, si quid horum factura es, morari noli; sin autem ob lin-

Σὺ δ᾽ ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί!

ΧΟΡΟΣ.

Ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ
Δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἦ μαίνεταί γε καὶ κακὸν κλαίει Φρυγῶν,
Ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον
Ἥκει· χαλινὸν δ᾽ οὐκ ἐπίσταται φέρειν,
Πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.
Οὐ μὴν πλέω ῥίψασ᾽ ἀτιμωθήσομαι.

guae ignorantiam sermonem haud intelligis, certe vocis loco barbára manu significa.

Chorus. Hospes illa videtur claro interprete indigere; mores autem sunt, ut ferae recens captae.

Clyt. Sane quidem furit ac Phrygum deflet infortunium, quae relicta urbe nuper capta ad nos venit; frenaque ferre nescit, priusquam vim sanguineam despumaverit. Non autem plura effutiendo dehonestabor.

ΧΟΡΟΣ, ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐγὼ δ' (ἐποικτείρω γὰρ) οὐ θυμώσομαι.
Ἴθ', ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐρημώσασ' ὄχον,
Εἴκουσ' ἀνάγκῃ τῇδε, καίνισον ζυγόν!

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

στροφὴ ά. Ὀτοτοτοτοῖ, ποποῖ δᾶ!
Ἄπολλον, Ἄπολλον!

ΧΟΡΟΣ.

Τί ταῦτ' ἀνωτότυξας ἀμφὶ Λοξίου;
Οὐ γὰρ τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιστρ. ά. Ὀτοτοτοτοῖ, ποποῖ δᾶ!
Ἄπολλον, Ἄπολλον!

ΧΟΡΟΣ.

Ἡ δ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ

SCENA XIV.

CHORUS, CASANDRA.

Chorus. Ego vero (misericordia enim moveor) tibi haud irascar. Age, o misera, relinque currum istum, et necessitati cedens, hoc iugum initia.

Casandra. Ototototoi! Heu! heu! Apollo, Apollo!

Chorus. Quid ita eiulando inclamas Loxiam? Non enim talis est, qui lamentatricem nanciscatur.

Casandra. Ototototoi! Heu! heu! Apollo, Apollo!

Chorus. Iterum haec male ominatis verbis Deum

Οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

στροφὴ β'. Ἄπολλον, Ἄπολλον,
Ἀγυιεύς τε πολυώνυμος!
Ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.

ΧΟΡΟΣ.

Χρήσειν ἔοικεν ἀμφὶ τῶν αὑτῆς κακῶν.
Μένει τὸ θεῖον δουλίᾳ περ ἐν φρενί.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιστρ. β'. Ἄπολλον, Ἄπολλον,
Ἀγυιεύς τε πολυώνυμος,
Ἆ! ποῖ ποτ' ἤγαγές με; πρὸς ποίαν στέγην;

ΧΟΡΟΣ.

Πρὸς τὴν Ἀτρειδῶν· εἰ σὺ μὴ τόδ' ἐννοεῖς,
Ἐγὼ λέγω σοι· καὶ τάδ' οὐκ ἐρεῖς ψύθη.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

στροφὴ γ'. Μισόθεον μὲν οὖν, πολλὰ συνίστορα
Αὐτόφονα κακά τε κἀρτάνας,
Ἀνδροσφαγεῖον κἄμπεδον ῥαντήριον.

vocat, quem non decet querelis interesse.

Casandra. Apollo, Apollo, et Agyieu, multa nomina habens! Perdidisti enim haud dubie me iterum.

Chorus. Videtur de malis suis vaticinatura. Divina vis quamvis in servili pectore manet.

Casandra. Apollo, Apollo, et Agyieu, multa nomina habens! Ah! quorsum me abduxisti? ad quamnam domum?

Chorus. Ad Atridarum; si hoc nescis, ego narro tibi; neque haec falsa esse dices.

Casandra. Ad domum igitur diis inimicam, multarum caedium et laqueorum consciam, virorumque caedibus semper stillantem.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔοικεν εὖριν ἡ ξένη, κυνὸς δίκην,
Εἶναι, ματεύει δ' ὧν ἀνευρήσει φόνον.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιστρ. γ'. Μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι·
Κλαιομένα τάδε βρέφη σφαγὰς,
Ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας!

ΧΟΡΟΣ.

Ἤισμεν κλέος σοῦ μαντικὸν πεπυσμένοι,
Ἤισμεν, προφήτας δ' οὔτινας μαστεύομεν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

στροφὴ δ'. Ἰὼ ποποῖ, τί ποτε μήδεται;
Τί τόδε νέον ἄχος μέγα,
Μέγ', ἐν δόμοισι τοῖσδε μήδεται, κακὸν
Ἄφερτον φίλοισι, δυσίατον; ἀλ-
κὰ δ' ἑκὰς ἀποστατεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτων ἄϊδρίς εἰμι τῶν μαντευμάτων·
Ἐκεῖνα δ' ἔγνων· πᾶσα γὰρ πόλις βοᾷ.

Chorus. Videtur sagax esse hospes, canis instar, et investigat quorum caedes inventura est.

Casandra. Haec enim mihi illud documenta persuadent: pueri illi mactationem suam flent et assas carnes a patre comestas.

Chorus. Enimvero novimus famam divinationis tuae, novimus; at prophetas nullos quaerimus.

Casandra. Heu heu! Quid tandem molitur? quod novum piaculum magnum, magnum, in hisce aedibus molitur, malum intolerabile amicis, insanabile? Auxilium vero longe abest.

Chorus. Haec vaticinia haud capio; illa vero intellexi; tota enim civitas clamat.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιστρ. δ'. Ἰὼ τάλαινα, τόδε γὰρ τελεῖς,
Τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν
Λουτροῖσι φαιδρύνασα; πῶς φράσω τέλος;
Τάχος γὰρ τόδ' ἔσται, προτενεῖ δὲ χεῖ-
ρ' ἐκ χερὸς ὀρεγομένα.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔπω ξυνῆκα νοῦν παρεξαινιγμάτων,
Ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

στροφὴ ἑ. Ἒ, ἔ, παπαῖ, παπαῖ! τί τόδε φαίνεται;
Ἦ δίκτυόν τί γ' Ἅιδου;
Ἀλλ' ἄρκυς ἡ ξύνευνος, ἡ ξυναιτία
Φόνου. Στάσις δ' ἀκόρετος γένει.
Κατολολύξατ', ὦ, θύματος λευσίμου!

ΧΟΡΟΣ.

Ποίαν Ἐριννὺν τήνδε δώμασιν κέλει
Μ' ἐπορθιάζειν; οὔ με φαιδρύνει λόγος,

Casandra. Heu mulier infelix! Hoccine igitur patras, maritum tori socium lavacris recreatura? Quomodo exitum eloquar? Mox enim hoc fiet, intendetque manus alternas.

Chorus. Nondum intellexi mentem malorum aenigmatum, de obscuris oraculis laborans.

Casandra. Heu heu, eheu! Quid illud est, quod video? Num everriculum quoddam Orci? Imo vero rete est somni socium, caedis ministrum. Insatiabilis vero huic genti discordia est. Ululate, o, propter sacrificium lapidatione dignum!

Chorus. Quasnam ob diras hasce domui me iubes occinere? Haud delectat me sermo, sed praecordia

Ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς
Σταγὼν, ἅτε καὶ δορὶ πτωσίμοις
Ξυνανθεῖ βίου δύντος αὐγαῖς.
Ταχεῖα δ' ἄτα πέλει.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιςρ. έ. Ἆ, ἆ, ἰδοὺ, ἰδού! ἄπεχε τῆς βοὸς
Τὸν ταῦρον! ἐν πέπλοισι
Μελάγκερων λαβοῦσ' ἀμήχαν', οὐ μάτην
Τύπτει, πιτνεῖ δ' ἐν ἐνύδρῳ τεύχει.
Δολοφόνου λέβητος τύχαν σοὶ λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ κομπάσαιμ' ἂν θεσφάτων γνώμων ἄκρος
Εἶναι, κακῷ δέ τῳ προςεικάζω τάδε.
Ἀπὸ δὲ θεςφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις
Βροτοῖς ςέλλεται; κακῶν γὰρ διὰ
Πολυετεῖς τέχναι θεσπιῳδῶν
Φόβον φέρουσιν μάταν.

nostra invadit gutta croco tincta, qualis etiam simul cum lancea decussis occidentis vitae radiis assurgit. Velox autem est pernicies.

Casandra. Heu, heu, ecce, ecce! Amove taurum a vacca! in velamine enim nigra cornua gerentem inexpugnabiliter capiens, haud frustra caedit, sed cadit ille in aquali vase. Insidiosam caedem afferentis fortunam lebetis tibi narro.

Chorus. Haud equidem glorior optimus oraculorum interpres esse; veruntamen malo hoc simile mihi videtur. Quis autem bonus ex oraculis mortalibus nuntius advenit? per malos enim annosae vatum artes timorem vanum afferunt.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

στρ. ϛ′. Ἰὼ ἰὼ ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι!
Τὸ γὰρ ἐμὸν θροῶ πάθος ἐπ᾽ ἀγχιστεῖ.
Ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες,
Οὐδέν ποτ᾽ εἰ μὴ ξυνθανουμένην; Τί γάρ;

ΧΟΡΟΣ.

Φρενομανής τις εἶ θεοφόρητος, ἀμ-
φὶ δ᾽ αὑτᾶς θροεῖς
Νόμον ἄνομόν γ᾽, οἷά τις ξουθὰ
Ἀκόρετος βοᾶς, φεῦ, ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ᾽ ἀμφιθαλῆς κακοῖς
Ἀηδὼν βίον.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιστρ. ϛ′. Ἰὼ ἰὼ λιγείας μόρον ἀηδόνος!
Παρέβαλον γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας
Θεοὶ, γλυκύν τ᾽ αἰῶνα κλαυμάτων ἄτερ·
Ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.

CASANDRA. Hei miserae infelices casus! Meam enim queror calamitatem post cognatam. Quo vero me infelicem huc abduxisti, non alio consilio quam ut tecum commorerer? Quid-ni enim?

CHORUS. Furore percita es, divino instinctu afflata, et de te ipsa infaustam cantilenam canis, qualia flava, clamorum insatiabilis, luscinia, vae! quae per totam vitam malis circumdata Ityn Ityn misero animo luget.

CASANDRA. Hei hei vocalis philomelae sortem! nam ei quidem dii corpus plumiferum tribuerunt, dulcemque vitam sine luctu; me autem manet, ut ancipite ferro trucider.

ΧΟΡΟΣ.

Πόθεν ἐπισσύτους θεοφόρους τ' ἔχεις
Ματαίους δύας,
Τὰ δ' ἐπιφόβῳ δυςφάτῳ κλαγγᾷ
Μελοτυπεῖς, ὁμοῦ τ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;
Πόθεν ὅρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ
Κακοῤῥήμονας;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ςϱ. ζ'. Ἰὼ γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων!
Ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν!
Τότε μὲν ἀμφὶ σὰς ἀϊόνας τάλαι-
ν' ἠνυτόμαν τροφαῖς·
Νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε κἀχερουσίους
Ὄχθους ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα.

ΧΟΡΟΣ.

Τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω,
Νεογνὸς ἂν ἀνθρώπων μάθοι.
Πέπληγμαι δ' ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ

Chorus. Unde tibi veniunt vani angores, in te irruentes, divinitus afflati, et cur haec terribili infausta voce, simul cum acutissima modulatione, canis? Quis tibi divini carminis modos malorum ominum plenos praecepit?

Casandra. Hei, Paridis nuptiae amicis exitiabiles! Hei patrium Scamandri flumen! Olim quidem circa tuas ripas adultam attigi misera aetatem: nunc vero mox circa Cocytum et Acherontis litora videbor vaticinatura.

Chorus. Quid sibi velit tam clarum, quod protulisti, verbum, vel puer intellexerit. Et cruento morsu vulneratus sum flebiliter

Δυςαλγῆ τύχαν μινυρὰ θρεομένας,
Θραύματ' ἐμοὶ κλύειν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ἀντιςρ. ζ. Ἰὼ πόνοι πόλεος ὀλουμένας τοπᾶν!
Ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρὸς
Πολυκανεῖς βοτῶν ποιονόμων! ἄκος
Δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν,
Τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥςπερ οὖν ἔχει παθεῖν·
Ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέσω βόλῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἑπόμενα προτέροισι τάδ' ἐφημίσω·
Καὶ τίς σε καὶ κακοφρονῶν
Τιθεῖ ὑπερβαρὺς δαίμων ἐμπιτνῶν
Μελίζειν γοερὰ θανατοφόρα πάθη;
Τέρμα δ' ἀμηχανῶ.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων
Ἔςαι δεδορκὼς, νεογάμου νύμφης δίκην·

miserandam sortem lamentantis, vulnera mihi auditu.

Casandra. Heu labores urbis funditus perditae! Heu patris sacrificia pro urbe, quae multas pecudes pascuarias iugularunt! nullum vero remedium attulerunt, quo minus urbs, ita ut nunc est, affecta esset; ego vero calidae mentis cito cassibus incidam.

Chorus. Consentanea superioribus haec addidisti. Quis vero malevolus deus, nimisque molestus in te irruens te luctuosas mortiferasque calamitates canere cogit? De exitu autem incertus sum.

Casandra. Iam vero oraculum non amplius, sponsae recens nuptae instar, e velamine prospiciet; sed

Λαμπρὸς δ' ἔοικεν ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
Πνέων ἐσάξειν, ὥστε, κύματος δίκην,
Κλύζειν πρὸς αὐγὰς τοῦδε πήματος, πολὺ
Μεῖζον· φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων.
Καὶ μαρτυρεῖτε ξυνδρόμως ἴχνος κακῶν
Ῥινηλατούσῃ τῶν πάλαι πεπραγμένων.
Τὴν γὰρ στέγην τήνδ' οὔποτ' ἐκλείπει χορὸς
Ξύμφθογγος, οὐκ εὔφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.
Καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον,
Βρότειον αἷμα Κῶμος ἐν δόμοις μένει
Δύσπεμπτος, ἔξω ξυγγόνων Ἐριννύων.
Ὕμνοισι δ' ὑμνοῦν δώμασι προσήμεναι
Πρώταρχον ἄτην· ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν,
Εὐνὰς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς.
Ἥμαρτον, ἢ θηρῶ τι τοξότης τις ὥς;
Ἢ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων;
Ἐκμαρτύρησον προὐμόσας τό μ' εἰδέναι

manifesto exadversum soli exorienti spirans proruptu-rus videtur, ut, fluctus ritu, adversus radios huius mali insonet, multo maior; neque amplius vos per aenigmata docebo. Vosque mihi testes sitis, vestigia priorum malorum sagaciter persequenti. Etenim aedes hasce nunquam relinquit Chorus concinens, haud suave sonans; non enim fausta vociferatur. Et Comus quidem, hausto humano, ut audacior esset, sanguine, in aedibus manet praeter Furias cognatas, aegre expellendus. Canunt autem aedibus assidentes principem noxam; vicissim vero exspuerunt, fratris (*Atrei*) torum conjugalem conculcanti iratae. Num aberravi, an tanquam sagittarius capio? Num falsa vates sum, nugatrix, ianuas pulsans? Iure iurando mihi ante testare, me antiqua harum aedium

Λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πῶς ἂν ὅρκου πῆγμα γενναίως παγὲν
Παιώνιον γένοιτο; θαυμάζω δέ σου,
Πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλοθρούπολιν
Κυρεῖν λέγουσαν, ὥςπερ εἰ παρεςάτεις.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Μάντις μ' Ἀπόλλων τῷδ' ἐπέςησεν τέλει·
Πρὸ τοῦ μὲν, αἰδὼς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Μῶν καὶ θεός περ ἱμέρῳ πεπληγμένος;
Ἁβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέον.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἀλλ' ἦν παλαιςὴς, κάρτ' ἐμοῦ πνέων χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἤλθετον νόμῳ;

piacula rationis ope intelligere.

Chorus. Sed quidnam hic iuramenti vinculum gnaviter constrictum profuerit? Miror vero, te ultra mare educatam, in urbe peregrina lingua utente, haec ita enarrare, quasi iis interfuisses.

Casandra. Vates Apollo me huic muneri praefecit; pro quo vero, pudor mihi foret ista dicere.

Chorus. An etiam, quamvis deus, tamen amore ictus? Nimirum enim unusquisque fortunatus superbit.

Casandra. Quin luctator erat, mei gratia valde anhelans.

Chorus. Num etiam rite liberis operam dedistis?

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην.

ΧΟΡΟΣ.

Ἤδη τέχναισιν ἐνθέοις ᾑρημένη;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἤδη πολίταις πάντ᾽ ἐθέσπιζον πάθη.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δῆτ᾽; ἄνατος ἦσθα Λοξίου κότῳ;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἔπειθον οὐδέν᾽ οὐδὲν, ὡς τάδ᾽ ἤμπλακον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν γε μὲν δὴ πιςὰ θεσπίζειν δοκεῖς.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἰοὺ, ἰοὺ κακά!
Ὑπ᾽ αὖ με δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος
Στροβεῖ ταράσσων φροιμίοις ἐφ᾽ ἡμέροις.
Ὁρᾶτε τούςδε τοὺς δόμοις ἐφημένους
Νέους, ὀνείρων προςφερεῖς μορφώμασι!

Casandra. Promiseram quidem Apollini, sed promissis haud steti.

Chorus. Num iam abrepta per divinas artes?

Casandra. Iam tum civibus omnia mala vaticinabar.

Chorus. Quid igitur? num illaesa mansisti ab Apollinis ira?

Casandra. Imo nemini quicquam persuadebam, propter istud peccatum.

Chorus. Nobis vero credibilia praedicere videris.

Casandra. Heu, heu, malorum! Iterum me dirus vaticinandi impetus agitat, perturbans me post prooemia placida. Videte hosce pueros aedibus assidentes, somniorum spectris similes!

Παῖδες θανόντες ἄσποροι πρὸς τῶν φίλων,
Χεῖρας κρεῶν πλήθοντες οἰκείας βορᾶς,
Ξὺν ἐντέροις τε σπλάγχν', ἐποίκτιϛον γέμος,
Πρέπουσ' ἔχοντες, ὧν πατὴρ ἐγεύσατο.
Ἐκ τῶνδε ποινάς φημι βουλεύειν τινὰ
Λέοντ' ἄναλκιν ἐν λέχει ϛροφώμενον
Οἰκουρὸν, οἴμοι, τῷ μολόντι δεσπότῃ
Ἐμῷ (φέρειν γὰρ χρὴ τὸ δούλιον ζυγόν)·
Νεῶν δ' ἔπαρχος, Ἰλίου τ' ἀναϛάτης,
Οὐκ οἶδεν, οἵην γλῶσσα μισητῆς κυνὸς,
Λείξασα καὶ κτείνασα φαιδρόνους, δίκην
Ἄτης λαθραίου τεύξεται κακῇ τύχῃ.
Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς· ἄρσενος φονεὺς
Ἐϛίν. Τί νιν καλοῦσα δυϛφιλὲς δάκος
Τύχοιμ' ἄν; ἀμφίσβαιναν, ἢ Σκύλλαν τινὰ,
Οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
Θύουσαν Ἅιδου μητέρ', ἄσπονδόν γ' ἀρὰν

Pueri occisi sine sobole ab amicis, manus implentes proprio carnium cibo, cumque intestinis viscera, miserabile ferculum, ostentantes apparent, quod pater degustavit. Exinde igitur ultionem aio meditari leonem imbellem in lecto volutatum, domi desidem, eheu, venienti domino meo (me enim iugum servile ferre oportet); navium vero dux, Troiae expugnator, ignorat, qualem odiosae canis lingua, lambens et occidens hilariter, occulti piaculi vindictam paratura sit cum infortunio. Talia mulier molitur: viri interfectrix est. Quo igitur eam nomine invisi monstri recte appellem? Amphisbaenamne an Scyllam aliquam, in scopulis habitantem, nautarum cladem, furentem infernalem matrem, implacabiles quippe diras

Φίλοις πνέουσαν; ὡς δ' ἐπωλολύξατο
Ἡ παντότολμος, ὥςπερ ἐν μάχης τροπῇ!
Δοκεῖ δὲ χαίρειν νοςίμῳ σωτηρίᾳ.
Καὶ τὸν δαμᾷ γ' οὖν, εἴ τι μὴ πείθω! . . . τί γάρ;
Τὸ μέλλον ἥξει, καὶ σύ μ' ἐν τάχει παρὼν
Ἄγαν ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Τὴν μὲν Θυέςου δαῖτα παιδείων κρεῶν
Ξυνῆκα καὶ πέφρικα, καὶ φόβος μ' ἔχει
Κλύοντ' ἀληθοῖς οὐδὲν ἐξῃκασμένα.
Τὰ δ' ἄλλ' ἀκούσας ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἀγαμέμνονός σέ φημ' ἐπόψεσθαι μόρον.

ΧΟΡΟΣ.

Εὔφημον, ὦ τάλαινα, κοίμησον ςόμα.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἀλλ' οὔτι Παιὼν τῷδ' ἐπιςατεῖ λόγῳ.

amicis spirantem? Quantum vero audacissima mulier exsultabat, tanquam hostibus in fugam conversis! Videtur autem gaudere felici reditu. Et illum domat igitur, si nihil persuadeam! Quid enim? Venient futura, tuque me cito praesens nimis veram fuisse vatem cum miseratione dices.

Chorus. Thyestae quidem epulas ex filiorum carnibus intellexi, et cohorrui, et metus me occupat, veris non similia audientem. Sed reliquis auditis e cursu devius erro.

Casandra. Aio te Agamemnonis caedem visurum.

Chorus. Bene ominata verba fundentem linguam, o misera, sopi.

Casandra. At auxiliator nemo his rebus adest.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ, εἴπερ ἔςαι γ'· ἀλλὰ μὴ γένοιτό πως!

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Σὺ μὲν κατεύχει, τοῖς δ' ἀποκτείνειν μέλει.

ΧΟΡΟΣ.

Τίνος πρὸς ἀνδρὸς τοῦτ' ἄγος πορσύνεται;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἦ κάρτα γὰρ παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Τοῦ γὰρ τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Καὶ μὴν ἄγαν Ἕλλην' ἐπίςαμαι φάτιν.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ γὰρ τὰ πυθόκραντα δυσμαθῆ γ' ὅμως.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Παπαὶ, οἷον τὸ πῦρ δέμας ἐπέρχεται!
Ὀτοτοῖ, Λυκεῖ' Ἄπολλον! οἲ ἐγὼ, ἐγώ!

Chorus. Non quidem, si futurae sunt; verum ne eveniant precamur.

Casandra. Tu quidem deprecaris, sed illis curae est caedes.

Chorus. A quonam autem viro hoc piaculum perpetratur?

Casandra. Sane multum aberrasti ab oraculorum meorum scopo.

Chorus. Non enim intellexi eius, qui perfecturus est, machinam.

Casandra. Attamen ego satis calleo linguam Graecam.

Chorus. Etenim oracula nihilo secius difficilia sunt intellectu.

Casandra. Heu qualis aestus me corripit! Eheu Lycee Apollo, hei mihi, hei

Αὕτη δίπους λέαινα, συγκοιμωμένη
Λύκῳ λέοντος εὐγενοῦς ἀπουσίᾳ,
Κτενεῖ με τὴν τάλαιναν· ὡς δὲ φάρμακον
Τεύχουσα κἀμ' ἄμισθον ἐνθύσει κότου,
Ἐπεύχεται δ' ἤξασα φωτὶ φάσγανον,
Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φθόνον.
Τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε,
Καὶ σκῆπτρα, καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη;
Σφὲ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ.
Ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'! ἄγαν δ' ἀμείψομαι.
Ἄλλην τιν' ἄταις ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε!
Ἰδοὺ δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ
Χρηστηρίαν ἐσθῆτ'! ἐπώπτευσας δέ με
Κἀν τοῖσδε κόσμοις καταγελωμένην μετὰ
Φίλων, ὑπ' ἐχθρῶν, οὐ διχοῤῥόπως μάτην.
Καλωμένη δὲ, φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια,
Πτωχὸς, τάλαινα, λιμόθνης ἠνεσχόμην.

mihi! Bipes illa leaena cum lupo cubans, dum abfuit generosus leo, me infelicem occidet, et quasi medicamentum irae gratuitum me quoque insuper sacrificabit; dumque in maritum ferrum vibrat, gloriatur, invidiam advectionis meae se ulcisci. Quid igitur illa mei ludibria servo, et sceptra et fatidicas circa collum corollas? Ista quidem ante fatum meum disperdam. Ite in malam rem cadentia! probe autem gratiam referam. Aliam quandam pro me damnis ditate. Ecce autem, Apollo ipse me veste sacra exuit! Vidisti autem me in hisce etiam vestibus inter amicos, ab hostibus obsessos, haud dubie frustra irrideri! Atque oberrans ego, sicut vagabunda circulatrix, pauper, misera, mortis e fame periculum sustinebam. Et

Καὶ νῦν ὁ μάντις μάντιν ἐκπράξας ἐμὲ
Ἀπήγαγες τοιάσδε θανασίμους τύχας·
Βωμοῦ πατρῴου δ' ἄντ' ἐπίξηνον μένει,
Θερμῷ κοπείσης φοίνιον προσφάγματι.
Οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν·
Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
Μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός·
Φυγὰς δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος,
Κάτεισιν, ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις,
Ἄξεινον ὑπτίασμα κειμένου πατρός. —
Τί δῆτά γ' οὐ κατ' εἰκὸς ὧδ' ἀναστένω,
Ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
Πράξασαν, ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν
Οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐν θεῶν κρίσει;
Ἰεῖσ' ἄπρακτ' οὖν τλήσομαι τὸ κατθανεῖν
(Ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας),
Ἅιδου πύλας δὲ τάσδ' ἐγὼ προσεννέπω,

nunc quidem vates vatem me ulciscens in hanc mortiferam calamitatem deduxisti; et paternae arae loco manet truncus culinarius, calida caesae mactatione cruentatus. Non tamen inultae a diis moriemur: alius enim vicissim nostri ultor veniet, soboles matricida, patris vindex; vagabundus autem exsul, neque terrae huius hospes, redit, hisce amicorum calamitatibus culmen impositurus, hospitio non exceptus, neglectus iacentis patris filius. Quidni igitur merito sic suspirem, quandoquidem primum vidi Troiae urbem pati, quae passa est, qui vero urbem expugnarunt, ita male in deorum iudicio accepti discedunt? Inutilia igitur fundens mortem subibo (nam magno id iuramento adiurarunt dii), et Orci portas

Ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν,
Ὡς ἀσφάδαστος, αἱμάτων εὐθνησίμων
Ἀποῤῥυέντων, ὄμμα συμβάλω τόδε.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ
Γύναι, μακρὰν ἔτεινας· εἰ δ' ἐτητύμως
Μόρον τὸν αὑτῆς οἶσθα, πῶς, θεηλάτου
Βοὸς δίκην, πρὸς βωμὸν εὐτόλμως πατεῖς;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Οὐκ ἔστ' ἄλυξις, ὦ ξέν', ἄκρων, οὗ πέλω.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁ δ' ὕστατός γε τοῦ χρόνου πρεσβεύεται.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἥκει τόδ' ἦμαρ· σμικρὰ κερδανῶ φυγῇ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἴσθι τλήμων οὖσ' ἀπ' εὐτόλμου φρενός.

has ego saluto, optoque statim letale vulnus, ut sine convulsionibus, sanguine letifero profluente, hosce oculos claudam.

Chorus. O multum infelix, multumque sapiens mulier, longam extendisti orationem; si vero certo fatum tuum praevides, quomodo, tanquam acta divino instinctu vacca, audacter ad altare procedis?

Casandra. Non est effugere, hospes, extrema, ubi sum.

Chorus. Attamen qui postremus est certe a tempore lucratur.

Casandra. Adest hic dies; perpauxillum mihi fuga profuerit.

Chorus. At scito, te generosa mente miseram fieri.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἀλλ᾽ εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἰὼ, πάτερ, σοῦ, τῶν τε γενναίων τέκνων!

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ᾽ ἐςὶ χρῆμα; τίς σ᾽ ἀποςρέφει φόβος;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Φῦ, φῦ!

ΧΟΡΟΣ.

Τί τοῦτ᾽ ἔφευξας, εἴ τι μὴ φρενῶν ςύγος;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοςαγῆ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πῶς τόδ᾽ ὄζει;

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Θυμάτων ἐφεςίων.

Casandra. Veruntamen gratum est mortali decore mori.

Chorus. Nemo ista beatorum hominum audit.

Casandra. Vae tibi, pater, propter te ac nobiles liberos!

Chorus. Quid vero hoc est? Quis te timor avertit?

Casandra. Phy! Phy!

Chorus. Quid est hoc, a quo refugis, nisi horrorem mentis quendam?

Casandra. Aedes sanguineam caedem afflant.

Chorus. At quomodo hoc oleat?

Casandra. Hostias ad fo-

Ὅμοιος ἀτμὸς, ὥςπερ ἐκ τάφου, πρέπει.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ Σύριον ἀγλάϊσμα δώμασιν λέγεις.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν
Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. Ἀρκείτω βίος.
Ἰὼ, ξένοι!
Οὔτοι δυςοίζω, θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ.
Ἀλλ' ὡς θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε,
Ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ,
Ἀνήρ τε δυςδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.
Ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ τλῆμον, οἰκτείρω σε θεςφάτου μόρου.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἄθρηνον θέλω,
Ἔμμοχθον αὐτοῖς. Ἡλίου δ' ἐπεύχομαι
Πρὸς ὕςατον φῶς τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις,

cum mactatas. Quasi ex sepulcro foetor exsistit.

Chorus. Haud Syrium unguentum aedium dicis.

Casandra. Sed ibo et in aedibus meum Agamemnonisque fatum deploratura. Satis vixi. Heu hospites! Haud timeo, tanquam avis virgam. Agite, mihi hoc ut iam moriturae testamini, quando mulier pro muliere me mortua fuerit, et vir pro infeliciter sponso viro ceciderit. Hoc igitur protestor moritura.

Chorus. O misera, miseret me sortis tuae divinitus praedictae.

Casandra. Semel adhuc orationem absque lacrimis habebo, istis aerumnosam. Solis igitur ultimam lucem adspiciens, ultores meos

Ἐχθροῖς φονεῦσί τ' αἰσίμως τίνειν ἐμοῦ,
Δούλης θανούσης εὐμαροῦς χειρώματος.
Ἰὼ βρότεια πράγματ'! εὐτυχοῦντα μὲν
Σκιά τις ἀντρέψειεν· εἰ δ' οὐ δυστυχῇ,
Βολῆς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν·
Καὶ ταῦτ' ἐκείνων μᾶλλον οἰκτείρω πολύ.

invoco, ut inimicis et percussoribus iuste rependant meis, ancillae facili negotio interemtae. Heu res mortalium! Si prosperae fuerint, vel umbra eas everterit; sin haud laborent, iacturae uda spongia scripturam delere solet. et hoc multo magis quam illud misereor.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸ μὲν εὖ πράσσειν ἀκόρεστον ἔφυ
Πᾶσι βροτοῖσιν· δακτυλόδεικτον
Δ' οὔτις ἀπειπὼν εἴργει μελάθρων·
Μηδένι δ' ἐσθλὸν τάδε φωνῶ.
Καὶ τῷδε πόλιν μὲν ἑλεῖν ἔδοσαν
 Μάκαρες Πριάμου,
Θεοτίμητος δ' οἴκαδ' ἱκάνει·
Νῦν δ' εἰ προτέρων αἷμ' ἀποτίσει,
Καὶ τοῖσι θανοῦσι θανὼν ποινὰν
Ἁγνῆ 'πικρανεῖ, τίς ἂν εὔξαιτο
 Βροτὸς ὢν ἀσινεῖ
Δαίμονι φῦναι, τάδ' ἀκούων;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ (ἔνδον).

Ὤιμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω!

SCENA XV.

CHORUS.

Feliciter vivendi nulla satietas est hominibus, nec digitis monstrari quisquam abnuens arcet ab aedibus; nemini vero haec conducere dico. Et huic quidem dii concesserunt, ut urbem Priami expugnaret; et a diis honoratus domum redit: nunc autem, si maiorum caedes luet et mortuis moriens poenam sanctam persolvet, quis tandem mortalis illaesa fortuna natum se esse speraverit, his auditis?

Agamemnon (intus). Hei mihi, letale vulnus accepi intus!

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

Σίγα! τίς πληγὴν ἀΰτεῖ καιρίως οὐτασμένος;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ (ἔνδον).

Ὤμοι, μάλ' αὖθις δευτέραν πεπληγμένος!

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

Τοὔργον εἰργᾶσθαι δοκεῖ μοι βασιλέως οἰμώγματι.
Ἀλλὰ κοινωσοίμεθ' ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

Ἐγὼ μὲν ὑμῖν τὴν ἐμὴν γνώμην λέγω,
Πρὸς δῶμα δεῦρ' ἀστοῖσι κηρύσσειν βοῇ.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

Ἐμοὶ δ' ὅπως τάχιστά γ' ἐμπεσεῖν δοκεῖ,
Καὶ πρᾶγμ' ἐλέγχειν ξὺν νεοῤῥύτῳ ξίφει.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

Κἀγὼ τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὢν
Ψηφίζομαί τι δρᾶν. Τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.

Semichor. I. Tacete! quis clamat se letali ictu vulneratum?

Agam. Hei mihi, iam secundo ictu percussus sum!

Semichor. II. Facinus perpetratum mihi videtur, quantum ex regis eiulatione colligo. Sed agite, tuta consilia inter nos communicemus.

Semichor. I. Equidem meam vobis sententiam dicam, cives huc ad regiam clamore convocandos esse.

Semichor. II. Mihi autem satius videtur, quam celerrime irrumpere et facinoris convincere, gladio recenti caede cruentato.

Semichor. I. Ego quoque huius sententiae particeps aliquid agendum esse censeo. Minime vero cunctandum est.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

Ὁρᾷν πάρεστι· φροιμιάζεται γὰρ ὡς
Τυραννίδος σημεῖα πράσσοντι πλέον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

Χρονίζομεν γάρ· οἱ δὲ μέλλουσιν κλέος
Ποδοῖν πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

Οὐκ οἶδα βουλῆς ἧστινος τύχω λέγων.
Τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι πέρα.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

Κἀγὼ τοιοῦτός εἰμ', ἐπεὶ δυσμηχανῶ
Λόγοισι τὸν θανόντ' ἀνιστάναι πάλιν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

Ἦ καὶ βίον τείνοντες ὧδ' ὑπείξομεν
Δόμων καταισχυντῆρσι τοῖσδ' ἡγουμένοις;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

Ἀλλ' οὐκ ἀνεκτὸν, ἀλλὰ κατθανεῖν κρατεῖ·
Πεπαιτέρα γὰρ μοῖρα τῆς τυραννίδος.

Semichor. II. Cavendum est: sic enim incipere solent tyrannidis signa apud novarum rerum cupidos.

Semichor. I. Nos enim moramur; illi autem, cunctantium gloriam proculcantes, haud dormiunt manu.

Semichor. II. Haud video, quodnam consilium sermocinando inventurus sim. Agentis potius est porro deliberare.

Semichor. I. Et ipse tibi assentior, quandoquidem sermonibus mortuum resuscitare haud valeo.

Semichor. II. Num autem vitam sic trahentes cedemus domum incestantibus hisce principibus?

Semichor. I. At non ferendum, sed mori praestat: nam mors tyrannide mitior.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β΄.

Ἦ γὰρ τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων
Μαντευσόμεσθα τἀνδρὸς ὡς ὀλωλότος;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α΄.

Σάφ' εἰδότας χρὴ τῶνδε μυθοῦσθαι πέρι·
Τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β΄.

Ταύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι,
Τρανῶς Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως.

Semichor. II. Num autem ex istis, quos audivimus, eiulatibus periisse virum coniiciemus?

Semichor. I. Ista de re loqui decet, cum eam liquido cognoverimus; aliud enim est coniicere, aliud certo scire.

Semichor. II. Hanc sententiam ut laudem omnia mihi animum exaugent, ut certo exploremus, quomodo se Agamemnon habeat.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ, ΧΟΡΟΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Πολλῶν πάροιθε καιρίως εἰρημένων
Τἀναντί' εἰπεῖν οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι·
Πᾶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις
Δοκοῦσιν εἶναι, πημονῆς ἀρκύστατον
Φράξει' ἂν ὕψος, κρεῖσσον ἐκπηδήματος.
Ἐμοὶ δ' ἀγὼν ὅδ' οὐκ ἀφρόντιστος πέλει.
Νίκης παλαιᾶς ἦλθε σὺν χρόνῳ γέμων,
Ἕστηκε δ' ἔνθ' εἴποις ἐπ' ἐξειργασμένοις.
Οὕτω δ' ἔφραξα (καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι),
Ὡς μήτε φεύγειν, μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.
Ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων,
Περιστολίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.

SCENA XVI.

CLYTAEMNESTRA, CHORUS.

(apportatis in scenam Agamemnonis et Casandrae cadaveribus, quorum illud quidem in alveo argenteo exporrectum fuit.)

Clyt. Post multa dudum fempestive dicta me contraria proloqui haud pudebit: hoc modo enim quisque hostibus amicos se esse simulantibus hostilia parans, calamitatis retibus eos circumsepire altissimis possit, saltu insuperabilibus. Mihi certe hoc certamen haud contemnendum videtur. Veteri quidem onustus victoria longo post tempore venit, substititque, ubi dixeris post ea, quae patravit. Sic autem eum irretivi, ut neque effugere neque mortem propulsare posset. Inextricabili everriculo, tanquam piscium, eum induo, malis vestis divitiis. Bis autem eum fe-

Παίω δέ νιν δίς· κἀν δυεῖν οἰμώγμασιν
Μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
Τρίτην ἐπενδίδωμι τοῦ κατὰ χθονὸς
Ἅιδου νεκρῶν σωτῆρος εὐκταίαν χάριν.
Οὕτω τὸν αὐτοῦ θυμὸν ὁρμαίνει πεσὼν,
Κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἱματοσφαγὴν,
Βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου,
Χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον, ἢ Διὸς νότῳ
Γαίᾳ σπορητῷ κάλυκες ἐν λοχεύμασιν.
Ὡς ὧδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
Χαίροιτ' ἂν, εἰ χαίροιτ'· ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.
Εἰ δ' ἦν πρεπόντων ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,
Τάδ' οὖν δικαίως ἦν. Ὑπερδίκως μὲν οὖν
Τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε
Πλήσας ἀραίων αὐτὸς ἐκπίνει μολών.

ΧΟΡΟΣ.

Θαυμάζομέν σου γλῶσσαν, ὡς θρασύστομος,
Ἥτις τοιόνδ' ἐπ' ἀνδρὶ κομπάζεις λόγον.

rio; ac bis eiulanti solvuntur ei membra; et in terram prolapso tertium superaddo subterranei Plutonis, manium custodis, exoptatum oblectamentum. Ita cadens animam efflat, et celerem in caede sanguinem ebulliens atra me cruenti roris gutta respergit, haud minus gaudentem, quam Iovis pluvia terrae inspersa parturientes calyces. Quae cum ita sint, o vos Argivorum honoratissimi, gaudete, si placet; ego vero glorior. Si autem decet mortuis sacrificare, haec recte facta fuere. Optimo igitur iure, quem tot malorum exsecratione dignorum craterem in aedibus implevit, illum ipse redux ebibit.

Chorus. Miramur linguae tuae procacitatem, utpote quae talia adversus maritum iactas.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Πειρᾶσθέ μου, γυναικὸς ὡς ἀφράσμονος!
Ἐγὼ δ' ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας
Λέγω (σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις,
Ὅμοιον)· „Οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς
Πόσις, νεκρὸς δὲ τῆσδε δεξιᾶς χερὸς,
Ἔργον δικαίας τέκτονος!" Τάδ' ὧδ' ἔχει.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄. Τί κακὸν, ὦ γύναι, χθονοτρεφὲς ἐδανὸν,
Ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυσᾶς
Ἐξ ἁλὸς ὄρμενον, τόδ' ἐπέθου θύος,
Δημοθρόους τ' ἀράς; Ἀπόδικος, ἀπότομος,
Ἀπὸ πόλεως, ἔσει
Μῖσος ὄβριμον ἀστοῖς!

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ,
Καὶ μῖσος ἀστῶν δημόθρους τ' ἔχειν ἀράς,
Οὐδὲν τόδ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων,

Clyt. Experiamini me tanquam imprudentem mulierem! Ego vero intrepido animo scientibus edico (vosque seu me laudare, seu culpare velitis, mea nihil refert): „Hic est Agamemnon maritus meus, hac ipsa dextra occisus; opus probae artificis." Sic res se habet.

Chorus. Ecquod tandem malum, o mulier, terra nutritum esculentum, vel potulentum rugoso ex mari ortum gustans, hunc tibi furorem et populares diras contraxisti? Abiecta, desecta, ab urbe, ingens eris civibus odium.

Clyt. Iam igitur mihi exilium ab urbe decernis, odiumque civium popularesque diras denuntias, nihil interim horum huic viro obiiciens, qui nihili ae-

Ὃς οὐ προτιμῶν, ὡςπερεὶ βοτοῦ μόρον,
Μήλοις φλεόντων εὐπόκοις νομευμάτων,
Ἔθυσεν αὑτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
Ὠδῖν', ἐπῳδὸν Θρηκίων ἀημάτων.
Οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆςδ' ἔχρη σ' ἀνδρηλατεῖν,
Μιασμάτων ἄποιν'; ἐπήκοος δ' ἐμῶν
Ἔργων δικαςὴς τραχὺς εἶ. Λέγω δέ σοι
Τοιαῦτ' ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένη
Σ' ἐκ τῶν ὁμοίων χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
Ἄρχειν, ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεὸς,
Γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιςρ. ά. Μεγαλόμητις εἶ, περίφρονα δ' ἔλακες!
Ὥςπερ οὖν φονολιβεῖ δίκα,
Φρὴν ἐπιμαίνεται. Λίβος ἐπ' ὀμμάτων
Αἵματος οὐ πρέπει ἄτιτον· ἔτι σε χρὴ,
Στερομέναν φίλων,
Τύμμα τύμματι τίσαι.

stimans, tanquam si de pecoris morte ageretur, cum pascua lanigeris ovibus abundant, suam ipsius natam, carissimam mihi prolem, sacrificavit, hoc incantamento ventos Thracios placaturus. Nonne illum ex hac terra expellere debueras ad expianda piacula? Nunc postquam meum audivisti facinus, severus es iudex. Dico autem tibi, te hac lege mihi minari, ut parata exspectem, te, si similiter manu viceris, mihi imperaturum; sin autem contraria deus perfecerit, sero tandem edoctus sapere disces.

Chorus. Animo elato es et superbe locuta. Ut igitur caede maculatam decet, mens furit. Sanguinis gutta super oculis haud inulta manet. te olim oportet, desertam ab amicis, plagam plaga luere.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Καὶ τήνδ' ἀκούσεις ὁρκίων ἐμῶν θέμιν·
Μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς δίκην
Ἄτην, Ἐριννύν θ', αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγώ,
Οὔ μοι φόβος μέλαθρ' ἄνελπις ἐμπατεῖν,
Ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί·
Οὗτος γὰρ ἡμῖν ἀσπὶς οὐ μικρὰ θράσους.
Κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος,
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ,
Ἥ τ' αἰχμάλωτος ἥδε καὶ τερασκόπος
Πιστὴ ξύνευνος, ναυτίλων δὲ σελμάτων
Ἰσοτριβής. Ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην·
Ὁ μὲν γὰρ οὕτως, ἡ δέ τοι, κύκνου δίκην,
Τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον,
Κεῖται φιλήτωρ τοῦδ', ὁμοῖς δ' ἐπήγαγεν
Εὐναῖς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

Clyt. Tu vero vicissim audi sanctissimum hocce meum iuramentum: Per reddentem meae filiae ius Aten et Furiam, quibus ego hunc mactavi, non est mihi timor absque spe, ingredi per domum, quousque in foco meo ignem accenderit Aegisthus, sicut antea mihi benevolus; hic enim audaciae mihi haud exiguus clypeus. Iacet mulieris huiusce perditor, Chryseïdum ante Ilium deliciae; et captiva illa et vates, fidelis tori socia, quae una transtra nautica trivit. Impune vero facinora haud tulerunt: nam ille quidem sic; haec vero, postquam, cygni instar, ultimum mortis canticum cecinit, iacet huius amasia, et coniunctis cubilibus cumulum voluptatis meae attulit.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Φεῦ! τίς ἂν ἐν τάχει, μὴ περιώδυνος,
Μηδὲ δεμνιοτήρης,
Μόλοι, τὸν ἀεὶ φέρουσ' ἐν ἡμῖν,
Μοῖρ', ἀτέλευτον ὕπνον, δαμέντος
Φύλακος εὐμενεστάτου,
Καὶ πολλὰ τλάντος γυναικὸς διαί;
Πρὸς δ' ἀπέφθισεν βίον!

μονοστρ. Ἰὼ, παράνομος
Ἑλένα, μία τὰς πάνυ πολλὰς
Ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ,
Νῦν δὲ τελείαν πολύμναστον
Ἀπηνθίσω δι' αἷμ' ἄνιπτον, ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις
Ἐριδάμαντος ἀνδρὸς οἰζύς!

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχου,
Τοῖσδε βαρυνθεὶς, μηδ' εἰς Ἑλένην
Κότον ἐκτρέψῃς, ὡς ἀνδρολέτει-
ρ' οὐ μία πολλῶν
Ἀξύστατον ἄλγος ἔπραξεν.

Chorus. Heu! quaenam Parca celeriter, nec dolores multos afferens, nec lecto affigens, veniet infinitum nobis somnum allatura, postquam occidit custos mitissimus, multaque iam passus propter mulierem? et insuper vitam perdidit!

Heu, iniusta Helena, una quae tam multas ante Troiam animas perdidisti, nunc vero nobilem et claram demessuisti ob sanguinem haud abluendum, quae tum fuit in aedibus domitoris viri calamitas.

Clyt. Noli, hisce rebus afflictus, mortis fatum tibi optare, neque iram in Helenam deflecte, quoniam non unica virorum multorum perditrix maxime indelebilem dolorem effecit.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. α΄. Δαῖμον, ὅσου πιτνεῖς δώμασι καὶ διφυ-
εῖσι Τανταλίδαισι,
Κράτος δ' ἰσόψυχον ἐν γυναίκοιν,
Καρδιόδηκτον ἐμοὶ, κρατύνεις!
Ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν
Μοι κόρακος ἐχθροῦ σταθεῖσ' ἔκνομος
Ὕμνον ὑμνεῖν εὔχεται!

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Νῦν δ' ὤρθωσας στόματος γνώμην,
Τὸν τριπάχυιον Δαίμονα γέννας
Τῆσδε κικλήσκων· ἐκ τοῦ γὰρ ἔρου
Αἱματολοιχοῦ νεαροτρέφεται,
Πρὶν καταλῆξαι
Τὸ παλαιὸν ἄγος, νέος ἰχώρ.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β΄. Ἦ μέγαν οἰκισταῖς
Δαίμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς;
Φεῦ, κακὸν αἶνον
Ἀτηρᾶς δίκας ἀκορέστου!

Chorus. O Fortuna, quale aedibus hisce et geminis Tantalidis accidis, similiterque animatam audaciam, pungentem mihi cor, in utraque muliere gubernas! Super cadavere vero, instar infesti corvi, stans iniusta, hymnum cantare audet.

Clyt. Nunc correxisti oris sententiam, immanem gentis Genium incusando: desiderio enim sanguinem lambendi, priusquam antiquum piaculum cessaverit, novum denuo nutritur.

Chorus. Num magnum gentis conditorum Genium et graviter iratum iactas? Eheu funestam iactationem perniciosae vindictae insa-

Ἰὼ, ἰὴ, δύαι Διὸς παναιτίου, πανεργέτα!
Τι γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται;
 Τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐςιν;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Αὐχεῖς εἶναι τόδε τοὖργον ἐμόν·
 Μὴ δ' ἐπιλεχθῇς
Ἀγαμεμνονίαν εἶναί μ' ἄλοχον,
Φανταζόμενος δὲ γυναικὶ νεκροῦ
Τοῦδ' ὁ παλαιὸς δριμὺς ἀλάςωρ
Ἀτρέως, χαλεποῦ θοινατῆρος,
 Τόνδ' ἀπέτισεν,
Τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιςρ. β'. Ὡς μὲν ἀναίτιος εἶ
Τοῦδε φόνου, τίς ὁ μαρτυρήσων;
 Πως πατρόθεν δὲ
Ξυλλήπτωρ γένοιτ' ἂν ἀλάςωρ.
Βιάζεται δ' ὁμοσπόροις ἐπιῤῥοαῖσιν αἱμάτων

tiabilis! Heu heu Iovis aerumnae, omnium auctoris, omnium effectoris! Quid enim mortalibus absque Iove perficitur? Quid horum non est a deo perfectum?

Clyt. Tu quidem hoc meum opus esse dicis; noli vero addere, me Agamemnonis coniugem esse, sed mortui huius uxori assimilatus vetus acerbus Alastor Atrei, diri convivatoris, hunc punivit, adultum virum adolescentulis superimmolans.

Chorus. Te quidem ab huius caedis culpa immunem esse, quis testari ausit? Aliquo tamen modo daemon ille paternus te adiuverit. Mutuis autem consanguineorum caedibus mi-

Μέλεος Ἄρης, ὅποι δὲ καὶ προβαίνων
Πάχναν κουροβόρῳ παρέξει.

Ἰὼ

Βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
Φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω;
Κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷ-
δ', ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνείων
(Ὤ μοι μοι), κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον,
Δολίῳ μόρῳ δαμεὶς,
Ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὐκ ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον
Τῷδε γενέσθαι· κ'οὐ γὰρ ὅδ' αὐτὸς
Δολίαν Ἄτην οἴκοισιν ἔθη-
κ'; Ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθὲν,
Τὴν πολυκλαυτὴν Ἰφιγένειαν, ἀ-
νάξια δράσας, ἄξια πάσχων,
Μηδὲν ἐν Ἅιδου μεγαλαυχείτω,

ser Mars ferocit, eo procedens, ut vel puerorum epuloni frigus incutiat.

Hei, rex, rex, quomodo te defleam? Quid tandem amico ex animo dicam? Iaces in isto araneae reti, impia caede animam exspirans (heu mihi), ignobili hocce cubili, insidiosa clade peremtus, manus ancipiti telo.

Clyt. Libero haud indignam huic mortem censeo contigisse: nonne enim ille ipse insidiosam Aten aedibus induxit? Enimvero cum ille prolem meam ex eo susceptam, multum defletam Iphigeniam, indignis modis affecerit, digna perpessus, apud inferos ne glorietur, cum ferro ne-

Ξιφοδηλήτῳ
Θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν.

ΧΟΡΟΣ.

ϛροφὴ γ΄. Ἀμηχανῶ, φροντίδων ϛερηθεὶς,
Εὐπάλαμον μέριμναν
Ὅπα τράπωμαι, πίτνοντος οἴκου.
Δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
Τὸν αἱματηρόν· ψεκὰς δὲ λήγει.
Δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θήγει βλάβης
Πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.

Ἰὼ Γαῖα,
Εἴθ' ἔμ' ἐδέξω, πρὶν τόνδ' ἐπιδεῖν
Ἀργυροτοίχου
Δροίτας κατέχοντα χαμεύναν!
Τίς ὁ θάψων νιν; τίς ὁ θρηνήσων;
Ἦ σὺ τόδ' ἔρξαι τλήσει, κτείνα-
σ' ἀποκωκύσαι ψυχὴν, ἄχαριν
Χάριν ἀντ' ἔργων
Μεγάλων δ' ἀδίκως ἐπικράναι;

catus poenam luerit facinorum, quae patravit.

Chorus. Anceps sum, mente privatus, agilem curam quorsum intendam, concidentibus aedibus. Ac iam vereor imbris domum eversurum sonitum cruentum; guttare enim desiit. Et Parca quidem iam vindictam adversus aliud crimen aliis cotibus acuit.

Hei Tellus, utinam me recepisses, antequam istum argentei alvei humile cubile occupantem viderem! Quis eum sepeliet? Quis lesso prosequetur? An tu hoc facere sustinebis, ut vitam, quam necasti, defleas, et pro magnis factis ingratam ei gratiam iniuste retribuas?

Τίς δ' ἐπιτύμβιον αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ
Θείῳ ξὺν δακρύοισιν ἰάπτων,
Ἀληθείᾳ φρενῶν πονήσει;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὔ σε προσήκει τὸ μέλημ' ἄλογον
Τοῦτο· πρὸς ἡμῶν κάππεσε, κάτθανε,
Καὶ καταθάψομεν οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν
Τῶν ἐξοίκων, ἀλλ' Ἰφιγένει-
ά νιν ἀσπασίως θυγάτηρ, ὡς χρὴ,
Πατέρ' ἀντιάσασα πρὸς ὠκύπορον
Πόρθμευμ' ἀχέων,
Περὶ χεῖρε βαλοῦσα, φιλήσει.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. γ'. Ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους·
Δύσμαχα δ' ἔστι κρῖναι.
Φέρει φέρον σ'· ἐκτίνει δ' ὁ καίνων,
Μίμνει δὲ, μίμνοντος ἐγχρόνου Διὸς,
Παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Θέσμιον γὰρ
Τίς ἂν γονὰν ῥᾶον δόμων ἐκβάλοι;

Quis denique divo huic viro sepulcrale carmen cum lacrymis pangens ex animi sententia lugebit?

Clyt. Haud tibi convenit imprudens hoc carmen canere: nostra opera cecidit, periit; nosque eum sepeliemus non cum fletibus alienorum, sed Iphigenia eum libenter filia, ut decet, patri occurrens ad celerem traiectum dolorum, brachiis circumdatis, salutabit.

Chorus. Probrum hoc succedit probro; difficilia vero sunt iudicatu. Aufert te fatum, sed poenam luit, qui interfecerit, manetque, dum Iovis tempestivi imperium manebit, pati patrantem. Quis enim facile legitimam prolem domo ex-

Κεκόλληται γένος πρὸς ἄψει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἐς τόνδ' ἐνέβης ξὺν ἀληθείᾳ
Χρησμόν. Ἐγὼ δ' οὖν ἐθέλω, Δαίμονι
Τῷ Πλεισθενιδᾶν ὅρκους θεμένα,
Τάδε μὲν στέργειν, δύστλητά περ ὄν-
θ', ὃ δὲ λοιπὸν ἰόντ' ἐκ τῶνδε δόμων
Ἄλλην γενεὰν τρίβειν θανάτοις
Αὐθένταισιν. Κτεάνων δὲ μέρος
Βαιὸν ἐχούσῃ πᾶν ἀπόχρη μοι,
Ἀλληλοφόνους
Μανίας μελάθρων ἀφελούσῃ.

turbet? proles enim genere coniunctis agglutinata est.

Clyt. In hoc vere devenisti oraculum. Ego igitur, Genio Plisthenidarum iuramento pollicita, haec quidem ferre volo, quamvis difficilia toleratu, quod vero reliquum est, volo, ut ille, excedens ex his aedibus, aliam familiam mutuis caedibus atterat. Bonorum vero vel parvam portionem possidenti omnia mihi tamen sufficient, modo insanias mutuarum caedium aedibus expellenti.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ὦ φέγγος εὔφρον ἡμέρας δικηφόρου!
Φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους
Θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη,
Ἰδὼν ὑφαντοῖς ἐν πέπλοις Ἐριννύων
Τὸν ἄνδρα τόνδε κείμενον, φίλοις ἐμοῖς
Χερὸς πατρῴας ἐκτίνοντα μηχανάς.
Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατὴρ,
Πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν, ὡς τορῶς φράσαι,
Αὑτοῦ τ' ἀδελφὸν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει,
Ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.
Καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν
Τλήμων Θυέστης, μοῖραν εὕρετ' ἀσφαλῆ,
Τὸ μὴ θανὼν πατρῷον αἱμάξαι πέδον·

SCENA XVII.

AEGISTHUS, CHORUS, CLYTAEMNESTRA.

Aegisth. O iucunda lux diei vindictam afferentis. Iam affirmare licet, deos desuper hominum ultores respicere terrae piacula, cum videam in textilibus Furiarum vestibus hunc virum iacentem, amicis meis paterni facinoris poenas luentem. Atreus enim, huius terrae rex, huiusce pater, Thyestem patrem meum, ut clare eloquar, ipsiusque fratrem, cum de imperio inter se contenderent, urbe et aedibus expulit. Et rediens infelix Thyestes, ac supplex ad aram domesticam confugiens, fatum quidem securum invenit, ne occisus patrium solum sanguine infi-

Αὐτοξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ
Ἀτρεὺς, προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως, πατρὶ
Τῷ 'μῷ, κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν
Δοκῶν, παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν.
Τὰ μὲν ποδήρη, καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
Ἔκρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθημένοις·
Ἄσημα δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβὼν
Ἔσθει βορὰν ἄσωτον ὁ σπείρας γένει·
Κἄπειτ', ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον,
Ὤιμωξεν· ἀμπίπτει δ' ἀπὸ σφαγὰς ἐρῶν,
Μόρον δ' ἄφερτον Πελοπίδαις ἐπεύχεται,
Λάκτισμα δείπνου ξυνδίκῳ τιθεὶς ἀρᾷ,
Οὕτως ὀλέσθαι πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος.
Ἐκ τῶνδέ σοι πεσόντα τόνδ' ἰδεῖν πάρα·
Κἀγὼ δίκαιος τοῦδε τοῦ φόνου ῥαφεύς·
Τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ πατρὶ
Ξυνεξελαύνει τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις.

ceret; sed dona hospitalia illi, ab ipso desumta, huiusce impius pater, Atreus, studiose magis quam amice, patri meo, simulans se diem visceratione hilariter celebraturum, carnes filiorum comedendas praebuit. Et pedes quidem ac manuum pectines superne abscondidit viritim assidentibus; quae vero illorum internosci haud poterant, statim ignarus sumens comedit cibum genitor, generi haud salutarem; ac deinde, ut facinus haud iustum cognovit, suspiravit, concidit, victimas evomens, intolerabilemque cladem Pelopidis imprecatur, iustis diris epulas proculcans, ut sic periret omne Plisthenis genus. Has ob causas illum prolapsum videre licet; egoque iustus sum caedis eius architectus: me enim decimum tertium una cum misero patre expulit infantem in fasciis cubantem.

Τραφέντα δ' αὖθις ἡ δίκη κατήγαγεν.
Καὶ τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην θυραῖος ὢν,
Πᾶσαν ξυνάψας μηχανὴν δυςβουλίας.
Οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοὶ
Ἰδόντι τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν.

ΧΟΡΟΣ.

Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.
Σὺ δ' ἄνδρα τόνδε φὴς ἑκὼν κατακτανεῖν,
Μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον;
Οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα
Δημοῤῥιφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προςήμενος
Κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;
Γνώσει, γέρων ὢν, ὡς, „διδάσκεσθαι βαρὺ
Τῷ τηλικούτῳ," σωφρονοῦν εἰρημένον.
Δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήςιδες

Post autem enutritum iustitia me reduxit. Et quamvis extra domum essem, tamen huic viro manus intuli, ut qui omnem fraudis rationem invenerim. Ac nunc quidem iam vel mori mihi iucundum, illum in iustitiae laqueis videnti.

Chorus. Aegisthe, infortuniis insultare non laudo. Tune igitur dicis te virum hunc ultro occidisse, teque solum miserandae huius caedis consilium cepisse? Nego vitaturum in iudicio tuum caput lapidationis (probe scito) poenam a populo tibi infligendam.

Aegisth. Tu talia iactas, inferiori remo assidens, de illis, qui navis transtrum gubernant? Disces, cum senex sis, quam sapienter dictum sit, „homini eius aetatis molestum esse discere." Attamen vel senectutem docere vincula et

Δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν
Ἰατρομάντεις. Οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε;
Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πήσας μογῇς.

ΧΟΡΟΣ.

Γύναι, σὺ τοῦδ' ἥκοντος ἐκ μάχης νέον
Οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα
Ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.
Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις.
Ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ.
Σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν
Ἄξει· κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει,
Ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
Δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως;

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς·

ieiuni angores praestantissimae mentis medicae. Nonne ista videns vides? Adversus stimulum ne calcitres, ne patiens quid doleas.

Chor. O mulier, tune huius viri ex pugna modo redeuntis, domi servans, torum polluens, simul viro imperatori hoc fatum struxisti?

Aegisth. Haec quoque verba tibi lacrimarum auctores. Linguam autem Orpheae contrariam habes: is enim cantus suavitate omnia secum traxit, tu vero irritans puerilibus latratibus traheris, atque ita cohibitus mansuetior fies.

Chor. Tune igitur rex mihi Argivorum eris, qui, postquam huic caedem destinaveras, ne ipse quidem occisor ausus es hoc facinus patrare?

Aegisth. Nam doli quidem partes aperte mulieri

Ἐγὼ δ᾽ ὕποπτος, ἐχθρὸς ὢν παλαιγενής.
Ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων πειράσομαι
Ἄρχειν πολιτῶν· τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
Ζεύξω βαρείᾳ ξυντομῇ σειραςφόρον
Κριθιῶντα πῶλον. Ἀλλ᾽ ὁ δυςφιλεῖ Σκότῳ
Λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ᾽ ἐπόψεται.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ᾽ ἀπὸ ψυχῆς κακῆς
Οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες; ἀλλά νιν γυνή,
Χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων,
Ἔκτειν᾽. Ὀρέστης ἆρά που βλέπει φάος,
Ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
Ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς;

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἀλλ᾽ ἐπεὶ δοκεῖς τάδ᾽ ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσει τάχα.
Εἶα δή, φίλοι λοχῖται, τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.
Εἶα δή, ξίφος πρόκωπον πᾶς τις εὐτρεπιζέτω!

conveniebant; et equidem, ut antiquus hostis, suspectus eram. Ex huiusce autem opibus regere cives aggrediar, immorigerum vero subiugabo gravi decurtatione funarium hordeo ferocientem equum. Age igitur, invisarum Tenebrarum socia Fames mansuetum eum videbit.

Chorus. Quid igitur tu prae ignavia virum hunc non ipse interfecisti? sed eum mulier; huius terrae deorumque indigetum inquinamentum, occidit. An Orestes alicubi lucem videt, ut huc rediens cum prospera fortuna utriusque horum victor et interfector exsistat?

Aegisth. At quandoquidem sic agere et loqui audes, statim experieris. Heus, cari commilitones, non procul opus hoc abest. Heus, unusquisque gladium manubrio prehensum paret!

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ κἀγὼ μὴν πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν δίκην δ' ἐῤῥώμεθα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Μηδαμῶς, ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἄλλα δράσωμεν κακά,
Ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος,
Πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπάρχει· μηδὲν αἱματώμεθα.
Στείχετ' εὐθέως, γέροντες, πρὸς δόμους, πεπρωμένα
Πρὶν παθεῖν. Εἴξαντε καιρῷ χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.
Εἰ δέ τῳ μόχθων γένοιτο — τῶνδ' ἅλις γ' ἔχοιμεν ἄν.
Δαίμονος χολῇ βαρείᾳ δυστυχῶς πεπληγμένοι.
Ὧδ' ἔχει λόγος γυναικὸς, εἴ τις ἀξιοῖ μαθεῖν.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἀλλὰ τούσδε μοι ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι,
Κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα δαίμονος πειρωμένους,
Σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν, τῷ κρατοῦντι, [τῶς κρατεῖ.]

Chorus. At ego quoque stricto gladio mori haud recuso.

Aegisth. Accipimus omen, quod mori velle te dicis; iustitia autem fortes sumus.

Clyt. Nequaquam, o carissime virorum, alia mala perpetremus, sed haec quoque messuisse valde infelix messis est, satisque est calamitatum; ne porro sanguinem profundamus. Ite celeriter, senes, domum, antequam fatalia patiamini. Tempori cedentes haec ita fecimus, ut facere nos oportuit. Si cui vero molestiae crearentur — hisce satis circumdamur, numinis ira gravi infeliciter percussi. Sic habet mulieris sermo, si quis ei attendere curet.

Aegisth. Enimvero istos mihi vanam linguae audaciam opponere, ac talia verba proiicere fortunam tentantes, et ab animi modestia discedere, imperanti, [in usum sic veniet.]

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη φῶτα προσσαίνειν κακόν.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ, ἐὰν δαίμων Ὀρέστην δεῦρ' ἀπευθύνῃ μολεῖν.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.

ΧΟΡΟΣ.

Πράσσε, πιαίνου, μιαίνων τὴν δίκην· ἐπεὶ πάρα.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἴσθι μοι δώσων ἄποινα τῆσδε μωρίας χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

Κόμπασον θαῤῥῶν, ἀλέκτωρ ὥστε θηλείας πέλας.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλάγμαθ', ὡς ἐγὼ
Καὶ σὺ θήσομεν κρατοῦντε τῶνδε δωμάτων καλῶς.

Chorus. Non est scilicet Argivorum, homini malo assentari.

Aegisth. At ego te futuro tempore persequar.

Chorus. Nequaquam, si fortuna Orestem huc redire iusserit.

Aegisth. Scio exsules spe pasci.

Chorus. Fac, cutem cura, iustitiam violans; quoniam licet.

Aegist. Scito te mihi istius stultitiae poenas daturum.

Chorus. Fidenter gloriare, tanquam gallus iuxta gallinam.

Clyt. Tu nihil cura vanos istos latratus, quandoquidem ego et tu hisce aedibus imperantes omnia recte peragemus.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΧΟΡΟΣ ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΩΝ ΧΟΗΦΟΡΩΝ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΤΡΟΦΟΣ.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ΟΡΕΣΤΗΣ, ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἑρμῆ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη,
Σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ!
Ἥκω γὰρ ἐς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι,
Τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τάδε γε κηρύσσω πατρὶ
Κλύειν. ἀκοῦσαι [δ', εἰ φέρω κόμης ἐμῆς
Πρῶτόν γε] πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον,
Τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον. —
Τί χρῆμα λεύσσω; τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις
Στείχει γυναικῶν φάρεσιν μελαγχίμοις

SCENA I.

ORESTES, PYLADES.

Orestes. Mercuri inferne, paternum respiciens imperium, servator mihi esto et adiutor obsecranti! Venio enim in hanc terram et ab exsilio redeo, atque in sepulcri tumulo patri denuntio, haec ut audiat. Audiverit [autem, siquidem primum fero comae meae] cincinnum Inacho nutritionis praemium, alterum vero hunc luctus insigne. —

Quid video? Quaenam haec mulierum caterva procedit, vestibus pullis ornata?

Πρέπουσα; ποίᾳ ξυμφορᾷ προςεικάσω;
Πότερα δόμοισι πτῶμα προςκυρεῖ νέον;
Ἢ πατρὶ τῷ 'μῷ τάςδ' ἐπεικάσας τύχω
Χοὰς φερούσας, νερτέροις μειλίγμασιν;
Οὐδέν ποτ' ἄλλο· καὶ γὰρ Ἠλέκτραν δοκῶ
Ὁρᾷν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν, πένθει λυγρῷ
Πρέπουσαν. Ὦ Ζεῦ, δός με τίσασθαι μόρον
Πατρὸς, γενοῦ δὲ ξύμμαχος θέλων ἐμοί!
Πυλάδη, ςαθῶμεν ἐκ ποδῶν, ὡς ἂν σαφῶς
Μάθω γυναικῶν ἥτις ἥδε προςτροπή.

quali calamitati haec assimilem? Funusne aliquod novum aedibus accidit? An patri meo mulieres hasce inferias ferre coniiciam, infernis placamentis? Nihil aliud est; nam Electram quoque videor mihi videre, sororem meam, gravi luctu conspicuam. O Iupiter, da, me necem patris ulcisci, et propitius esto mihi socius! Pylades, secedamus, ut certo explorem, quaenam haec sit mulierum pompa.

ΗΛΕΚΤΡΑ, ΧΟΡΟΣ, ΟΡΕΣΤΗΣ ΚΑΙ ΠΥΛΑΔΗΣ (ΠΟΡΡΩΘΕΝ).

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Ἰαλτὸς ἐκ δόμων ἔβην
Χοὰς προπομπὸς ὀξύχειρι ξὺν κόπῳ.
Πρέπει παρῆϊς φοίνιοις ἀμυγμοῖς,
Ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ·
Δι' αἰῶνος δ' ἰϋγμοῖσι βόσκεται κέαρ·
Λινοφθόροις δ' ὑφασμάτων
Λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι
Πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων ἀγελάστοις
Ξυμφοραῖς πεπληγμένων.

ἀντιστρ. ά. Τορὸς γὰρ ὀρθόθριξ φόβος,
Δόμων ὀνειρόμαντις, ἐξ ὕπνου κατα-
πνέων, ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα
Μυχόθεν ἔλακε περὶ φόνῳ,

SCENA II.

ELECTRA, CHORUS, ORESTES ET PYLADES (PROCUL STANTES).

CHORUS. Missa ex aedibus processi inferiarum deductrix cum acuto planctu. Genae cruenta laceratione conspicuae, unguium sulcis recens impressis; in aeternum vero gemitibus pascitur cor, et prae doloribus lintea textorum perdentibus, tanquam laciniae, scissa sunt pectoralia velamina peplorum haud ridendis calamitatibus afflictarum.

Penetrabilis enim timor, comas arrigens, domesticus per somnium vates, ex somno afflans, intempestivum media nocte clamorem ex penetralibus excitavit ob caedem, vehementi

Γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πιτνῶν.
Κριταὶ δὲ τῶνδ' ὀνειράτων
Θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι,
Μέμφεσθαι τοὺς γᾶς νέρθεν περιθύμως
Τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν.

ϛροφὴ β'. Τῶνδε χάριν ἄχαριν ἀπότροπον κακῶν
('Ιὼ Γαῖα μαῖα!) μωμένα
Μ' ἰάλλει δύϛθεος γυνά.
Φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβαλεῖν·
Τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ;
'Ιὼ πανοιζὺς ἑϛία!
'Ιὼ κατασκαφαὶ δόμων!
'Ανήλιοι βροτοϛυγεῖς
Δνόφοι καλύπτουσι δόμους,
Δεσποτῶν θανάτοισι!

ἀντιϛρ. β'. Σέβας δ' ἀδάματον ἀπόλεμον τοπρὶν
Δι' ὤτων φρενός τε δαμίας
Περαῖνον νῦν ἀφίϛαται·
Φοβεῖται δέ τίς; τὸ δ' εὐτυχεῖν,

impetu mulieris domum ingressus. Et somniorum horum interpretes diis sponsoribus nuntiarunt, inferos valde iratos caedis auctoribus succensere.

Horum gratia ingrata malorum averruncatricem (o Terra mater!) quaerens me misit impia mulier. Vereor autem hoc verbum proferre. Quae enim redemtio sanguine in terram profuso? Heu prorsus aerumnosa domus! Heu aedium eversiones! Solis expertes mortalibus invisae tenebrae domum operiunt, propter domini caedem!

Maiestas autem nuper indomita, invicta in civium auribus animisque versata, nunc recessit. et quis est, qui timeat? Nempe fortu-

Τόδ' ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον.
Ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκας
Ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάει,
Τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου
Μένει χρονίζοντά γ' ἄβρως,
Τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.

στροφὴ γ'. Αἷμ' ἐκποθὲν δὲ χθονὸς ὑπὸ τροφοῦ
Τίτας πέπηγεν, διαῤῥυδᾶν οὔ·
Διαλγὴς δ' Ἄτα τὸν αἴτιον
Διασπαράσσει,
Παναρκέτας βρύειν νόσου.
Οἴγοντι δ' οὔτε νυμφικῶν ἑδωλίων
Ἄκος, πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ
Βαίνοντες χειρομυσῆ φόνον
Καθαίροντες λούσειαν μάτην.

ἀντιστρ. γ'. Ἐμοίγ' ἀνάγκαν γὰρ ἀμφὶ πτόλιν
Θεοὶ προσήνεγκαν (ἐκ γὰρ οἴκων
Πατρῴων δούλειον εἰσάγου-

na, haec hominibus dea et plus quam dea. Ictus autem iustitiae celer aliis quidem interdiu intentatur, alia vero crepusculi tempore expectat, superbe cunctantia; alios denique occupat nondum finita nox.

Cruor autem haustus ab alma tellure ulciscendus congelavit, haud evanescens, et luctifica Calamitas lacerat sontem, ut ingenti malo abundet. Nec vero expugnatori virginalium thalamorum remedium est, et si omnes ex uno loco fontes confluerent ad abluendum, qui manus occisoris polluit, sanguinem, frustra lavarent.

Mihi vero propter urbem dii necessitatem imposuerunt (ex aedibus enim pa-

σ' αἶσαν, δικαίαι-
σι μὴ πρέποντ' ἀρχαῖς βίου),
Βίᾳ φερομέναν αἰνέσαι, πικρὸν φρενῶν
Στύγος κρατούσῃ, δακρύων δ' ὑφ' εἱμάτων
Ματαίας δεσποτᾶν τύχας
Κρυφαίοις πένθεσι παχνουμένη.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Δμωαὶ γυναῖκες, δωμάτων εὐθήμονες,
Ἐπεὶ πάρεςε τῆςδε προςτροπῆς ἐμοὶ
Πομποὶ, γένεσθε τῶνδε σύμβουλοι πέρι.
Τύμβῳ χέουσα τάςδε κηδείους χοὰς
Πῶς εὔφρον' εἴπω; πῶς κατεύξωμαι πατρί;
Πότερα λέγουσα παρὰ φίλης φίλῳ φέρειν
Γυναικὸς ἀνδρὶ, τῆς ἐμῆς μητρὸς πατρί;
Τῶν δ' οὐ πάρεςι θάρσος, οὐδ' ἔχω τί φῶ,
Χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός.
Ἢ τοῦτο φάσκω τοὖπος, ὡς νόμος βροτοῖς
Ἔς', ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε

ternis servilem conditionem attulerunt, iustis vitae initiis haud decentia), probare ut vi ferar, acerbam animi indignationem opprimenti, lacrimis vero sub veste, propter dolorem ob iniquam domini fortunam, stipatae.

Electra. Ancillae virgines, aedium ministrae, quandoquidem harum inferiarum comites mihi adestis, consilio me in hac re iuvate. Super sepulcro hasce inferias effundens, quomodo benevole loquar? quomodo patrem invocem? Num caro viro a cara muliere, a matre mea patri, me ferre dicam? Haec equidem non audeo, neque habeo quod dicam in sepulcro patris haec libamina effundens. An hoc verbum proferam, ut, sicut mos est mortalibus, his, qui has

Στέφη δόσιν τε τῶν κακῶν ἐπάξια;
Ἢ σῖγ' ἀτίμως, ὥςπερ οὖν ἀπώλετο
Πατὴρ, τάδ' ἐκχέουσα, γάποτον χύσιν,
Στείχω, καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας, πάλιν,
Δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασιν;
Τῆςδ' ἐστὲ βουλῆς, ὦ φίλαι, μεταίτιαι·
Κοινὸν γὰρ ἔχθος ἐν δόμοις νομίζομεν.
Μὴ κεύθετ' ἔνδον καρδίας, φόβῳ τινός·
Τὸ μόρσιμον γὰρ τόν τ' ἐλεύθερον μένει,
Καὶ τὸν πρὸς ἄλλης δεσποτούμενον χερός.
Λέγοις ἂν, εἴ τι τῶνδ' ἔχοις ὑπέρτερον.

ΧΟΡΟΣ.

Αἰδουμένη σοὶ, βωμὸν ὥς, τύμβον πατρὸς
Λέξω (κελεύεις γὰρ) τὸν ἐκ φρενὸς λόγον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Λέγοις ἂν, ὥςπερ ᾐδέσω τάφον πατρός.

ΧΟΡΟΣ.

Φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν.

coronas et dona miserunt, malis digna retribuat? An vero tacite, et inhoneste, sicut nimirum pater occisus est, hisce, terrae bibendo potu, effusis, abibo, sicut aliquis, qui purgamenta proiecerit, vasculo irretortis oculis abiecto? Huius consilii, o amicae, mecum participes estote: communi enim hoste in aedibus utimur. Nolite corde occultare, alicuius timore: fatalia enim et liberum manent, et alienae potestati subiectum. Dicas, si quid aliud habes.

Chorus. Tanquam aram, sepulcrum patris tibi reverens, dicam (iubes enim) ex animo.

Electra. Dicas ita, ut revereris patris sepulcrum.

Chorus. Effundens bene precare benevolis.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τίνας δὲ τούτους τῶν φίλων προσεννέπω;

ΧΟΡΟΣ.

Πρῶτον μὲν αὑτὴν, χὤςτις Αἴγισθον ςυγεῖ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐμοί τε καὶ σοί γ' ἆρ' ἐπεύξομαι τάδε;

ΧΟΡΟΣ.

Αὐτὴ σὺ ταῦτα μανθάνουσ' ἤδη φράσαις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῇδε προςτιθῶ ςάσει;

ΧΟΡΟΣ.

Μέμνησ' Ὀρέςου κεἰ θυραῖός ἐσθ' ὅμως.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Εὖ τοῦτο, κἀφρένωσας οὐχ ἥκιςά με.

ΧΟΡΟΣ.

Τοῖς αἰτίοις νῦν τοῦ φόνου, μεμνημένη, . . .

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί φῶ; δίδασκ' ἄπειρον ἐξηγουμένη.

Electra. Quibusnam vero amicorum me ista apprecari iubes?

Chorus. Primum tibi, et quicunque Aegisthum oderunt.

Electra. Mihi igitur ac tibi haec bona vota faciam.

Chorus. Iam ipsa haec intelligens respondeas.

Electra. Quemnam vero alium addam huic societati?

Chorus. Memor sis Orestae, quamvis nunc peregre absit.

Electra. Recte istud quidem, et optime me admonuisti.

Chorus. Porro auctoribus caedis, memorans . . .

Electra. Quid dicam? doce imprudentem, exponens.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐλθεῖν τιν' αὐτοῖς δαίμον' ἢ βροτῶν τινά...

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πότερ' αὐθέκαςον ἢ δικηφόρον λέγεις;

ΧΟΡΟΣ.

Ἁπλῶς τι φράζουσ', „ὅςτις ἀνταποκτενεῖ."

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ ταῦτα μοῦ 'ςιν εὐσεβῆ θεῶν πάρα;

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δ' οὔ, τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

.... Ἑρμῆ χθόνιε, κηρύξω, σὲ μὲν,
Τοὺς γῆς δ' ἔνερθε δαίμονας, κλύειν ἐμὰς
Εὐχὰς, πατρῴων δωμάτων ἐπισκόπους,
Καὶ Γαῖαν αὐτὴν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται,
Θρέψασά τ' αὖθις πᾶν τὸ κῦμα λαμβάνει·
Καὶ, γῇ χέουσα τάςδε χέρνιβας, βροτῷ
Λόγῳ καλῶ σε, πάτερ, ἐποικτείρειν τ' ἐμὲ

Chorus. Ut iis superveniat deus aut mortalium aliquis...

Electra. Utrum iudicem, an ultorem dicis?

Chorus. Simpliciter ut proloquar, „*qui eos vicissim occidat.*"

Electra. Et illa pie deos precer?

Chorus. Quidni, hosti mala reddere?

Electra. o Mercuri infere, denuntiabo, ut et tu, et numina subterranea preces meas audiatis, domum paternam respicientes, ipsamque Tellurem, quae omnia parit, foetusque enutritos omnes iterum recipit; et, hasce libationes effundens, mortalibus verbis invoco te, pater, ut et mei te misereat et cari

Φίλον τ' Ὀρέςην, ὡς ἀνάξομεν δόμοις.
Πεπραμένοι γὰρ νῦν γέ πως ἀλώμεθα
Πρὸς τῆς τεκούσης· ἄνδρα δ' ἀντηλλάξατο
Αἴγισθον, ὅςπερ σοὶ φόνου μεταίτιος.
Κἀγὼ μὲν ἀντίδουλος, ἐκ δὲ χρημάτων
Φεύγων Ὀρέςης ἐςὶν, οἱ δ' ὑπερκόποις
Ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα.
Ἐλθεῖν δ' Ὀρέςην δεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ
Κατεύχομαί σοι· καὶ σὺ κλῦθί μου, πάτερ,
Αὐτῇ τε μοὶ δὸς σωφρονεςέραν πολὺ
Μητρὸς γενέσθαι, χεῖρά τ' εὐσεβεςέραν.
Ἡμῖν μὲν εὐχὰς τάςδε· τοῖς δ' ἐναντίοις
Λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον,
Καὶ τοὺς κτανόντας ἀντικατθανεῖν δίκῃ.
Ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς καλῆς ἀρᾶς·
Ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω
Ξὺν θεοῖσι καὶ Γῇ καὶ Δίκῃ νικηφόρῳ.
Τοιαῖςδ' ἐπ' εὐχαῖς τάςδ' ἐπισπένδω χοάς·

Orestae, ut domi imperemus. A matre enim venditi quodammodo nunc oberramus, eaque coniugem ascivit Aegisthum, caedis tibi socium. Et ego quidem in ancillae loco sum; Orestes vero ex bonis expulsus; et illi laboribus tuis nimium molestis superbiunt. Precor autem, ut huc feliciter redeat Orestes; tuque, pater, preces meas exaudi; ipsique mihi da, ut multo probior matre fiam, manusque pietate praestantior. Nobis igitur haec precibus exposco; adversariis autem opto, ut tui, o pater, ultor appareat, eosque, qui te occiderunt, vicissim iure occidant. Haec igitur interiicio bonis votis: nobis vero bona sursum mitte approbantibus diis, et Tellure, et Iustitia victrice.

Huiusmodi post preces has libationes effundo; vos vero

Ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος,
Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Ἵετε δάκρυα καναχὲς ὀλομένῳ,
Πρὸς ἔρυμά τε κεδνῶν, κακῶν τ' ἀποτροπάν!
Ἄγος ἀπεύχετον κεχυμένων χοᾶν·
Κλύε δέ μοι σέβας, κλῦ', ὦ δέσποτα,
'ξ ἀμαυρᾶς φρενός!

ἀντιστρ. Ὀτοτοτοτοττοτοῖ, ὀτοτοτοῖ! ἴτω
Τὶς δορικμὴς ἀνὴρ, ἀναλυτὴρ δόμων,
Σκύθης, τόν τε παλίντονον ἐν χεροῖν
Ἐπιπάλλων Ἄρη, σχέδιά τ' αὐτόκω-
πα νωμῶν βέλη!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἔχει μὲν ἤδη γαπότους χοὰς πατὴρ,
Κῆρυξ μέγιστε τῶν ἄνω τε καὶ κάτω. —
Νέου δὲ μύθου τοῦδε κοινωνήσατε.

fas est ciulatibus coronare hymnum, quem in honorem mortui proloquamini.

Chorus. Fundite cum sonitu lacrymas occiso et ad confirmanda bona et averruncanda ac deprecanda mala! Piaculum absit effusarum inferiarum; potiusque audi reverentiam meam, audi, domine, ex obnubilato corde!

Heu, heu! Venito aliquis hasta pugnax vir, aedium liberator, Scytha, et reciprocum manibus Martem emittens, et cominus manubriata vibrans tela!

Electra. Habet iam pater inferias a terra haustas, o maxime superorum et inferorum praeco. — Vos vero novum hunc sermonem accipite!

ΧΟΡΟΣ.

Λέγοις ἄν· ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὁρῶ τομαῖον τόνδε βόςρυχον τάφῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Τίνος ποτ' ἀνδρὸς, ἢ βαθυζώνου κόρης;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Εὐξύμβολον τόδ' ἐςὶ παντὶ δοξάσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς οὖν παλαιὰ παρὰ νεωτέρας μάθω;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ ἔςιν ὅςτις πλὴν ἐμῶν κείραιτό νιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐχθροὶ γὰρ, οἷς προςῆκε πενθῆσαι τριχί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ μὴν ὅδ' ἐςὶ κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος.....

Chorus. Dicas; cor vero timore saltat.

Electra. Video hic cincinnum in sepulcro abscissum.

Chorus. Cuius vero viri aut puellae alte praecinctae?

Electra. Hoc quidem facile est cuilibet coniectura exputare.

Chorus. Quomodo igitur grandaeva a te iuniore discam?

Electra. Nemo praeter meos est, qui sibi hunc potuerit detondere.

Chorus. Nempe inimici sunt, qui luctum coma significare debuissent.

Electra. Enimvero hic cincinnus valde ad adspectum similis est . . .

ΧΟΡΟΣ.

Ποίαις ἐθείραις; τοῦτο γὰρ θέλω μαθεῖν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Αὐταῖσιν ἡμῖν κάρτα προςφερὴς ἰδεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Μῶν οὖν Ὀρέςου κρύβδα δῶρον ἦ τόδε;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μάλιςʼ ἐκείνου βοστρύχοις προςείδεται.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πῶς ἐκεῖνος δεῦρʼ ἐτόλμησεν μολεῖν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρί.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτά μοι λέγεις τάδε,
Εἰ τῆςδε χώρας μήποτε ψαύσει ποδί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κἀμοὶ προςέςη καρδίας κλυδώνιον

Chorus. Quibusne capillis? Hoc enim scire aveo.

Electra. Ad me ipsam proxime similitudine accedit visu.

Chorus. Num forte clandestinum hoc sit Orestis donum?

Electra. Certe eius cincinnis longe simillimus est.

Chorus. Quo pacto autem ille ausus fuerit huc accedere?

Electra. Misit capillos detonsos, ut patri gratificaretur.

Chorus. Haud minus lacrymabilia mihi ista dicis, siquidem ipse non aliquando hanc terram pede tanget.

Electra. Et mihi quoque cor bilis fluctu suffunditur,

Χολῆς, ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει·
Ἐξ ὀμμάτων δὲ διψίων πίπτουσί μοι
Σταγόνες ἄφραςοι δυςχίμου πλημμυρίδος,
Πλόκαμον ἰδούσῃ τόνδε· πῶς γὰρ ἐλπίσω
Ἀςῶν τιν' ἄλλον τῆςδε δεσπόζειν φόβης;
Ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο,
Ἐμή γε μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπώνυμον
Φρόνημα παισὶ δύςθεον πεπαμένη.
Ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἄντικρυς τάδ' αἰνέσω,
Εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμά μοι τοῦ φιλτάτου
Βροτῶν Ὀρέςου; σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος.
Φεῦ!
Εἴθ' εἶχε φωνὴν ἔμφρον', ἀγγέλου δίκην,
Ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην,
Ἀλλ' εὖ σαφηνῆ τόνδ' ἀπέπτυσα πλόκον,
Εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετμημένος·
Ἦ, ξυγγενὴς ὢν, εἶχε συμπενθεῖν ἐμοὶ,
Ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴ πατρός.

et percussa sum tanquam penetrabili telo; ex oculis autem sitientibus improvisae mihi cadunt guttae hibernae inundationis, hunc cincinnum conspicienti. Quomodo enim opiner ad alium quendam civium hunc cincinnum pertinere? Sed neque eum sibi abscidit interfectrix, mater mea, nequaquam cognominem animum impium adversus liberos nacta. Contra vero quomodo ista affirmarim, esse hoc donarium amicissimi mihi mortalium Orestis? Attamen mihi spes blanditur! Heu! Utinam ille cincinnus, nuntii instar, intelligibilem vocem haberet, ne ancipiti cura fluctuarem, sed bene cognoscendum cirrum hunc aversarer, siquidem ab inimico capite fuerit rescissus, aut, si cognatus mihi esset, mecum lugere posset, paterni

Ἀλλ' εἰδότας μὲν τοὺς θεοὺς καλούμεθα,
Οἵοισιν ἐν χειμῶσι, ναυτίλων δίκην,
Στροβούμεθ'. Εἰ δὲ χρὴ τυχεῖν σωτηρίας,
Σμικροῦ γένοιτ' ἂν σπέρματος μέγας πυθμήν. —
Καὶ μὴν, στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον,
Ποδῶν ὅμοιον τοῖς ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς·
Καὶ γὰρ δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν,
Αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ ξυνεμπόρου τινὸς,
Πτέρναι θ' ἑνὸς τῶνδ' ὑπογραφῇ μετρούμεναι
Εἰς ταυτὸ συμβαίνουσι τοῖς ἐμοῖς στίβοις. —
Πάρεστι δ' ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εὔχου τὰ λοιπὰ, τοῖς θεοῖς τελεσφόρους
Εὐχὰς ἐπαγγέλλουσα, τυγχάνειν καλῶς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εἰς ὄψιν ἥκεις ὧνπερ ἐξηύχου πάλαι.

huius sepulcri ornamentum atque honos. Deos vero scientes invocamus, quibus tempestatibus, nautarum ritu, iactemur. Si vero fas nobis sit salute potiri, ex parvulo semine magna stirps progigni potest. — Enimvero vestigia quoque (alterum signum) pedum similiter meis comparabilia; etenim duo sunt haec pedum delineamenta, illius ipsius et comitis alicuius, et calces horum unius circumscriptione metatae eodem conveniunt meis vestigiis. — At angor adest et mentis deliquium.

Orestes. Precare, diis rata faciens vota, ut reliqua tibi prospere eveniant.

Electra. Nam quid iam a diis impetravi?

Orestes (accurrens). In conspectum venis eorum, quos modo te visuram esse praedicabas.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένη βροτῶν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ξύνοιδ' Ὀρέστην πολλὰ σοὶ 'κπαγλουμένῃ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ πῶς ἀληθῶν τυγχάνω κατευγμάτων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὅδ' εἰμί! μὴ μάτευ' ἐμοῦ μᾶλλον φίλον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἦ δόλον τιν', ὦ ξέν', ἀμφί μοι πλέκεις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Αὐτὸς καθ' αὑτοῦ γ' ἆρα μηχανοῤῥαφῶ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾶν θέλεις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Κἀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ', εἴπερ ἔν γε τοῖσι σοῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὡς ὄντ' Ὀρέστην τῇδ' ἐγώ σε προὐννέπω;

Electra. Et quemnam mortalium me precibus poposcisse scis?

Orestes. Scio te magni Orestem facere.

Electra. Et quomodo vere votorum particeps sum?

Orestes. Ille ego sum! noli me amiciorem quaerere.

Electra. At profecto dolum quendam, hospes, mihi nectis!

Orest. Ipse igitur adversus me ipsum fraudes machinor.

Electra. At mala mea irridere cupis.

Orestes. Itaque mea quoque, si quidem tua.

Electra. Verene igitur tecum haec tanquam cum Oreste loquor?

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Αὐτὸν μὲν οὖν ὁρῶσα δυςμαθεῖς ἐμὲ,
Κουρὰν δ' ἰδοῦσα τήνδε κηδείου τριχὸς,
Ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν ςίβοισι τοῖς ἐμοῖς,
Ἀνεπτερώθης, κἀδόκεις ὁρᾶν ἐμέ.
Σαυτῆς δ' ἀδελφοῦ ξύμμετρον τῷ σῷ κάρα
Σκέψαι τομῆς προθεῖσα βοςρύχων τινός!
Ἰδοῦ δ' ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερὸς,
Σπάθης τε πληγὰς, ἠδὲ θηρίων γραφήν!
Ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ 'κπλαγῇς φρένας·
Τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φίλτατον μέλημα δώμασιν πατρὸς,
Δακρυτὸς ἐλπὶς, σπέρματος σωτήριος,
Ἀλκῇ πεποιθὼς δῶμ' ἀνακτήσει πατρός!
Ὦ τερπνὸν ὄνομα τέσσαρας μοίρας ἔχον
Ἐμοὶ, προςαυδῶ τῆςδ' ἀναγκαίαν σ' ἐγώ·

Orestes. Me ipsum igitur adspiciens aegre agnoscis; cincinnum vero hunc capilli luctus gratia abscissi conspiciens, et vestigia pedum meorum contemplans, spe efferebaris, et me videre tibi videbaris. Fratris vero caput tuo ipsius simile considera, abscisso id capillorum alicui cincinno praeferens! Ecce vero vestem hanc, tuae manus opus, contemplare, spathaeque ictus et animalium imagines. Redi ad te, nec prae gaudio de statu mentis decede: nam amicissimos scio nobis infensos esse.

Electra. O carissima aedium paternarum cura, o defleta spes, generis sospitatrix, virtute fretus domum patris recuperabis! O carissimum nomen quatuor partes mihi sustinens, alloquor te huiusce necessitudinem: nam patris et

Πατρός γε καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει
Στέργηθρον (ἡ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται),
Καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου,
Πιςὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ' ἐμοὶ σέβας φέρων·
Μόνον Κράτος τε καὶ Δίκη ξὺν τῷ τρίτῳ
Πάντων μεγίςῳ Ζηνὶ συγγένοιτό σοι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ζεῦ, Ζεῦ, θεωρὸς τῶνδε πραγμάτων γενοῦ!
Ἰδοῦ δὲ γένναν εὖνιν αἰετοῦ πατρὸς
Θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι
Δεινῆς ἐχίδνης! Τοὺς δ' ἀπωρφανισμένους
Νῆςις πιέζει λιμός· οὐ γὰρ ἐντελεῖς
Θήραν πατρῴαν προςφέρειν σκηνώμασιν.
Οὕτω δὲ κἀμὲ τήνδε τ' (Ἠλέκτραν λέγω)
Ἰδεῖν πάρεςί σοι, πατροςερῆ γόνον,
Ἄμφω φυγὴν ἔχοντε τὴν αὐτὴν δόμων.
Καὶ τοῦ θυτῆρος καί σε τιμῶντος μέγα
Πατρὸς νεοσσοὺς τούςδ' ἀποφθείρας, πόθεν

matris amor meus in te vergit (hanc autem iusto odio prosequor), et crudeliter immolatae sororis, denique fidus mihi frater es, decus afferens, modo Robur et Iustitia cum tertio Iove, omnium supremo, tibi adsint!

Orestes. O Iupiter, Iupiter, harum rerum spectator esto! Respice vero prolem orbam aquilae patris in spiris nodisque atrocis viperae necati! Orbos autem ieiuna fames premit; non enim valent praedam paternam nidis inferre. Sic enim me et hanc (Electram dico) videre te licet, patre orbatum genus, ambo eadem domo expulsos. Ac patris tibi sacrificantis teque magnopere venerantis pullos hosce perdens, unde similis manus magnis epulis celebra-

Ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας;
Οὔτ' αἰετοῦ γένεθλ' ἀποφθείρας πάλιν
Πέμπειν ἔχοις ἂν σήματ' εὐπειθῆ βροτοῖς,
Οὔτ' ἀρχικός σοι πᾶς ὅδ' αὐανθεὶς πυθμὴν
Βωμοὺς ἀρήξει βουθύτοις ἐν ἤμασι.
Κόμιζ'! ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας μέγα
Δόμον δοκοῦντα κάρτα νῦν πεπτωκέναι.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ παῖδες, ὦ σωτῆρες ἑστίας πατρὸς,
Σιγᾶθ', ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα,
Γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
Πρὸς τοὺς κρατοῦντας, οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε
Θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὔτοι προδώσει Λοξίου μεγασθενὴς
Χρησμὸς, κελεύων τόνδε κίνδυνον περᾶν,
Κάξορθιάζων πολλὰ, καὶ δυςχειμέρους
Ἄτας ὑφ' ἧπαρ τοὐμὸν ἐξαυδώμενος,

tum sacrificium accipies? Neque aquilae genus exstirpans, in posterum fida auguria hominibus mittere possis, nec regia haec stirps prorsus arefacta utilis tibi, quod ad aras attinet, festis diebus erit. Cura! et exiguo quidem auxilio domum iam valde, ut videtur, prolapsam, multum erexeris.

Chorus. O liberi, o servatores paternae domus, tacete, ne quis vos exaudiat, o liberi, et garrulitatis causa haec omnia imperantibus renunciet, quos utinam ego in piceo ignis fumo morientes videam!

Orestes. Non me destituet praepotens Apollinis oraculum, iubens me hoc periculum subire, multumque me excitans et gravissimos cruciatus hepatis calidi minatus, nisi persequar pa-

Εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους,
Τρόπον τὸν αὐτὸν ἀνταποκτεῖναι λέγων
Ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον.
Αὐτὸς δ' ἔφασκε τῷ φιλοψύχῳ τάδε·
Τίσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά·
Τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα
Βροτοῖς σφὲ παύσειν εἶπε, τοῖς δ' εἶναι νόσους,
Σαρκῶν ἐπαμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις,
Λιχῆνας, ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν·
Λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν ἄσῃ·
Ἄλλας τε φωνεῖ προσβολὰς Ἐριννύων
Ἐκ τῶν πατρῴων αἱμάτων τελουμένας,
Ὁρῶντι λαμπρὸν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρὺν
(Τοιγὰρ σκοτεινὸν τῶν ἐνερτέρων βέλος,
Ἐκ προστροπαίων ἐν γένει πεπτωκότων,
Καὶ λύσσα καὶ μάταιος ἐκ νυκτῶν φόβος
Κινεῖ, ταράσσει, καὶ διώκεται πόλεως
Χαλκηλάτῳ πλάστιγγι λυμανθὲν δέμας)·

tris offensores, iniungens mihi, ut eodem modo vicissim eos interficiam, bonorum amissorum poena exasperatus. Ipse vero vitam amanti haec edixit: Poenas me daturum, multis acerbis malis afflictum: nam et tristitiae ex terra solatia se exstincturum dixit, et ipsis missurum morbos, carnibus inserpentes acri dente, vitiligines, veterem naturam exedentes, albosque capillos huic angori superventuros; aliosque Furiarum impetus e paterno sanguine consecuturos denuntiavit videnti eum per noctis tenebras fulgentia supercilia moventem (tenebricosum enim manium telum, qui sceleratorum consanguineorum manu perierunt, et rabies et vanus per noctem metus agitat, vexat, et aereo flagello urbe exturbat hominem contami-

Καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
Εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς,
Δόμῳ τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
Μῆνιν δέχεσθαί σφ' οὔτε συλλύειν τινὰ,
Πάντως δ' ἄτιμον κἄφιλον θνήσκειν χρόνῳ,
Κακῶς ταριχευθέντα παμφθάρτῳ μόρῳ.
Τοιοῖσδε χρησμοῖς ἆρα χρὴ πεποιθέναι·
Κ' εἰ μὴ πέποιθα, τοὖργον ἐξεργαστέον·
Πολλοὶ γὰρ εἰς ἓν ξυμπιτνοῦσιν ἵμεροι
(Θεοῦ τ' ἐφετμαὶ, καὶ πατρὸς πένθος μέγα,
Καὶ προσπιέζει χρημάτων ἀχηνία),
Τὸ μὴ πολίτας εὐκλεεστάτους βροτῶν,
Τροίας ἀναστῆρας εὐδόξῳ φρενὶ,
Δυεῖν γυναικοῖν ὧδ' ὑπηκόους πέλειν·
Θήλεια γὰρ φρήν· εἰ δὲ μὴ, τάχ' εἴσεται.

ΧΟΡΟΣ.

'Αλλ', ὦ μεγάλαι Μοῖραι, Διόθεν

natum); et talibus nec crateris participes fieri, nec libationis guttae licere; domo autem quominus eum quis recipiat, prohibere neglectam patris iram, nec quemquam simul cum eo navem solvere, itaque omnino contemtum et exosum tandem mori, perniciosa tabe misere maceratum. Hisce igitur oraculis me fas est credere; ac si non crederem, tamen patrandum esset facinus: multa enim in unum conveniunt desideria (et dei iussa, et luctus ob patrem magnus, et inopia facultatum urget) ne cives omnium celeberrimi, Troiae fortissimi eversores, duarum mulierum sic imperio subsint; muliebris enim animus est; aut nisi ita sit, mox experietur.

Chorus. At, o magnae

Τᾶδε τελευτᾶν,
Ἧι τὸ δίκαιον μεταβαίνει!
„Ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ
Γλῶσσα τελείσθω," τοὐφειλόμενον
Πράσσουσα Δίκη μέγ' ἀϋτεῖ,
„Ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν
Πληγὴν τινέτω." Δράσαντι παθεῖν,
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

στροφὴ ά. Ὦ πάτερ, αἰνόπατερ, τί σοι
Φάμενος, ἢ τί ῥέξας
Τύχοιμ' ἂν, ἕκαθεν οὐρίσας
Ἔνθα σ' ἔχουσιν εὐναί;
Σκότου φάος ἔς' ἄμοιρον,
Χάριτος δ' ὅμοιος
Κέκληται γόος εὐκλεὴς
Προσθοδόμοις Ἀτρείδαις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀντιστρ. ά. Κλῦθί νυν, ὦ πάτερ, ἐν μέρει
Πολυδάκρυτα πένθη!

Parcae, Iovis nutu hac via finite, qua Iustitia incedit! Iustitia nimirum magna voce clamat: „Maledicentia quidem maledicentiae retribuatur," debitum exigens alta voce Iustitia clamat, „caedi vero caedes." *Ei, qui deliquerit, patiendum!* hoc pervetustum clamat proverbium.

Orestes. O pater, infelix pater, quid tibi dicam, aut quid faciam, peregre huc adveniens, ubi te sepulcrum tenet? Lux tenebrarum immunis est, sed gaudii aequalem dico luctum in honorem Atridae, pristini aedium domini.

Electra. Audi igitur, o pater, vicissim flebiles que-

Δίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος
Θρῆνος ἀναςενάζει·
Τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται
Φυγάδας θ' ὁμοίως.
Τί τῶνδ' εὖ; τί δ' ἄτερ κακῶν;
Οὐκ ἀτρίακτος ἄτα;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρήζων
Θείη κελάδους εὐφθογγοτέρους,
Ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων
Παίων μελάθροις ἐν βασιλείοις
Νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

στροφὴ β'. Εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ
Πρός τινος Λυκίων, πάτερ,
Κατηναρίσθης δορίτμητος!
Λιπὼν ἂν εὔκλειαν ἐν δόμοισι,
Τέκνων τε κελεύθοις
Ἐπίςρεπτον αἰῶνα κτίσσας

relas! Duorum liberorum sepulcralis lessus tibi ingemiscit, et sepulcrum supplices pariter atque exsules accepit. Quid horum bonum? Quid sine malis? Nonne inexpugnabilis est calamitas?

Chorus. At enim deus, ubi voluerit, ex hisce parare possit laetiores voces, et pro sepulchralibus naeniis forsan Paean amicum denuo receptum in aedes regias introduxerit.

Orestes. Utinam enim ante Ilium ab aliquo Lyciorum, o pater, hasta percussus occubuisses! Gloria enim domi relicta, et liberorum vitae invidenda fortuna parata, habuisses in

Πολύχωστον ἂν εἶχες
Τάφον διαποντίου γᾶς
Δώμασιν εὐφόρητον,
Φίλος φίλοισι τοῖς ἐκεῖ καλῶς θανοῦσι
Κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων
Σεμνότιμος ἀνάκτωρ,
Πρόπολός τε τῶν μεγίστων
Χθονίων ἐκεῖ τυράννων·
Βασιλεὺς γὰρ ἦς, ὄφρ' ἔζης,
Μόριμον λάχος πιπλάντων
Χεροῖν πεισιβρότου τε βάκτρου.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀντιστρ. β'. Μὴ δ' ὑπὸ Τρωΐοις
Τείχεσι φθίμενος, πάτερ,
Μετ' ἄλλῳ λαῷ δορικμῆτι,
Παρὰ Σκαμάνδρου πόρον τέθαψαι.
Πάρος δὲ, κανόντ' ἢ
Κτανόντεσσιν οὕτω δαμῆναι,
Θανατηφόρον αἶσαν
Πρόσω τινὰ πυνθάνεσθαι,
Τῶνδε πόνων ἄπειρον.

terra transmarina amplissimum sepulcrum familiae tolerabile, amicus inter amicos, illic decora morte defunctos, sub terra insignis, venerandus rex et summorum regum apud inferos dux: eras enim, quoad vivebas, rex, munus fatale explentibus manibus et sceptro populum regente.

Electra. Non autem sub Troiae moenibus occisus, pater, cum alio bellicoso populo, ad Scamandri fluentum sepultus es. Potius vero erat, quem interfectorem sic ab interfectoribus domari, e longinquo aliquem mortem renuntiatam audire, horum malorum expertem.

ΧΟΡΟΣ.

Τέκνον, φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει
Πυρὸς μαλερὰ γνάθος,
Φαίνει δ' ὕστερον ὀργάς.
Ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων,
Ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων.
Πατέρων τε καὶ τεκόντων
Γόος ἔνδικος ματεύει
Τὸ πᾶν ἀμφιλαφεῖς ταράσσειν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

στροφὴ γ'. Τοῦτο διαμπερὲς οὖς ἵκεθ' ἅπερ τε βέλος!
Ζεῦ, Ζεῦ, κάτωθεν ἀμπέμπων
Ὑστερόποινον ἄταν
Βροτῶν τλήμονι καὶ πανούργῳ
Χειρὶ, τοκεῦσιν ὅπως τελῆται!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι
Πευκάεντ' ὀλολυγμὸν, ἀνδρὸς
Θεινομένου, γυναικός τ' ὀλλυμένας!

Chorus. O fili, mentem defuncti non domat flammae vorax mala; sed postea iras manifestat. Lugeturque occisus, et manifestatur qui laesit. Iustus autem luctus patrum matrumque causa susceptus omnibus modis potentes conturbare studet.

Orestes. Hoc aurem meam penetravit tanquam sagitta! O Iupiter, Iupiter, qui ab inferis sursum mittere soles tarde punientem vindictam audaci et vafrae mortalium manui, cura ut parenti perficiatur.

Electra. Utinam mihi contingat, acclamare facibus comitatam eiulationem, viro percusso, et muliere per-

Τί γὰρ κεύθω φρένα θεῖον; ἔμπας
Ποτᾶται πάροιθέν γε πρώρας
 Δριμεῖα κραδίᾳ
Θυμὸς ὃς ἔγκειται στυγνός.

ΧΟΡΟΣ.

Ταῦτα μὲν, ὦ παῖ, κρείσσονα χρυσοῦ,
Καὶ Ὑπερβορέων μείζονα φωνεῖς,
Ὀδύναν εὔχαριν· ἀλλὰ (διπλῆς γὰρ
Τῆσδε μαραίνης δοῦπος ἱκνεῖται)
Τοὶ μὲν ἀρωγοὶ κατὰ γῆς ἤδη,
Τῶν δὲ κρατούντων χέρες οὐχ ὅσιαι.
 Στυγερὸν τοῦτ' οὖν,
Παισὶ δὲ μᾶλλον, γεγένηται.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀντιστρ. γ'. Εἴ ποτ' ἂν ἀμφιθαλὴς Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι
(Φεῦ, φεῦ) κάρανα δαΐξας,
 Πιστὰ γένοιτο χώρα.
Δίκαν δ' ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ.
Κλῦτε δὲ τὰ, χθονίων, τι, τιμαί!

dita! Quid enim occulto divinum animum? tamen ante vultum volat, quae acre cor urget, tristis ira.

Chorus. Haec quidem, o filia, auro meliora et Hyperboreis maiora dicis, decorum dolorem; at (duplicis enim huius flagelli sonus ingruit) auxiliatores quidem sub terra sunt; illorum vero, qui imperant, manus haud purae. Odiosum igitur hoc, magisque liberis.

Electra. Si aliquando Iupiter interficiens manum potentibus iniiciat capitibus, pignus habuerit terra. Iustam poenam ab iniustis exposco. Audite haec, inferorum vos imperia!

ΧΟΡΟΣ.

Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον
Κέαρ, τόνδε κλύουσαν οἶκτον.
Καὶ τότε μὲν δύςελπις, σπλάγχνα δέ μοι
Κελαινοῦται πρὸς ἔπος κλαούσῃ·
Ὅταν δ' αὖτ' ἐπ' ἀλκῆ θρασεῖα,
Ἀπέϛαξεν ἄχος,
Πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ϛροφὴ δ'. Παπαὶ δὴ, νερτέρων τυραννίδες,
Ἴδετε, πουλυκρατεῖς Φθιμένων Ἀραὶ,
Ἴδεσθ' Ἀτρειδᾶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως
Ἔχοντα καὶ δωμάτων ἄτιμα!
Πᾶ τίς τράποιτ' ἂν, ὦ Ζεῦ;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ νόμος μὲν φονίας ϛαγόνας
Χυμένας ἐς πέδον, ἄλλο προςαιτεῖν
Αἷμα. Βοᾷ γὰρ λοιγὸς Ἐριννὺν
Παρὰ τῶν προτέρων φθιμένων ἄταν
Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτᾳ.

Chorus. Iterum mihi concutitur cor hancce querelam audienti. Ac modo quidem despero, et viscera mihi obnubilantur ad verba tua lacrimanti; sin autem rursus auxilio confido, defluit anxietas, ita ut bonum mihi hoc videatur.

Orestes. Eheu, inferorum reginae, videte, o praepotentes inferorum Dirae, Atridarum reliquias in discrimine versantes, et aedium ignominiam! Quorsum quis, o Iupiter, convertatur?

Chorus. At lex est, sanguinis guttas in terram profusas, alium sanguinem deposcere. Vocat enim pernicies Furiam, quae cladi ex iis, qui prius interfecti sunt, novam cladem superinducit.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀντιστρ. δ'. Τί δ' εἰπόντες τύχοιμεν, ἢ τάπερ
Πάθομεν ἄχθεα τεκομένων γε πρὸς
Πάρεστι σαίνειν; τὰ δ' οὔτι θέλγεται.
Λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων, ἄσαντος
Ἐκ ματρός ἐστι θυμός.

στροφὴ έ. Ἔκοψε κόμμον Κισσίοις
Πολεμίστρια νόμοις!
Ἀπριγδα πολύπληκτ' ἦν ἰδεῖν
Ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα.
Ἄνωθεν ἀνέκαθεν κτύπῳ δ' ἐπιῤῥοθεῖ
Κροτητὸν ἀμὸν καὶ πανάθλιον κάρα.
Ἰὼ δαΐα πάντολμε μᾶτερ,
Δαΐαισιν ἐκφοραῖς
Ἄνευ πολιτᾶν ἄνα-
κτ', ἄνευ δὲ πενθημάτων,
Ἔτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι.
Ἐμασχαλίσθη δέ θ', ὡς τόδ' εἰδῇς,
Ἔπρασσε δ' ἅπερ νιν, ὧδε θάπτει

Electra. Quid igitur dicamus? an vero licet calamitates a parente exortas blandis verbis extenuare? At enim illa non leniuntur: implacabilis enim, lupi voracis instar, ex matre est animus.

Icit ictum Martium haec Cissio more bellatrix! Non desinentes multas ingeminatas videre licebat manus plagas. Superne vero e longinquo crepitibus respondebat caput meum quoque miserum percussum. Heu infensa facinorosa mater, ausa es, hostili funere absque civium comitatu, et absque luctu indefletum maritum regem sepelire! Truncatus autem fuit, ut hoc scias; et quo modo eum interfecit, eodem se-

Μόρον κτόνου μωμένα
Ἄφερτον αἰῶνι σῷ.
Κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀντιστρ. ε. Πατρῴϊον λέγεις μόρον;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐγὼ δ' ἀπεστάτουν
Ἄτιμος, οὐδὲν ἀξία·
Μυχοῦ δ' ἄφερκτος, πολυσίνου κυνὸς δίκαν,
Ἑτοιμότερα γέλοιος ἀνέφερον λίβη,
Χαίρουσα πολύδακρυν γόον κεκρυμμένα. —
Δι' ὤτων δὲ συντέτραινε μῦθον
Ἡσύχῳ φρενῶν βάσει·
Τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει,
Τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν·
Πρέπει δ' ἀκάμπτῳ μένει κατῆξαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὸ πᾶν ἀτίμως ἔλεξας, οἴμοι!

pelivit, sortem necis desiderans tibi intolerabilem. Audis patris miserias inhonestas.

Orestes. An patris narras infortunium?

Electra. Ergo vero recessi contemta, nihili aestimata, penetralibusque exclusa, noxiae canis instar, paratiores ridens effudi guttas, gavisa, quod lacrymabilem luctum celarem. Dicta igitur per aures quieto animi fundamento infige: nam ista quidem ita se habent; cetera vero ipse cognoscere stude; et decet inflexibili robore irruere.

Orestes. Omnia, quae mihi narrasti, hei mihi, ignominiosa sunt.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἆρα τίσει;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἕκατι μὲν δαιμόνων,
Ἕκατι δ' ἀμᾶν χερῶν.
Ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν!

στροφὴ ς'. Σέ τοι λέγω· ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα,
Στάσις δὲ πάγκοινος ἅδ' ἐπιῤῥοθεῖ·
Ἄκουσον ἐς φάος μολὼν,
Ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀντιστρ. ς'. Ἄρης Ἄρει ξυμβαλεῖ, Δίκα Δίκᾳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰὼ, θεοὶ, κραίνετ' ἐνδίκως δίκας!

ΧΟΡΟΣ.

Τρόμος μ' ὑφέρπει κλύουσαν εὐγμάτων.
Τὸ μόρσιμον μένει πάλαι,
Εὐχομένοις δ' ἂν ἔλθοι.

Electra. Patris igitur ignominiam punies?

Orestes. Auxilio quidem deorum, auxilioque manuum mearum. Deinde, si interfecero, moriar.

Te igitur compello, adsis, o pater, amicis!

Electra. Ego vero cum lacrymis accino, totusque chorus sic acclamat: Audi, in lucem rediens, et nobiscum sis adversus hostes!

Orestes. Mars Marti collidetur, Vindicta Vindictae.

Electra. O dii, iuste perficite ultionem!

Chorus. Tremor me occupat vota audientem. Fatalia olim nos manent; votis vero venientia respondeant.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

στροφὴ ζ'. Ὦ πόνος ἐγγενὴς,
Καὶ παράμουσος ἄτας
Αἱματόεσσα πλαγά!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰὼ Διόθεν ἄφερτα κήδη!
Ἰὼ δυςκατάπαυστον ἄλγος!

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. ζ'. Δώμασιν ἔμμορον
Τοῦθ' ἑκὰς, οὐκ ἀπ' ἄλλων
Ἔκτοθεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν
Αἰῶν' ἀναιρεῖν. Αἱματηρᾶν
Θεᾶν τᾶν κατὰ γᾶς ὅδ' ὕμνος.

Ἀλλὰ κλύοντες, μάκαρες χθόνιοι,
Τῆςδε κατευχῆς, πέμπετ' ἀρωγὴν
Παισὶ προφρόνως ἐπὶ νίκην!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πάτερ, τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανὼν,
Αἰτουμένῳ μοι δὸς κράτος τῶν σῶν δόμων!

Orestes. Heu aerumna domestica, et dissona calamitatis cruenta plaga!

Electra. O intolerabiles a Iove immissos luctus! Heu dolorem haud sedandum!

Chorus. Aedibus dudum hoc fatale est, non aliis extraneis, sed sibimetipsis vitam eripere. Hic est sanguinearum dearum sub terra hymnus.

At audientes vos, o beati dii inferi, hasce preces, liberis benevole opem ad obtinendam victoriam mittite!

Orestes. O pater, more haud regio caese, precanti mihi domus tuae imperium largire.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κἀγὼ, πάτερ, τοιάνδε σου χρείαν ἔχω,
Φυγεῖν με γοῦν προςθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὕτω γὰρ ἄν σοι δαῖτες ἔννομοι βροτῶν
Κτιζοίατ᾽· εἰ δὲ μὴ, παρ᾽ εὐδείπνοις ἔσει
Ἄτιμος ἐμπύροισι κνισσωτοῖς χθονός.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κἀγὼ χοάς σοι τῆς ἐμῆς παγκληρίας
Οἴσω πατρῴων ἐκ δόμων κειμήλια,
Πάντων δὲ πρῶτον τόνδε πρεσβεύσω τάφον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ Γαῖ᾽, ἄνες μοι πατέρ᾽ ἐποπτεῦσαι μάχην!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ᾽ εὔμορφον κράτος!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μέμνησο λουτρῶν, οἷς ἐνοσφίσθης, πάτερ!

Electra. Et ego, pater, hoc a te peto, ut saltem Aegistho illatam caedem effugiam.

Orestes. Sic enim legitima tibi mortalium sacrificia fient; sin minus, inter sacrificiorum epulas nidorem dantes tu honore carebis.

Electra. Ego quoque tibi inferias, totius hereditatis meae ex domo paterna thesaurum feram, et ante omnia hoc sepulcrum honorabo.

Orestes. O Terra, da mihi, ut pater inspiciat pugnam!

Electra. Tuque, o Proserpina, da praeclaram victoriam!

Orestes. Memento balneorum, quibus interfectus es, pater!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μέμνησο δ' ἀμφίβληστρον, ᾧ σ' ἐκαίνισαν!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ....

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Αἰσχρῶς τε βουλευτοῖσιν ἐν καλύμμασιν!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἆρ' ἐξεγείρει τοῖσδ' ὀνείδεσιν, πάτερ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἤτοι Δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις,
Ἐχθροῖς θ' ὁμοίας ἀντίδος βλάβας λαβεῖν,
Εἴπερ κρατηθείς γ' ἀντινικῆσαι θέλεις!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ τῆσδ' ἄκουσον λοισθίου βοῆς, πάτερ,
Ἰδὼν νεοσσοὺς τούσδ' ἐφημένους τάφῳ!
Οἴκτειρε θῆλυν, ἄρσενας θ' ὁμοῦ γόνους,

Electra. Memento retis, quo te interemerunt!

Orestes. Catenis non ferreis captus es, pater....

Electra. Turpiterque dolosis in velaminibus.

Orestes. Numquid excitaris his opprobriis, pater?

Electra. Num erectum tollis carissimum caput tuum?

Orestes. Iustitiam igitur mitte amicorum in pugna sociam, et fac, hostes ut similia damna accipiant, si quidem victus vicissim vincere cupis.

Electra. Et hunc extremum audi clamorem, pater, pullos hosce tumulo tuo insidentes videns! Miserere femellae pariter ac masculae prolis, nec semen hoc

Καὶ μὴ 'ξαλείψῃς σπέρμα Πελοπιδῶν τόδε!
Οὕτω γὰρ οὐ τέθνηκας, οὐδέ περ θανών·
Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι
Θανόντι, φελλοὶ δ' ὣς ἄγουσι δίκτυον,
Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωςῆρα σώζοντες λίνου.
Ἄκου'! ὑπέρ σου τοιάδ' ἐς' ὀδύρματα.
Αὐτὸς δὲ σώζων τό γέ σ' ἀτιμάσαν λέχος,
Καὶ μὴ δ' ἀμεμφῆ τῶν τέκνων τίων λόγον,
Τίμημα τύμβου τοῖςδ' ἀνοιμώκτου τύχης.
Τὰ δ' ἄλλ', ἃ παισὶ δρᾷν κατώρθωσαι φρενὶ,
Ἕρδοις ἂν ἤδη, δαίμονος πειρώμενος!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔςαι· πυθέσθαι δ' οὐδέν ἐς' ἔξω δρόμου,
Πόθεν χοὰς ἔπεμψεν, ἐκ τίνος λόγου
Μεθύςερον τιμῶσ' ἀνήκεςον πάθος.
Θανόντι δ', οὐ φρονοῦντι, δειλαία χάρις
Ἐπέμπετ'· οὐκ ἔχοιμ' ἂν εἰκάσαι τάδε
Τὰ δῶρα, μείω δ' ἐςὶ τῆς ἁμαρτίας·

Pelopidarum extinguas. Sic enim ne mortuus quidem morieris; liberi enim viro mortuo fama servatrix, et sicut suberes, sustinent rete, contortum funiculum ex fundo servantes. Audi! pro te funduntur hae querelae. Ipse autem servans, quae te ignominia affecit, coniugem, neque inculpatum hunc sermonem honorans, honorem tumuli hisce indefleti nactus fueris. Ceterum, quae liberis facere apud animum decreveris, iam patra, fortunam experiens!

Orestes. Fiet; sed non declinatur de via, si quaeram, quam ob causam inferias miserit, et cur sero insanabilis mali rationem habeat. Mortuo quidem nihil sentienti miserum munus missum est; neque habeo de his donis quid statuam; sed peccato minora

Τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας ἀνθ' αἵματος
Ἑνὸς, μάτην ὁ μόχθος· ὧδ' ἔχει λόγος.
Θέλοντι δ', εἴπερ οἶσθ', ἐμοὶ φράσον τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Οἶδ', ὦ τέκνον· παρῆν γάρ· ἔκ τ' ὀνειράτων
Καὶ νυκτιπλάγκτων δειμάτων πεπαλμένη
Χοὰς ἔπεμψε τάσδε δύσθεος γυνή.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἦ καὶ πέπυσθε τοὔναρ, ὥστ' ὀρθῶς φράσαι;

ΧΟΡΟΣ.

Τεκεῖν δράκοντ' ἔδοξεν, ὡς αὐτὴ λέγει...

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ ποῖ τελευτᾷ τοι, καρανοῦσθαι, λόγος;

ΧΟΡΟΣ.

Ἐν σπαργάνοις δὲ παιδὸς ὁρμῆσαι δίκην
Τινὸς βορᾶς χρῄζοντα, νεογενὲς δάκος,
Καὐτὴ προσέσχε μαζὸν ἐν τὠνείρατι.

sunt: etenim si quis pro una caede omnes facultates effundere velit, frustra id faciat; ita se res habet. Cupienti igitur mihi, si modo nosti, haec enarra.

Chorus. Novimus autem, o fili; ipsae enim affuimus: somniis enim et nocturnis terriculamentis agitata hasce inferias misit impia mulier.

Orestes. Num etiam audivistis somnium, ut vere possitis narrare?

Chorus. Visa est draconem peperisse, ut ipsa dicit...

Orestes. Et quem finem habuit, ut breviter dicas, res?

Chorus. Et in fasciis prorupisse, tanquam infantem, cibi illum avidum, recens natam belluam; et ipsa praebuit mammam in somnio.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ πῶς ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ ςύγους;

ΧΟΡΟΣ.

Ὥςτ' ἐν γάλακτι θρόμβον αἵματος σπάσαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὔτοι μάταιον ὕδρος ὄψανον πέλει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡ δ' ἐξ ὕπνου κέκραγεν ἐπτοημένη.
Πολλοὶ δ' ἀνῆθον, ἐκτυφλωθέντες σκότῳ,
Λαμπτῆρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν·
Πέμπει τ' ἔπειτα τάςδε κηδείους χοὰς,
Ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἀλλ' εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ,
Τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεςφόρον.
Κρίνω δέ τοί νιν ὧδε συγκόλλως ἔχειν.
Εἰ γὰρ τὸν αὐτὸν χῶρον ἐκλείπων ἐμοὶ
Ὄφις τε παῖς ἐν σπαργάνοις ὡρμίζετο,

Orestes. Et quomodo invulneratum uber mansit ab hoc monstro?

Chorus. Ita ut cum lacte grumum sanguinis educeret.

Orestes. Sane haud vanum visum hydrus est.

Chorus. Illa autem e somno exterrita exclamavit. Multaeque faces, per noctem extinctae, in aedibus accensae sunt dominae gratia; ac deinde has inferias misit, sperans eas poenarum remedia fore.

Orestes. Ego vero supplex veneror hanc terram et patris sepulcrum, ut illud somnium mihi ratum sit. Iudico autem illud hoc modo cohaerere: Si enim serpens mecum ex eodem utero natus, et infantis instar,

Καὶ μασθὸν ἀμφέχασκ' ἐμὸν θρεπτήριον,
Θρόμβῳ δ' ἔμιξεν αἵματος φίλον γάλα,
Ἡ δ' ἀμφιταρβὴς τῷδ' ἐπῴμωξεν πάθει,
Δεῖ τοί νιν, ὡς ἔθρεψεν ἔκπαγλον τέρας,
Θανεῖν βιαίως· ἐκδρακοντωθεὶς δ' ἐγὼ
Κτενῶ νιν, ὡς τοὔνειρον ἐννέπει τόδε.
Τερασκόπον δὲ τῶνδέ σ' αἱροῦμαι πέρι.

ΧΟΡΟΣ.

Γένοιτο δ' οὕτως! Τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις·
Τοὺς μέν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος· τήνδε μὲν στείχειν ἔσω,
Αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάσδε συνθήκας ἐμὰς,
Ὡς ἂν, δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον,
Δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν, ἐν ταυτῷ βρόχῳ
Θανόντες, ᾗ καὶ Λοξίας ἐφήμισεν,

in fasciis cubuit, et mammam infantiae meae nutricem suxit, sanguinisque grumum lacti cognato immiscuit, illa autem propter terrorem super hoc eventu ingemuit, oportet igitur illam, sicut terribile monstrum nutrivit, violenta morte perire; egoque, draco factus, eam occidam, ut somnium illud loquitur. Et horum quidem augurem te sumo.

Chorus. Ita igitur fiat! Verum cetera amicis expone, alios quidem facere, alios autem omittere aliquid iubens.

Orestes. Simplex oratio: ut haec quidem introeat, moneoque, ut haec mea consilia celet, ut, cum dolo occiderint virum venerandum, dolo quoque capiantur, in eodem laqueo morientes, quomodo etiam Loxias rex Apollo praece-

Ἄναξ Ἀπόλλων, μάντις ἀψευδὴς τὸ πρίν.
Ξένῳ γὰρ εἰκὼς παντελὲς σάγην ἐγὼ
Ἥξω ξὺν ἀνδρὶ τῷδ' ἐφ' ἑρκείους πύλας
Πυλάδῃ, ξένος τε καὶ δορύξενος δόμων.
Ἄμφω δὲ φωνὴν ἥσομεν Παρνησίδα,
Γλώσσης ἀϋτὴν Φωκίδος μιμουμένω.
Καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ
Δέξαιτ', ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς.
Μενοῦμεν οὖν τὼς, ὥστ' ἐπεικάζειν τινὰ
Δόμοις παραστείχοντα, καὶ τάδ' ἐννέπειν·
Τί δὴ πύλῃσι τὸν ἱκέτην ἀπείργετε;
Αἴγισθος εἴπερ οἶδεν ἔνδημος παρὼν...
Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βηλὸν ἕρκειον πυλῶν,
Κἀκεῖνον ἐν θρόνοισιν εὑρήσω πατρὸς,
Ἢ δ' αὖ μολοῦσα παιδί μοι κατὰ στόμα
Ἐρεῖ, σάφ' ἴσθι, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖ,
Πρὶν αὐτὸν εἰπεῖν, „Ποδαπὸς ὁ ξένος;“ νεκρὸν

pit, vates haud antea fallax repertus. Hospiti enim vestitu omnino similis, veniam una cum hoc viro, Pylade, ad aulae portas, hospes cum hospite harum aedium. Ambo autem voce Parnaside loquemur, linguae Phocicae sonum imitantes. Et sane nemo ianitorum benevolo animo nos excipiat, quoniam domus malis insanit. Manebimus sic igitur, ut aliquis domum praetereuntium persentiscat, et haec dicat: Quid autem supplicem hunc a portis abigitis? Si quidem Aegisthus hoc domi praesens resciverit . . . ! Quodsi ergo transgressus fuero portae aulicae limen, eumque in solio patris sedentem invenero, illa vero mihi filio obviam procedens in os loquetur, probe scito, atque oculos in me coniiciet, antequam ille dixerit: Cuias

Θήσω, ποδώκει περιβαλὼν χαλκεύματι·
Φόνου δ' Ἐριννὺς οὐχ ὑπεσπανισμένη
Ἄκρατον αἷμα πίεται τρίτην πόσιν.
Σὺν οὖν σὺ μὲν φύλασσε τὰν οἴκῳ καλῶς,
Ὅπως ἂν ἀρτίκολλα συμβαίνῃ τάδε·
Ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια.
Τὰ δ' ἄλλα τῷ θεῷ δεῦρ' ἐποπτεῦσαι λέγω,
Ξιφηφόρους ἀγῶνας ὀρθώσαντί μοι.

est hospes? eum celeri ferro adortus mortuum sistam, et Erinnys cruore haud carens meri sanguinis tertium potum ebibet. Mecum igitur tu, quae in aedibus observanda sunt, diligenter observa, ut haec apte inter se congruant; vos vero hortor, ut lingua bene ominata sitis ita, ut et sileatis, ubi opus erit, et tempestiva loquamini. Quod reliquum est, deum precor, ut huc respiciat, huic gladii certamini felicem successum praebens.

Χ Ο Ρ Ο Σ.

στροφὴ ά. Πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει
Δεινὰ δαιμόνιων ἄχη,
Ποντίαι τ' ἀγκάλαι κνωδάλων
Ἀνταίων βροτοῖς
Πλάθουσι, βλάπτει καὶ πεδαιφνίου
Λαμπάδος πεδάορον
Πτανά τε καὶ πεδοβάμονα, κἀνεμόεντα
Αἰγίδων φράσαι κότον·

ἀντιστρ. ά. Ἀλλ' ὑπερτέλλον ἀν-
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι,
Καὶ γυναικῶν φύσιν τλαμόνων,
Καὶ παντολμίας
Ἔρωτος ἄταις ξυννόμους βροτῶν;
Εὐζύγους δ' ὁμαυλίας
Θηλυκρατὴς ἀπέρωπος ἔρως παρανικᾷ
Κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.

SCENA III.

C H O R U S.

Multa quidem terra nutrit terribilia, divinitus immissa mala, marinique recessus beluis infestis abundant, et sublime rapidi fulminis nocet volucribus et quadrupedibus, nec non ventosam procellarum rabiem praedicarint:

Sed haec superantes virorum spiritus quis enarret, et mulierum naturam pessimarum, et quidlibet audendi libidines amoris, cum calamitatibus homini coniunctas? Felicia autem coniugia animalium pariter atque hominum vincit immanis amor, muliebri animo imperans.

στροφὴ β'. Ἴστω δ', ὅστις οὐχ ὑποπτέροις
Φροντίσιν δαεὶς,
Τὰν ἁ παιδολύμας
Τάλαινα Θεστιὰς μήσατο
Πυρδαῆ τινα πρόνοιαν,
Αἴθουσα παιδὸς δαφοινοῦ
Δαλὸν ἥλικ', ἐπεὶ μολὼν
Ματρόθεν κελάδησε,
Ξύμμετρόν τε διαὶ βίου
Μοιρόκραντον ἐς ἦμαρ.

ἀντιστρ. β'. Κἄλλαν δεῖ τιν' εὐλόγως στυγεῖν,
Φοινίαν Σκύλλαν,
Ἅτ' ἐχθρῶν ὑπαὶ φῶ-
τ' ἀπώλεσεν φίλον, Κρητικοῖς
Χρυσεοκμήτοισιν ὅρμοις
Πεισθεῖσα, δώροισι Μίνω,
Νῖσον ἀθανάτας τριχὸς
Νοσφίσασ', ἀπροβούλως
Πνέονθ', ἁ κυνόφρων, ὕπνους·
Κιχάνει δέ μιν Ἑρμῆς.

Animadvertat autem, quicunque nondum alata hoc mente cognoverit, infelicem illam, quam filii perditrix, infelix Thestii filia, excogitavit astutiam quandam flammiferam, incendens cruenti filii aequalem torrem, ex quo a matre proveniens eiulavit, congruumque per vitam usque ad fatalem diem.

Aliamque praeterea merito oportet abominari cruentam Scyllam, quae hostibus urbem obsidentibus virum cognatum perdidit, Cretico aureo monili, dono Minoïs, corrupta, Nisum immortali crine spolians, imprudenter somnos, impudens mulier, spirantem. Sed assecutus est ipsam Mercurius.

στροφὴ γ'. Ἔπειτ' ἐπιμνησόμεσθ' ἀμειλίχων
Πόνων ἀκραίους, τὸ δυσφιλὲς γαμή-
λευμ', ἀπεύχετον δόμοις,
Γυναικοβούλων τε μήτιδας φρενῶν
Ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ,
Ἐπ' ἀνδρὶ δάης ἐπικρατεῖ, σεβα-
στῶν δεινὰ θερμαντὸν ἑστίαν δόμων,
Γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν.

ἀντιστρ. γ'. Κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον
Λόγῳ, γοᾶται δὲ δήποθεν κατά-
πτυστον· εἴκασεν δέ τις
Τόδ' αἰνὸν ἂν Λημνίοισι πήμασι.
Θεοστυγήτῳ δ' ἄγει
Βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος·
Σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς.
Τί τῶνδ' οὐκ ἐνδίκως ἀγεύω;

στροφὴ δ'. Ὁ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος
Διανταίαν ὀξυπευκὲς ὠθεῖ

Porro autem memorabimus immitium dolorum summos, invisum connubium, aedibus abominandum, et muliebris consilia mentis adversus virum bellicosum, adversus virum hostilis terrae expugnatorem, venerandarum aedium crudeliter calefactum focum, femineum gladium immaniter audacem.

In malis vero facinoribus celebratur Lemnium, et ab omni parte cum abominatione deploratur; hoc autem scelus comparare solet non nemo cum Lemnio facinore. Ob piacula autem deo exosa genus mortalium inhonoratum est; nemo enim id, quod diis invisum est, colit. Ecquid horum iure non defleam?

Hic igitur saevum in praecordia gladium merito adi-

Διαὶ δίκης· τὸ μὴ θέμις γὰρ λὰξ ποδῶν πατούμενον,
Τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκ-
βάντος οὐ θεμίστως.

ἀντιστρ. δ'. Δίκαις δ' ἐρείδεται πυθμὴν,
Προσχαλκεύει δ' αἶσα φασγανούργους,
Τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν αἱμάτων παλαιτέρων
Τὸ νέον μύσος χρόνῳ ῎κλυτος
Βυσσόφρων Ἐριννύς.

git: iniustitia enim pedibus conculcatur hominis omnem Iovis auctoritatem nefarie transgredientis.

Vindictis autem concutitur stirps, et gladio Fatum admovet ensiferos, caediumque pristinarum prolem, novum piaculum, aedibus infert sero lassata, profunde cogitans, Furia.

ΟΡΕΣΤΗΣ, ΠΥΛΑΔΗΣ, ΟΙΚΕΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Παπαὶ, ϑύρας ἄκουσον ἑρκείας κτύπον
Τὶς ἔνδον ὢν (παπαὶ, μάλ᾽ αὖϑις) ἐν δόμοις!
Τρίτον τόδ᾽ ἐκπείραμα δωμάτων καλῶ,
Εἴ πως φιλοξένη ᾽ςιν Αἰγίσϑου βίᾳ.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Εἶ᾽ οὖν, ἀκούω. Ποδαπὸς ὁ ξένος; πόϑεν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄγγελλε κυρίοισι τοῖσι δωμάτων,
Πρὸς οὕςπερ ἥκω καὶ φέρω καινοὺς λόγους.
Τάχυνε δ᾽, ὡς καὶ νυκτὸς ἅρμ᾽ ἐπείγεται
Σκοτεινὸν, ὥρα δ᾽ ἐμπόρους μεϑιέναι
Ἀγκύραν ἐν δόμοισι πανδόκοις ξένων.

SCENA IV.

ORESTES, PYLADES, SERVUS, CHORUS.

Orestes. Papae, aulicae portae sonitum aliquis audi intus (papae iterum clamo) domi! Tertium hoc clamo, aedium experimentum, an forte Aegisthus hospites benevole excipiat.

Servus. Age igitur, audio. Cuias es hospes? unde?

Orestes. Nuntia aedium dominis, ad quos venio novum nuntium afferens. Propera vero, iam enim quoque festinat noctis tenebricosus currus, et tempus est viatores ancoram iacere in aedibus hospites promiscue omnes excipientibus. Exeat vero quae-

Ἐξελθέτω τις δωμάτων τελεσφόρος
Γυνή, τόπαρχος· ἄνδρα δ', εὐπρεπέστερον·
Αἰδὼς γὰρ ἐν μὲν λέχεσιν οὖσ' ἐπαργέμους
Λόγους τίθησ', εἶπεν δὲ θαρσήσας ἀνὴρ
Πρὸς ἄνδρα, κἀσήμηνεν ἐμφανὲς τέκμαρ.

dam maturae aetatis mulier, aedium domina; virum tamen exire magis convenit: pudor enim, qui inest uxoribus, obscura reddit verba, sed vir cum viro fidenter loquitur, et aperte res significat.

ΟΡΕΣΤΗΣ, ΠΥΛΑΔΗΣ, ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ, ΗΛΕΚΤΡΑ, ΧΟΡΟΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ξένοι, λέγοιτ' ἂν, εἴ τι δεῖ· πάρεςι γὰρ
Ὁποῖά περ δόμοισι τοῖσδ' ἐπεικότα,
Καὶ θερμὰ λουτρὰ καὶ, πόνων θελκτήρια,
Στρωμνὴ, δικαίων τ' οὐ μάτην περιουσία.
Εἰ δ' ἄλλο πρᾶξαι δεῖ τι βουλιώτερον,
Ἀνδρῶν τόδ' ἐςὶν ἔργον, οἷς κοινώσομεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ξένος μέν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων·
Στείχοντα δ' αὐτόφορτον οἰκείᾳ σάλῃ
Ἐς Ἄργος, ὥςπερ δεῦρ' ἀπεζύγην πόδας,
Ἀγνὼς πρὸς ἀγνῶτ' εἶπε συμβαλὼν ἀνὴρ,

SCENA V.

ORESTES, PYLADES, CLYTAEMNESTRA, ELECTRA, CHORUS.

Clyt. Hospites, dicite, si quid opus est; adsunt enim, quae hanc domum decent, et calida lavacra, et, laborum lenimen, lectus, et iustorum haud frustra abundantia. Si quid vero aliud efficere oportet, in quo prudentiore consilio opus sit, virorum hoc negotium est, quibuscum communicabimus.

Orestes. Hospes quidem sum Dauliensis e Phocide; cum autem meapte sponte, propter familiarem curam Argos irem, ut viam huc ingressus sum, ignotus me ignotum allocutus est homo mihi obviam factus, sciscita-

Ἐξιςορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδὸν,
Στρόφιος ὁ Φωκεὺς (πεύθομαι γὰρ ἐν λόγῳ)·
„Ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν', εἰς Ἄργος κίεις,
Πρὸς τοὺς τεκόντας, πανδίκως μεμνημένος,
Τεθνεῶτ' Ὀρέςην εἰπὲ (μηδαμῶς λάθῃ),
Εἴτ' οὖν κομίζειν δόξα νικήσει φίλων,
Εἴτ' αὖ μέτοικον ἐς τόπον γ' ἀεὶ ξένον
Θάπτειν, ἐφετμὰς τάςδε πορθμεύσων πάλιν.
Νῦν γὰρ λέβητος χαλκέου πλευρώματα
Σποδὸν κέκευθεν ἀνδρὸς εὖ κεκαυμένου."
Τοσαῦτ' ἀκούσας, εἶπον. Εἰ δὲ τυγχάνω
Τοῖς κυρίοισι καὶ προςήκουσιν λέγων
Οὐκ οἶδα, τὸν τεκόντα δ' εἰκὸς εἰδέναι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οἲ 'γὼ, κατ' ἄκρας ἐνθάδ' ὡς πορθούμεθα!
Ὦ δυςπάλαιςε τῶνδε δωμάτων Ἀρὰ,
Ὡς, πολλεπωπὶς, κἀκποδὼν εὖ κείμενα
Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη,

tus et monstrans viam, Strophius Phocensis (nomen enim inter colloquendum didici), et: „Quandoquidem, amice," inquit, „alioquin Argos proficisceris, probe memor parentibus nuntia, Orestem mortuum esse (minime obliviscaris), sive igitur amicis placeat asportare, sive tanquam inquilinum in terram semper hospitalem sepelire, ea mandata rursus perlaturus. Nunc enim viri rite combusti cineres aenei lebetis latera operiunt." Haec, ut audivi, dixi. Utrum vero cum dominis et propinquis loquar, nescio; aequum tamen est, parentem rescire.

Electra. Heu, heu, funditus igitur sic periimus! O insuperabilis harum aedium Dira, ut, multa oculis perlustrans, et statim apte et bene disposita arcubus e longinquo bene colliman-

Φίλων ἀποψιλοῖς με τὴν παναθλίαν.
Καὶ νῦν Ὀρέςης (ἦν γὰρ εὐβούλως ἔχον,
Ἔξω κομίζειν ὀλεθρίου βηλοῦ πόδα),
Νῦν δ', ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
Ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν παρουσῶν, ἐκγράφει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ὧδ' εὐδαίμοσι
Κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον
Γνωςὸς γενέσθαι καὶ ξενωθῆναι· τί γὰρ
Ξένου ξένοισίν ἐςὶν εὐμενέςερον;
Πρὸς δυςσεβείας δ' ἦν ἐμοὶ τόδ' ἐν φρεσὶ,
Τοιόνδε πρᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις,
Καταινέσαντα καὶ κατεξενωμένον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὔτοι κυρήσεις μεῖον ἀξίων σέθεν,
Οὐδ' ἧσσον ἂν γένοιο δώμασιν φίλος·
Ἄλλος δ' ὁμοίως ἦλθεν ἂν τάδ' ἀγγελῶν.

tibus domans, infelicissimam me amicis spolias! Et iam quidem Orestes (prudenter enim factum erat, pedem extra hoc limen perniciosum efferre) iam igitur, quae pulchri in aedibus furoris medica erat spes praesentium, expungit.

Orestes. Equidem hospitibus tam beatis laetarum rerum causa voluissem innotescere hospitioque excipi; quid enim hospite hospitibus benevolentius? attamen religioni mihi duxi apud animum, rem tanti momenti amicis haud renuntiare, cum pollicitus atque hospitio exceptus essem.

Clyt. Non ideo minus accipies, quae te digna sunt, neque minus inter amicos domesticos numeraberis; alius enim nihilominus nuntiatum haec ve-

Ἀλλ' ἔσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους
Μακραῖς κελεύθοις τυγχάνειν τὰ πρόςφορα.
Ἄγ' αὐτὸν εἰς ἀνδρῶνας εὐξένους δόμων,
Ὀπισθόπους δὲ τούςδε καὶ ξυνεμπόρους,
Κἀκεῖ κυρούντων δώμασίν τι προςφόρει!
Αἰνῶ δὲ πράσσειν ὡς ὑπευθύνῳ τάδε.
Ἡμεῖς δὲ ταῦτα τοῖς κρατοῦσι δωμάτων
Κοινώσομέν τε κ', οὐ σπανίζοντες φίλων,
Βουλευσόμεσθα τῆςδε συμφορᾶς πέρι.

nisset. Sed iam tempus est, hospites per diem longo itinere occupatos, quae idonea sunt, nancisci. Duc eum in aedium conclavia hospitibus destinata, ac reversus etiam hunc comitem eius, et eorum, quae ibi adsunt domi, aliquid affer! Iubeo vero te ita facere, ut mihi rationem redditurus sis. Nos vero haec et cum aedium dominis communicabimus, et, cum amicis haud careamus, de hoc casu deliberabimus.

Χ Ο Ρ Ο Σ.

Εἶεν, φίλιαι δμωΐδες οἴκων
 Ποτὲ δὴ ςομάτων
Δείξομεν ἰσχὺν ἐπ' Ὀρέςῃ!
Ὦ πότνια Χθὼν, καὶ πότνι' ἀκτὴ
Χώματος, ἣ νῦν ἐπὶ ναυάρχῳ
Σώματι κεῖσαι τῷ βασιλείῳ,
Νῦν ἐπάκουσον! νῦν γὰρ ἀκμάζει,
Πειθὼ δολίαν ξυγκαταβῆναι,
Χθόνιον δ' Ἑρμῆν καὶ, τὸν νύχιον,
 Τοῖςδ' ἐφοδεῦσαι
 Ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν.

SCENA VI.

C H O R U S.

Agite iam, carae ancillae, intenta voce pro Orestis salute precemur! O alma Tellus, et venerande tumule, qui nunc super navium ducis regio cadavere congestus es, nunc audi! nunc enim tempus est, fraudulentam Suadam una introire, Mercuriumque inferum nocturnum immittere hisce gladiorum certaminibus.

ΧΟΡΟΣ, ΓΕΙΛΙΣΣΑ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔοικεν ὡνὴρ ὁ ξένος τεύχειν κακόν·
Τροφὸν γ' Ὀρέςου τήνδ' ὁρῶ κεκλαυμένην. —
Ποῖ δὴ πατεῖς, Γείλισσα, δωμάτων πύλας;
Λύπη δ' ἄμισθός ἐςί σοι ξυνέμπορος.

ΤΡΟΦΟΣ.

Αἴγισθον ἡ κρατοῦσα τοῖς ξένοις καλεῖν
Ὅπως τάχις' ἄνωγεν, ὡς σαφέςερον
Ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς τὴν νεάγγελτον φάτιν
Ἐλθὼν πύθηται τήνδε. Πρὸς μὲν οἰκέτας
Ἔθετο σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων
Κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις, καλῶς
Κείνῃ, δόμοις δὲ τοῖσδε παγκάκως ἔχειν,
Φήμης ὑφ' ἧς ἤγγειλαν οἱ ξένοι τορῶς.

SCENA VII.

CHORUS, GILISSA.

Chorus. Videtur hospes mali quid struere: nam Orestae hanc nutricem lacrymantem video. — Quorsum prodis, Gilissa, ex aedibus, gratis habens comitem tristitiam?

Nutrix. Hera Aegisthum me quam ocyssime ad hospites vocare iussit, ut vir a viro nuntium hunc recens allatum apertius praesens resciscat. Et adversus familiam quidem intra tristes oculos risum cohibuit, abscondens eum super casu, qui evenit, illi quidem bene, aedibus vero nostris pessime, secundum id quod clare nuntiarunt hospites.

Ἠ δ' ἀχλυοῦντ' ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον,
Εὖτ' ἂν πύθηται μῦθον. Ὦ τάλαιν' ἐγώ!
Ὥς μοι τὰ μὲν παλαιὰ συγκεκραμένα
Ἄλγη δύσοιστα, τοῖσδ' ἐν Ἀτρέως δόμοις
Τυχόντ', ἄδην ἤλγυνεν ἐν στέρνοις φρένα·
Ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδε πῆμ' ἀνεσχόμην.
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά·
Φίλον δ' Ὀρέστην, τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβὴν,
Ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη,
Καὶ νυκτίπλαγκτον ὀρθίων κελευσμάτων,
Καὶ πολλὰ καὶ μοχθήρ', ἀνωφέλητ' ἐμοὶ,
Τλᾶσ' οὖν — (τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ, ὡσπερεὶ βοτὸν,
Τρέφειν ἀνάγκη — πῶς γὰρ οὔ; — τριπροφρόνως·
Οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις,
Εἰ λιμὸς ἐνέδηξέν τις, ἢ λειψυδρία
Ἔχει· νέα δὲ νηδὺς ἀνταρκεῖ τέκνων·
Τούτων προμηθὴς οὖσα, πολλὰ δαίομαι·

Nae is obnubilatam exhilarabit mentem, ubi hunc sermonem audiverit. O me miseram! quoniam incidentes quidem iam olim dolores permixti vix ferendi in hisce Atrei aedibus animum satis in pectore mihi afflixerunt: at nondum talem calamitatem perpessa sum. Nam cetera quidem mala constanter tuli; carum autem Orestem, quem a matre acceptum nutrivi, et nocturnas vagationes ob claros vagitus et multa sponte alias aerumnas, mihi frustra susceptas ferens — (ratione enim non utentem pecudis ritu alere oportet — quidni enim? — ter provide: non enim loquitur infans adhuc in fasciis cubans, sive eum fames admordeat, sive aquae defectus male habeat; atque recens natorum puerorum venter obstinatus est. hisce ego pro-

Γναφεὺς τροφεύς τε ταυτὸν εἰχέτην τέλος·
Ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας
Ἔχουσ', Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί·)
Τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.
Στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον
Οἴκων· θέλων δὲ τῶνδε πεύσεται λόγων.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς οὖν κελεύει νὶν μολεῖν ἐσταλμένον;

ΤΡΟΦΟΣ.

Ὅπως; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ ξὺν λοχίταις, εἴ τε καὶ μονοστιβῆ;

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἄγειν κελεύει δορυφόρους ὀπάονας.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ νῦν σὺ ταῦτ' ἄγγελλε δεσπότῃ στύγει,
Ἀλλ', αὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς ἀδειμάντως κλύῃ,

spiciens, multa didici; fullo et educator idem habebant negotium; quo ego duplici manus officio functa, Orestem patri suscepi;) hunc igitur nunc mortuum esse misera audio. Vado autem ad virum huius domus perniciem; qui lubens hunc nuntium accipiet.

Chorus. Quomodo autem eum venire iubet instructum?

Nutrix. Quomodo, quaeris? Iterum dic, ut clarius intelligam.

Chorus. Utrum cum satellitibus, an solum?

Nutrix. Armatos iussit adducere satellites.

Chorus. Ne igitur invisa haec dicas domino; sed eum solum venire, ut sine timo-

Ἄνωχθ' ὅσον τάχιςα γηθούσῃ φρενί.
Εὐάγγελον δ' ἄκρυπτον ὀρθῶς εὐφρανεῖ.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἰ τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει ποτέ;

ΤΡΟΦΟΣ.

Καὶ πῶς; Ὀρέςης ἐλπὶς οἴχεται δόμων.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔπω· κακὸς δὲ μάντις ἂν γνοίη τάδε.

ΤΡΟΦΟΣ.

Τί φής; ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα;

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγγελλ' ἰοῦσα! πρᾶσσε τἀπεςαλμένα!
Μέλει θεοῖσιν ὧν περ ἂν μέλῃ πέρι.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἀλλ' εἶμι καὶ σοῖς ταῦτα πείσομαι λόγοις.
Γένοιτο δ' ὡς ἄριςα σὺν θεῶν δόσει!

re audiat, iube quam celerrime gaudente animo. Haud involutus autem laetus nuntius plene illum exhilarabit.

Nutrix. Tune igitur laetaris istis, quae nuntiata nunc fuere?

Chorus. At quid si Iupiter malorum aliquando finem statuat?

Nutrix. Et quomodo? Orestes, spes domus nostrae, periit.

Chorus. At nondum; malus vero vates haec scire possit.

Nutrix. Quid ais? Num praeter ista, quae relata sunt, aliud quid nosti?

Chorus. Abi nuntiatum! mandata exsequere! Dii curant, quae curant.

Nutrix. Eo vero, et dictis tuis in hac re obsequar. Deorum autem munere optime eveniat!

Χ Ο Ρ Ο Σ.

στροφ. ά. Νῦν παραιτουμένῃ μοι, πάτερ Ζεῦ θεῶν
Ὀλυμπίων, δὸς τύχας εὐτυχεῖς,
Κυρίους τ' εὖ σώφροσιν
Μαιομένους ἰδεῖν!
Διὰ δίκας πᾶν ἔπος
Ἔλακον εὖ, σὺ δέ νιν φυλάσσοις!

ἀντ. ά. Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖνιν, ζυγέν-
τ' ἐν ἅρμασιν πημάτων, εὖ δρόμῳ
Προστιθεὶς, δύσων μέτα,
Σωζόμενον ῥυθμῷ
Τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον,
Ἀνομένων καμάτων ὄρεγμα!

στροφὴ β'. Οὐ δὲ πρὸς ἐχθρῶν
Τῶν ἔσω μελάθρων θὲς, ὦ Ζεῦ,
Ἐπεί μίν γ' ἄρας, δίδυμα καὶ τριπλᾶ
Παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

SCENA VIII.

C H O R U S.

Nunc precanti mihi, o pater Iupiter deorum Olympiorum, da, felicia fata, dominosque probis benevolentes videre me cupientem! Iuste omnia haec dixi, tu autem ea serves!

Scito vero, te, ubi viri amici orbum pullum, currui calamitatum alligatum, stadio feliciter admoveris, impertiturum nos adspectu pulcre servatae huius terrae, superatorum laborum desiderio.

Nequaquam igitur hostibus domesticis fave, Iupiter; quoniam hunc erigens, dupliciter ac tripliciter lubens tibi retribuet.

ἀντιστρ. β΄. Ὦ μέγα ναίων
Στόμιον, ἄνδρ' ἀνιδεῖν δόμον δὸς
Εὖ, καὶ ἐλευθερίως λαμπρῶς θ' ἑλεῖν
Ὄμμασι δνοφερὰς καλύπτρας!

στροφὴ γ΄. Οἵ τ' ἔσω δωμάτων πλουτογαθῆ μυχὸν
Νομίζετ', ἐκλύετε συμφορᾶς, θεοί!
Ἄγετε, τῶν πάλαι πεπραγμένων
Λύσασθ' αἷμα προσφάτοις δίκαις!
Γέρων φόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέκοι!

ἀντιστρ. γ΄. Ξυλλάβοι δ' ἐνδίκοις παῖς ὁ Μαίας ἐπι-
φθορώτατος πρᾶξιν οὐρίαν θέλων,
Ἀλλοφανὲς χρῄζουσ' ἔπος πλέκων,
Νύκτα πρό τ' ὀμμάτων σκότιον φέρων,
Καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανέστερον!

στροφὴ δ΄. Λυτήριον θῆλυν οὐριοστάταν
Ὁμοῦ κρεκτῶν
Νόμον μεθήσομεν πόλει.

O magnam speluncam habitans, fac vir feliciter revisat domum, et liberaliter splendideque velum oculis adimat!

Vosque, qui in aedibus penetralia divitiis laetantia habitatis, liberate ab infortuniis, dii! Agite, virorum olim occisorum sanguinem novis vindictis expiate. Senex caedes haud amplius in aedibus pariat.

Iustis autem lubens opituletur Maiae filius nocentissimus quoad secundum eventum, fallacia cupientibus verba plectens, et noctem tenebrosam oculis obiiciens, ad lucem vero nihil, quod clarius sit!

Pro liberatione muliebrem tempestive institutum simul cum pulsationibus cantum emittemus civitati.

ἀντιστρ. δ'. Καὶ τῷ τε δὴ πλοῦτος, εὖ τ' ἀέξεται
Ἐμὸν τῆδε,
Ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων.

ἐπῳδ. Σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ μέρος ἔργων, ἐπαΐξεις,
Πατρὸς αὐδᾷ, πατρὸς ὀργᾷ, τέκνον, ἄταν ἐπίμομφον,
Περσέως ἐν φρεσὶ καρδίαν
Σχέθων, τοῖσί θ' ὑπὸ χθονὸς
Φίλοις, τοῖσί τ' ἄνωθεν,
Προπράσσων χάριτας λυπρὰς,
Τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλὺς μόρου!

Et huic quidem opes, nobis vero felicitas sic augebitur, et calamitas ab amicis recedet.

Tu vero confidens, ubi res ad certamen venerit, irrues, propter patris vocem, propter patris iram, puer, in facinus culpatum, Persei animum in pectore gerens, et amicis apud inferos degentibus, et in terra adhuc viventibus triste praestans beneficium, auctoremque necis disperdens!

ΑΙΓΙΣΘΟΣ, ΤΡΟΦΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἥκω μὲν οὐκ ἄκλητος, ἀλλ' ὑπάγγελος·
Νέαν φάτιν δὲ πεύθομαι λέγειν τινὰς
Ξένους μολόντας, οὐδαμῶς ἐφίμερον,
Μόρον γ' Ὀρέστου, καὶ τόδ' ἀμφῆρες φόνου
Γένοιτ' ἂν ἄχθος αἱματοσταγὲς δόμῳ
Τῷ πρόσθεν ἑλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ.
Πρὸς ταῦτ', ἀληθῶς οὐ βλέποντα δοξάσω;
Ἢ πρὸς γυναικῶν δειματούμενοι λόγοι
Πεδάρσιοι θρώσκουσι, θνήσκοντες μάτην;
Τί τῶνδ' ἂν εἴποις, ὥστε δηλῶσαι φρένα;

ΧΟΡΟΣ.

Ἠκούσαμέν νυν· πυνθάνου δὲ τῶν ξένων
Ἔσω παρελθὼν (οὐδὲν ἀγγέλων σθένος),

SCENA IX.

AEGISTHUS, NUTRIX, CHORUS.

AEGISTH. Haud meapte sponte, sed a nuntio evocatus, venio; novum autem rumorem audio hospites quosdam advenas attulisse, nequaquam exoptatum, de morte Orestis, et hoc duplex caedis onus facile cruentum evadat domo dudum exulceratae ac morsae. Verene igitur mortuum credam? an rumores a mulieribus ad terrorem conficti sublimes volitant, absque effectu intermorientes? Quid horum affirmaris, ut certiorem animum reddas?

CHORUS. Audivimus quidem; sed aedes ingressus hospites interroga (nil valent nuntii), quoniam ipsum

Ὡς, αὐτὸν αὐτῶν ἄντα πεύθεσθαι, πάρα.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἰδεῖν ἐλέγξαι τ' οὖν θέλω τὸν ἄγγελον,
Εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρὼν,
Εἴτ' ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών.
Οὔτοι φρένα κλέψει' ἂν ὠμματωμένην.

ex ipsis coram sciscitari licet.

Aegisthus. Videre igitur et ex eo exquirere cupio, utrum ipse morienti praesens affuerit, an obscura fama id acceptum referat. Neque vero mentem meam fefellerit oculatam.

ΧΟΡΟΣ, ΑΙΓΙΣΘΟΣ (ΕΝΔΟΝ).

ΧΟΡΟΣ.

Ζεῦ, Ζεῦ, τί λέγω; πόθεν ἄρξωμαι
Τάδ' ἐπευχομένη, κἀπιθοάζου-
σ'; ὑπὸ δ' εὐνοίᾳ
Πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι;
Νῦν γὰρ μέλλουσι μιανθεῖσαι
Πειραὶ κοπάνων ἀνδροδαΐκτων
Ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
Οἴκων ὄλεθρον διὰ παντὸς,
Ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
Δαίων, ἀρχαῖς τε πολισσονόμοις,
Ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον,
Τοιάνδε πάλην, ἔφεδρος δισσοῖς,
Θεῖος Ὀρέστης
Ἄψων. Εἴη δ' ἐπὶ νίκῃ!

SCENA X.

CHORUS, AEGISTHUS (INTUS).

CHORUS. O Iupiter, Iupiter, quid dicam? ubi perturbato animo bene precari incipiam? et acclamans quomodo benevolentiae paria effundam? Iam enim aut cruentorum gladiorum acies Agamemnoniam stirpem prorsus interiment, aut ignem et faces ob libertatem et urbem regens imperium accendens magnas patrum opes obtinebit, talem pugnam cum duobus aggressurus, divinus Orestes. Sit vero in victoriam!

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἒ, ἒ, ὀτοττοτοῖ!

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα μάλα, πῶς ἔχει;
Πῶς κέκραται δόμοις;
Ἀποςαθῶμεν πράγματος τελουμένου,
Ὅπως δοκῶμεν τῶνδ' ἀναίτιαι κακῶν
Εἶναι· μάχης γὰρ δὴ κεκύρωται τέλος.

Aegisth. Hei, hei, hei mihi!

Chorus. Hem! Quomodo se res habet? Quomodo negotium in aedibus peractum est? Sed secedamus re transacta, ut videamur immunes esse ab horum malorum culpa; certe enim pugnae iam inventus est exitus.

ΧΟΡΟΣ, ΟΙΚΕΤΗΣ.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Οἴμοι, πανοίμοι δεσπότου τελουμένου!
Οἴμοι μάλ' αὖθις, ἐν τρίτοις προσφθέγμασιν!
Αἴγισθος οὐκ ἔτ' ἐςίν. Ἀλλ' ἀνοίξατε
Ὅπως τάχιςα καὶ γυναικείας πύλας
Μοχλοῖς χαλᾶτε (καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ),
Οὐχ ὡς δ' ἀρῆξαι διαπεπραγμένῳ! τί γάρ;
'Ιοὺ, ἰού!
Κωφοῖς ἀϋτῶ, καὶ καθεύδουσιν μάτην
Ἄκραντα βάζω. Ποῖ Κλυταίμνηςρα; τί δρᾷ;
Ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλου
Αὐχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δίκην πεπληγμένης.

SCENA XI.

CHORUS, SERVUS.

SERVUS. Hei mihi, hei hei mihi ob dominum interemtum! Hei mihi, iam tertium vociferor. Aegisthus non est amplius. Verum aperite actutum et gynaecei fores vectibus laxate (et valde quidem robusto homine opus est), non quidem ut opem feramus interemto; quid enim? Heu heu! Surdis clamo, et dormientibus frustra nihil profectura loquor. Quorsum Clytaemnestra? Quid agit? Nunc enim cervix ipsius prope in atram novaculam incidere videtur, iure percussae.

ΧΟΡΟΣ, ΟΙΚΕΤΗΣ, ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Τί δ' ἐςὶ χρῆμα; τίνα βοὴν ἵςης δόμοις;

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οἲ 'γώ! Ξυνῆκα τοὔπος ἐξ αἰνιγμάτων.
Δόλοις ὀλούμεθ', ὥςπερ οὖν ἐκτείναμεν!
Δοίη τις ἀνδροκμῆτα πέλεκυν ὡς τάχος!
Εἰδῶμεν, εἰ νικῶμεν ἢ νικώμεθα.
Ἐνταῦθα γὰρ δὴ τοῦδ' ἀφικόμην κακοῦ.

SCENA XII.

CHORUS, SERVUS, CLYTAEMNESTRA.

Clyt. Quid hoc rei est autem? Quem clamorem excitas in aedibus?

Servus. Vivum hominem a mortuis occisum esse aio.

Clyt. Hei mihi! Intellexi verbum ex aenigmate. Dolis perdimur, quemadmodum occidimus. Heus celeriter aliquis det securim homini occidendo idoneam! Videamus, utrum vincamus an vincamur? In hoc enim huius mali discrimen sane adducta sum.

ΧΟΡΟΣ, ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ, ΟΡΕΣΤΗΣ, ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σὲ καὶ ματεύω· τῷδε δ' ἀρκούντως ἔχει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οἲ 'γώ! Τέθνηκας, φίλτατ', Αἰγίσθου βία;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοιγὰρ ἐν ταυτῷ τάφῳ
Κείσει. Θανόντα δ' οὔτι μὴ προδῷς ποτέ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον,
Μαστὸν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα
Οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;

SCENA XIII.

CHORUS, CLYTAEMNESTRA, ORESTES, PYLADES.

Orestes. Te etiam quaero, nam ille quidem satis habet.

Clyt. Hei mihi, cecidisti, dilectissime Aegisthe!

Orestes. Num amas hominem? in eodem igitur sepulcro cubabis. Neque enim mortuum deseres.

Clyt. Inhibe manum, o fili, et hanc reverere, o fili, mammam, iuxta quam saepe dormituriens simul gingivis lac suxisti nutritivum.

Orestes. Pylade, quid faciam? Num verebor matrem occidere?

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Ποῦ δαὶ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα
Τὰ πυθόχρηστα, πιστὰ δ' εὐορκώματα;
Ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγεῖ πλέον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Κρίνω σὲ νικᾷν, καὶ παραινεῖς μοι καλῶς. —
Ἕπου! πρὸς αὐτὸν τόνδε σὲ σφάξαι θέλω·
Καὶ ζῶντα γάρ νιν κρείσσον' ἡγήσω πατρός.
Τούτῳ θανοῦσα ξυγκάθευδ', ἐπεὶ φιλεῖς
Τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν δ' ἐχρῆν φιλεῖν, στυγεῖς!

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἐγώ σ' ἔθρεψα, ξὺν δὲ γηράναι θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πατροκτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ τόνδε τοίνυν μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον.

Pylades. Quorsum vero recident Apollinis oracula Pythica, promissa tua iureiurando firmata? Omnesne inimicos diis praeponis?

Orestes. Vincere mihi videris, et me recte admones. — Sequere me! iuxta illum ipsum te iugulare volo; nam viventem quoque eum in potiore loco habuisti, quam patrem. Cum hoc mortua condormi, quandoquidem hunc virum amas, quemque oportebat amare, odisti!

Clyt. Ego te educavi, et tecum senescere volo.

Orest. Quae patrem occidisti igitur mecum habitabis?

Clyt. Fatum, o fili, horum causa.

Orestes. Ergo fatum quoque hanc sortem attulit.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὐδὲν σεβίζει γενεθλίους ἀρὰς, τέκνον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τεκοῦσα γάρ μ' ἔῤῥιψας ἐς τὸ δυςτυχές.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὔτοι σ' ἀπέῤῥιψ' ἐς δόμους δορυξένους.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἀδίκως ἐπράθην, ὢν ἐλευθέρου πατρός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ποῦ δῆθ' ὁ τιμὸς, ὅντιν' ἀντεδεξάμην;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Αἰσχύνομαί σοι τοῦτ' ὀνειδίσαι σαφῶς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἀλλ' εἴφ' ὁμοίως καὶ πατρὸς τοῦ σοῦ μάτας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μὴ ῎λεγχε τὸν πονοῦντ', ἔσω καθημένη.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἄλγος γυναιξὶν, ἄνδρας εἰργάσθαι, τέκνον.

Clyt. Annon revereris parentum diras, o fili?

Orestes. Nempe postquam me pepereras, detrusisti in miseriam.

Clyt. Haud *extrusi* te in hospitis domum.

Orestes. Iniuste venditus sum, libero patre natus.

Clytaemn. Ubi est autem pretium, quod accepi?

Orestes. Pudet, id tibi claris verbis exprobrare.

Clyt. Quin potius similiter et patris tui errores memora.

Orestes. Ne culpes laborantem, domi deses!

Clyt. Triste est mulieribus, o fili, viros operari.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Κτενεῖν ἔοικας, ὦ τέκνον, τὴν μητέρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σύ τοι σεαυτὴν, οὐκ ἐγὼ, κατακτενεῖς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φύγω, παρεὶς τάδε;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἔοικα θρηνίζουσα πρὸς τύμβον μάτην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πατρὸς γὰρ αἶσα τόνδ' ἐπουρίζει μόρον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οἲ 'γὼ, τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν γ' ἐθρεψάμην!
Ἦ κάρτα μάντις οὑξ ὀνειράτων φόβος.

Orestes. Attamen eas viri labor nutrit sedentes intus.

Clyt. Videris, o fili, matrem occisurus esse.

Orestes. Tu ipsa te occides, haud ego.

Clyt. Videsis, cave matris iratas canes!

Orestes. Quomodo autem patris effugiam, hoc intermittens?

Clyt. Videor prope sepulcrum frustra lamentari.

Orestes. Quippe patris fatum hanc tibi mortem affert.

Clyt. Hei mihi, quod parens serpentem istum nutrivi! Sane verus vates fuit ille ex somniis timor.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Κανοῦσ' ὃν οὐ χρῆν, καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε.

ΧΟΡΟΣ.

Στένωμεν οὖν καὶ τῶνδε συμφορὰν διπλῆν.
Ἐπεὶ δὲ πολλῶν αἱμάτων ἐπήκρισε
Τλήμων Ὀρέστης, τοῦθ' ὁμῶς ἀρώμεθα,
Ὀφθαλμὸν οἴκων μὴ πανώλεθρον πεσεῖν.

Orestes. Interfectrix eius, quem interfici non oportebat, patere quoque, fieri quae haud oporteret. (*intus abducit matrem.*)

Chorus. Lugeamus igitur et horum duplex infortunium. Quoniam vero multis caedibus supervixit miser Orestes, illud simul precamur, ne domus oculus prorsus occidat.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ
Βαρύδικος ποινὰ,
Ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
Διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης,
Ἔλαχε δ' ὧν τόπων
Ὁ πυθοχρήστας φυγὰς,
Θεόθεν εὐφραδαῖσιν ὡρμημένος.
Ἐπολολύξατ' οὖν δεσποσύνων δόμων
Ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς
Ὑπὸ δυεῖν μιαστόροιν
Δυσοίμοις τύχαις.

ἀντιστρ. ά. Ἔμολεν ᾧ μέλει κρυπταδίου μάχας
Δολιόφρων ποινά.
Ἔθιγε δαὶ 'μαλᾶς χερὸς ἐτητύμως
Διὸς κόρα (Δίκαν δέ νιν
Προσαγορεύομεν
Βροτοὶ, τυχόντες καλῶς),

SCENA XIV.

CHORUS.

Venit quidem post longum tempus dupliciter Priamidis graviter ulciscens poena, venitque in Agamemnonis domum duplex leo, duplex Mars, terramque suam nactus est exsul Pythicus, dei sapientia incitatus. Acclamate igitur, herilem domum effugisse calamitates et patrimonii attritionem sub duobus hisce perditoribus mala fortuna.

Venit ad eos, qui clandestinae caedi operam dant, dolosa poena. Tetigit autem manum imbecillem manifesto Iovis filia (Iustitiam eam appellamus mortales, verum nomen assecuti;)

Ὀλέθριον πνέουσ' ἐπ' ἐχθροῖς κότον,
Τάνπερ ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσιος,
Μέγαν ἔχων ὄχθον, βλαπτομέναν, δόλων
Ἀξίοις δόλοις, χρονι-
σθεῖσαν ἐπείγεται.

στροφὴ β'. Κρατεῖται τὸ θεῖόν πως παρὰ τὸ μὴ
Ὑπουργεῖν κακοῖς. Ἄξιον, οὐρανοῦ-
χον ἀρχὰν σέβειν.

ἀντιστρ. β'. Μέγας ἀφαιρεθεὶς οἴκων Ἅλιος
Ἀνάγεται δόμοις! Πολὺν ἄγαν χρόνον
Κεῖτο χαμαιπετής.

ἐπῳδός. Τάχα παντελὴς ἀμείψεται
Πρόθυρα δωμάτων, ἅπαν ἀφ' ἑστίας
Καθαρμοῖσι μύσος ἐλατήριος!
Τύχαι δ' εὐπροσώπῳ κοίτᾳ τὸ πᾶν
Ἀνάκεστον ἀνιδεῖν θρεομένοις
Μετοίκοις δόμων πεσοῦνται πάλιν. —
Πάρα, τὸ φῶς ἰδεῖν!

perniciosam hostibus iram spirans, quam Apollo, Parnasius, magnum collem inhabitans, laesam, dignis dolo dolis, moratam, impulit.

Manet autem in proposito divinum numen, ne malis hominibus auxilium ferat. Par est coeleste imperium revereri.

Magnus sol domo ablatus reducitur in aedes! A nimis longo tempore humi prostratus iacuit.

Mox omnibus peractis ad aedium atria redibit, a foco scelus omne piaculis expellens. Fortunae autem laeto iactu aedium incolis, omnia insanabilia se videre lamentantibus, denuo cadent. — Iam licet lucem videre!

ΟΡΕΣΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἴδεσθε χώρας τὴν διπλῆν τυραννίδα,
Πατροκτόνους τε δωμάτων πορθήτορας.
Ξὺν δ' οἱ μὲν ἦσαν, ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι,
Φίλοι δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη
Πάρεστιν, ὅρκου τ' ἐμμένει πιστώμασι.
Ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ἀθλίως πατρὶ,
Καὶ ξυνθανεῖσθαι· καὶ τάδ' εὐόρκως ἔχει.
Ἴδεσθε δ' αὖτε, τῶνδ' ἐπήκοοι κακῶν,
Τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρὶ,
Πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα.
Ἐκτείνατ' αὐτὸν, καὶ κύκλῳ παρασταδὸν
Στέγαστρον ἀνδρὸς δείξαθ', ὡς ἴδοι πατὴρ
Οὐχ οὑμὸς, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων, τάδε,

SCENA XV.

ORESTES, CHORUS.

Orestes. Videte regionis duplicem tyrannidem, et patris interfectores aedium eversores. Coniuncti hi quidem erant, in throno olim sedentes, amici vero etiam nunc, ut coniicere affectus licet, fidemque praestant iuramento. Coniuraverunt autem, ut patri sceleste mortem darent, et simul morerentur; et haec iuramenta servarunt. Videte rursus, horum auditores malorum, artificium illud, vinculum miseri patris, manuumque catenas et pedum iugamentum. Explicate illud, et circulo adstantes hoc viri integumentum ostendite, ut videat non pater meus,

Ἥλιος, ἄναγνα μητρὸς ἔργα τῆς ἐμῆς·
Ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτὲ,
Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον
Τὸν μητρὸς (Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μέρος·
Ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην·),
Ἥτις γ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος,
Ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην βάρος,
Φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρὸν ὣν φύσει κακόν.
Τί σοι δοκεῖ; μύραινά γ' ἦτ' ἔχιδν' ἔφυ,
Σήπειν θίγουσαν ἄλλον, οὐ δεδηγμένον,
Τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος.
Τί νιν προσείπω, κἂν τύχω μάλ' εὐστομῶν;
Ἄγρευμα θηρὸς, ἢ νεκροῦ ποδένδυτον
Δροίτης κατασκήνωμα; Δίκτυον μὲν οὖν
Τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φιλήτης ἀνὴρ
Ξένων ἀπαιόλημα, κἀργυροστερῆ
Βίον νομίζων, τῷδέ τ' ἂν δολώματι

sed Sol, omnia adspiciens, haec impia matris meae facinora, ut aliquando in iudicio mihi testis adsit, me iure matri hanc mortem inflixisse (nam Aegisthi partem haud moror, expertus enim est adulteri, ut lex iubet, poenam,) quae marito suo abominandum hoc consilium struxit, ex quo liberorum onus sub zona tulit, dilectum pridem, nunc hostile eorum, e quibus natum erat malum. Quid tibi videtur? Muraena est, aut vipera, ut facile vel contactu hominem putrefaciat, etiamsi haud momorderit, audaciae et iniusti commenti causa. Quo nomine illud appellem, etiamsi valde facundus? An rete ferarum, an integumentum cadaveris pedibus in loculo involvendis paratum? Rete quidem tale domi habeat latrocinia exercens, hospitum defraudator, et vitam furacem agens,

Πολλοὺς ἀναιρῶν πολλὰ θερμαίνοι φρενί.
Τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ
Γένοιτ'! ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ, μελέων ἔργων!
Στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης,
Μαιμῶντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασε; — Μαρτυρεῖ δέ μοι
Φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος,
Φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται,
Πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος.
Νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω πάρον,
Πατροκτόνον θ' ὕφασμα προςφαίνων τόδε,
Ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
Ἄζηλα νίκης τῆςδ' ἔχων μιάσματα.

hoc artificio cum multos interemerit, multum apud animum incalescat. Talis mihi coniux nunquam in aedibus contingat! citius velim deorum arbitrio sine liberis mori.

Chorus. Heu, heu, heu, heu, tristia facinora! Atroci morte interemta es, entheo vero poena quoque efflorescit.

Orestes. Fecit, an non fecit? Verum mihi testatur hic peplus, Aegisthi ensem se confodisse, et sanguinis scaturigo cum tempore confluxit, vestimenti multum colorem vitians. Modo me ipse laudo, modo consilium defleo, et vestimentum hoc necis paternae instrumentum ostendens, facta doleo et poenam, universamque domum, haud invidendum hoc victoriae piaculum adeptus.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιςϱ. Οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
Διὰ πάντ' ἔντιμος ἀμείψαι,
Μόχθος δέ νιν αὐτίκ' ἔδηξεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄλλων γ' ἄϊδρις, τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅπη τελεῖ·
Ὥςπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοςρόφον, δρόμου
Ἐξωτέρω φέρουσι γὰρ νικώμενον
Φρένες δύςαρκτοι. Πρὸς δὲ καρδίᾳ κότος
Ἄιδειν ἕτοιμος, ἡ δ' ὑπορχεῖσθαι φόβῳ.
Ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμὶ, κηρύσσω φίλοις
Κτανεῖν τέ φημι μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης,
Πατροκτόνον μίασμα, καὶ θεῶν ςύγος,
Καὶ φίλτρα τόλμης τῆςδε πλειςηρίζομαι
Τὸν πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοὶ,
Πράξαντι μὲν ταῦτ' ἐκτὸς αἰτίας κακῆς
Εἶναι, παρέντι δ' οὐκ ἐρατὴν ζημίαν.

Chorus. Nemo hominum vitam illaesam, per omnia honoratus, transeat, sed statim mordere solet Calamitas.

Orestes. Ceterorum ego ignarus, haec quidem, quorsum evasura sint, scio: quasi enim cum equis aurigam, extra curriculum sensus perturbati victum magis magisque rapiunt, et ira cordi occinere incipit, hoc vero prae timore subsultare. Dum autem adhuc mentis compos sum, denuntio amicis et palam profiteor, me matrem meam haud iniuria occidisse, parricidam scelestam, diisque detestabilem, atque incitamentum facinoris huius me habuisse iacto Apollinem, Pythium vatem, qui oraculo edito mihi significavit, mihi, si perpetrassem, nullam fore culpam, sin vero neglexissem, haud iucundam poe-

Καὶ νῦν ὁρᾶτέ μ', ὡς παρεσκευασμένος
Ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ ςέφει προςίξομαι
Μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα Λοξίου πέδον,
Πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον,
Φεύγειν τόδ' αἷμα κοινόν· οὐδ' ἐφ' ἑςίαν
Ἄλλην τραπέσθαι Λοξίας ἐφίετο.
Τάδ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω
Ξυμμαρτυρεῖν. — Μελέως ἐπορσύνθη κακά!
Ἐγὼ δὲ ἀλήτης, τῆςδε γῆς ἀπόξενος,
Ζῶν καὶ τεθνηκὼς τάςδε κληδόνας λιπὼν,
Ἀλλ', εὖ γε πράξας, μηδ' ἐπιζυγῶ ςόμα
Φήμῃ πονηρᾷ, μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακὰ,
Ἐλευθερώσας πᾶσαν Ἀργείην πόλιν,
Δυεῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.
Ἆ, ἆ,
Δμωαὶ γυναῖκες, αἵδε Γοργόνων δίκην
Φαιαὶ χιτῶνας, καὶ πεπλεκτανημέναι

nam. Iamque me videte, quomodo instructus cum hoc ramo et corona aditurus sim Apollinis solium in terrarum umbilico positum, ignemque sacrum, quem aeternum ibi aiunt conservari, ut fugiam hanc cognati sanguinis culpam; neque Apollo permisit, ut ad alium focum abirem. Hoc postulo ut suo tempore mihi omnes Argivi contestentur. — Infelicia mala perpetrata sunt! Ego autem errabundus, ex hac terra exsul, vivens mortuusque hanc famam linquens, tamen, cum bene fecerim, neque os claudo malo Rumori, nec mala oggero, qui totam Argivorum urbem liberaverim, duorum draconum capitibus strenue abscissis. Hei hei, servae mulieres, istae Gorgonum ritu, pullatae, crebrisque anguibus impli-

Πυκνοῖς δράκουσιν! οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Τίνες σὲ δόξαι, φίλτατ' ἀνθρώπων, πάτρας
Στροβοῦσιν; ἴσχε! μὴ φόβου νικῶ πολύ!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐκ εἰσὶ δόξαι ταίδε πημάτων ἐμοί·
Σαφῶς γὰρ αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.

ΧΟΡΟΣ.

Ποταίνιον γὰρ αἷμά σοι χεροῖν ἔτι·
Ἐκ τῶνδέ τοι ταραγμὸς ἐς φρένας πιτνεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, αἵδε πληθύουσι δὴ,
Κἀξ ὀμμάτων ςάζουσιν αἷμα δυςφιλές.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔςαι καθαρμός· Λοξίου δὲ προςθίγων,
Ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.

catae! non possum diutius manere.

Chorus. Quae te species, hominum carissime, e patria exturbant? Cohibe te! vinci te nimium a timore ne patiaris!

Orestes. Haud species hae sunt malorum meorum: manifesto enim hae matris iratae canes.

Chorus. Nempe recens adhuc est sanguis tibi in manibus; inde fit, ut tibi animus perturbetur.

Orestes. O rex Apollo, hae iam augentur numero, et ex oculis destillant sanguinem odiosum.

Chorus. Fiet piaculum, et Apollinem attingens, liber ab his malis per illum eris.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὑμεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', ἐγὼ δ' ὁρῶ,
Ἐλαύνομαι δὲ, κοὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ!

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων
Θεὸς φυλάσσοι καιρίοις ἐν ξυμφοραῖς!

Orestes. Vos quidem has non videtis, ego autem video; exagitorque neque amplius maneam! (*exit.*)

Chorus. Bene vale igitur, deusque te benevole respiciens in periculosis calamitatibus te custodiat!

ΧΟΡΟΣ.

Ὅδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
 Τρίτος αὖ χειμὼν
Πνεύσας Φόνιος τετέλεσται!
Παιδόμοροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν,
Μόχθοι τάλανές τε Θυέστου·
Δεύτερον ἀνδρὸς βασίλεια πάθη,
Λουτροδάϊκτος δ' ὤλετ' Ἀχαιῶν
 Πολέμαρχος ἀνήρ·
Νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτήρ·
 Ἢ μόρον εἴπω;
Ποῖ δῆτα κρανεῖ, ποῖ καταλήξει,
 Μετακοιμισθὲν, μένος ἄτης;

SCENA XVI.

CHORUS.

Haec quidem tertia flans tempestas aedibus regiis peracta est. Primum quidem fuere liberorum mortes, atque infelices Thyestae labores; secundo loco viri regis caedes, cum in balneo confossus periit Achivorum imperator; nunc vero tertius alicunde venit, sospitator; an perniciem dicam? Quorsum tandem finiet, quorsum desinet, consopita, vis calamitatis?

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΥΘΙΑΣ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

ΕΡΜΗΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ.

ΧΟΡΟΣ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.

ΑΘΗΝΑ.

ΔΙΚΑΣΤΗΣ.

ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ
ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ΠΥΘΙΑΣ.

Πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν
Τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν, ἐκ δὲ τῆς Θέμιν,
Ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο
Μαντεῖον, ὡς λόγος τις. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
Λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς,
Τιτανὶς ἄλλη, παῖς Χθονὸς, καθέζετο,
Φοίβη, δίδωσι δ' ἣ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ· τὸ Φοίβης ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.
Λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα,
Κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος,

SCENA I.
PYTHIAS.

Primum omnium deorum his precibus veneror Tellurem, primam vatem, deinde Themin, quae secundo loco matris oraculum hoc tenuisse fertur. tertiam autem vicem obtinuit, illa quidem volente, haud vi a quoquam coacta, alia Titanis, Terrae filia, Phoebe, quae id natalitii muneris causa Phoebo dedit; unde nomen a Phoebe accepit. Apollo autem cum paludem Deliacamque rupem reliquisset, et ad Mi-

Ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησοῦ θ' ἕδρας·
Πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα
Κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίςου, χθόνα
Ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην·
Μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεὼς,
Δελφός τε χώρας τῆςδε πρυμνήτης ἄναξ·
Τεχνῆς δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρενῶν,
Ἵζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις,
Διὸς προφήτης δ' ἐςὶ Λοξίας πατρός.
Τούτους ἐν εὐχαῖς φροιμιάζομαι θεούς·
Παλλὰς προναία δ' εὐλόγως πρεσβεύεται·
Σέβω δὲ νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα
Κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναςροφή·
Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,
Ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐςρατήγησεν θεὸς,
Λαγῶ δίκην Πενθεῖ καταῤῥάψας μόρον·
Πλείςου τε πηγὰς, καὶ Ποσειδῶνος κράτος,

nervae oras navibus opportunas appulisset, in hanc terram et Parnasi sedes pervenit; et prosequuntur ipsum ac valde reverentur Vulcani filii viam munientes, regionemque feram mitigantes, advenientemque eximie honorat populus, Delphusque rex regionis tunc imperium tenens; artifex autem Iupiter, postquam eum animo inspiravit, quartum hunc vatem in solio collocat, estque Loxias patris propheta. Hosce primos precibus meis veneror deos. Palladem vero Pronaeam quoque merito honoro, et nymphas colo, Corycium antrum habitantes, avibus adamatum, deorum hospitium; Bacchus quoque regionem obtinet, neque obliviscor, ex quo Baccharum ille dux fuit, Pentheo tanquam lepori mortem inferens. Plisti denique fontes, et Neptuni potentiam, et perfectorem

Καλοῦσα, καὶ τέλειον ὕψιςον Δία,
Ἔπειτα μάντις ἐς θρόνους καθιζάνω.
Καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰςόδων μακρῷ
Ἄριςα δοῖεν! κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς,
Ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται·
Μαντεύομαι γὰρ, ὡς ἂν ἡγῆται θεός. — —

Ἦ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν,
Πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίου,
Ὡς μήτε σωκεῖν, μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν·
Τρέχω δὲ χερσὶν, οὐ ποδωκίᾳ σκελῶν.
Δείσασα γὰρ γραῦς, οὐδὲν, ἀντίπαις μένος,
Ἐγὼ μὲν ἕρπω πρὸς πολυςεφῆ μυχόν·
Ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ
Ἕδραν ἔχοντα, προςτρόπαιον, αἵματι
Στάζοντα χεῖρας, καὶ νεοσπαδὲς ξίφος
Ἔχοντ', ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον,

summum Iovem postquam invocavero, iam in sede sacra consido vaticinatura. Et nunc quidem hunc mihi ingressum superiorum longe faustissimum esse iubeant! et si adsint quidam e Graecis, accedant sortito, ut mos est; vaticinor enim, quomodo deus praeceperit.

(Intrat Pythias oraculum, et paulo post redit in scenam.)

Sane terribilia dictu, terribiliaque visu, me ex Apollinis templo remiserunt, ut nec viribus valeam, nec pedes promovere possim, sed manibus in ambulando utar, non pedum velocitate. Anus enim timida, nihili, robore infanti similis, arrepo ad penetrale multis coronis ornatum, et in umbilico considentem video hominem diis invisum, supplicem, manibus sanguine stillantibus, gladium vagina modo nudatum tenentem, atque ex alta olea decerptum ramum, lana haud in-

Λήνει ᾽μεγάρτῳ σωφρόνως ἐςεμμένον
᾽Αργητομάλλῳ (τῆλε γὰρ τρανῶς ὁρῶ)·
Πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαςὸς λόχος
Εὕδει γυναικῶν, ἐν θρόνοισιν ἥμενος·
Οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω·
Οὐδ᾽ ἄν τις ῾Αρπυιῶν σφ᾽ ἐπεικάσαι τύποις,
᾽Ιδών ποτ᾽ ἤδη Φινέως γεγραμμένας
Δεῖπνον φερούσας· ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν
Αὗται, μέλαιναι δ᾽, ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι·
῾Ρέγκουσι δ᾽ οὐ πλαςοῖσι φυσιάμασιν,
᾽Εκ δ᾽ ὀμμάτων λείβουσι δυςφιλῆ βίαν·
Καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
Φέρειν δίκαιος, οὔτ᾽ ἐς ἀνθρώπων ςέγας.
Τὸ φίλιον οὐκ ὄπωπα τῆςδ᾽ ὁμιλίας,
Οὐ δή τις αἶα τοῦτ᾽ ἐπεύχεται γένος
Τρέφουσ᾽ ἀνατεὶ μὴ μεταςένειν πόνον.
Τἀντεῦθεν ἤδη τῶνδε δεσπότῃ δόμων

videnda sapienter velatum candidi velleris (procul enim clare video); et ante hunc virum mirabilis cohors dormit mulierum, in sellis sedens; haud mulieres tamen, sed Gorgonas dixerim; neque cum Harpyiis quisquam eas comparet, quas aliquando depictas viderit Phinei dapes rapientes; hae enim sine alis sunt, atrae, toto adspectu horribiles; sterluntque halitu, cui nemo appropinquet, ex oculisque destillant abominandum virus; vestituque utuntur, qualem neque ad deorum simulacra afferre fas est, neque ad hominum aedes. Nusquam vidi, qui huius coetus amici essent, nec sane aliqua, quae hanc gentem enutrivit, terra glorietur, se, absque damnis manentem, laborem suum non deplorare. Sed quae inde eventura sint, ipsi templi huius

Αὐτῷ μελέσθω, Λοξίᾳ μεγασθενεῖ.
Ἰατρόμαντις δ' ἐςὶ καὶ τερασκόπος,
Καὶ τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος.

domino curae sunto, Apollini praepotenti. Est enim vates et medicus, et portentorum interpres, soletque aliorum quoque aedes lustrare.

ΑΠΟΛΛΩΝ, ΟΡΕΣΤΗΣ, ΕΡΜΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὔτοι προδώσω, διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ,
Ἐγγὺς παρεςὼς, καὶ πρόσω δ' ἀποςατῶν,
Ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων.
Καὶ νῦν ἁλούσας τάσδε τὰς μάργους ὁρᾷς,
Ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυςοι κόραι
Γραῖαι, παλαιόπαιδες, αἷς οὐ μίγνυται
Θεῶν τις, οὐδ' ἄνθρωπος, οὐδὲ θήρ ποτε
(Κακῶν δ' ἕκατι κἀγένοντ', ἐπεὶ κακὸν
Σκότον νέμονται, Τάρταρόν θ' ὑπὸ χθονὸς,
Μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων)·
Ὅμως δὲ φεῦγε, μηδὲ μαλθακὸς γένῃ
(Ἐλῶσι γάρ σε καὶ πλανοςιβῆ χθόνα
Ὑπέρ τε πόντον, καὶ περιῤῥύτας πόλεις),
Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος

SCENA II.

APOLLO, ORESTES, MERCURIUS, CHORUS.

Apollo. Non igitur te prodam, sed perpetuo custos tibi, seu prope adstans, seu procul remotus, hostibus tuis nunquam molliter cedam. Et nunc quidem captas furentes istas vides, somnoque oppressae sunt abominandae puellae, canae, vetulae, quarum connubia dii et homines atque animalia fugiunt (malorum quoque causa natae sunt, siquidem malas tenebras Tartarumque sub terra incolunt, hominibus et diis Olympiis exosae): sed tamen fuge, neque animum desponde (persequentur enim te et per terram pererratam et mare urbesque circumfluas), nec las-

Πόνον, μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν,
Ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας,
Κἀκεῖ, δικαςὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
Μύθους ἔχοντες, μηχανὰς εὑρήσομεν,
Ὥςτ' ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων·
Καὶ γὰρ κτανεῖν σ' ἔπεισα μητρῷον δέμας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ 'δικεῖν·
Ἐπεὶ δ' ἐπίςα, καὶ τὸ μὴ 'μελεῖν μάθε.
Σθένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Μέμνησο· μὴ φόβος σὲ νικάτω φρένας!
Σὺ δ', αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρὸς,
Ἑρμῆ, φύλασσε (κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος
Πομπαῖος ἴσθι) τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν
Ἱκέτην! Σέβοιτο Ζεὺς, τόδ' ἐπινέμων σέβας,
Ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ.

sesce hunc laborem suscipiens, sed ad Palladis urbem profectus, antiquum deae simulacrum amplexus sede, ibique huius causae iudices orationesque demulcentes adhibens, consilium reperiam, quo te in perpetuum hisce laboribus liberemus; ego enim et ipse tibi persuasi, ut matrem occideres.

Orestes. O rex Apollo, iniuriam quidem vitare didicisti; et quoniam nosti, fac ut incuriam quoque vites. Potentia autem tua, te id effecturum, satis mihi spondet.

Apollo. Hoc memineris: ne timor animum tuum vincat. Tu vero frater, eodemque patre prognate, Mercuri, fac custodias (saepissime autem te deductorem vocari scias) hunc supplicem meum clientem. Iupiter honoretur, qui hoc venerandum munus tribuit, quod bona cum fortuna hominibus proficiscitur.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ, ΧΟΡΟΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Εὕδοιτ᾽ ἄν! — ὠή! καὶ καθευδουσῶν τι δεῖ;
Ἐγὼ δ᾽ ὑφ᾽ ὑμῶν ὧδ᾽ ἀπητιμασμένη,
Κ᾽ ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
Αἰσχρῶς δ᾽ ἀλῶμαι, προὐνέπω δ᾽ ὑμῖν, ὅτι
Ἔχω μεγίστην αἰτίαν κείνων ὕπο·
Παθοῦσα δ᾽ οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
Οὐδεὶς ὑπὲρ μοῦ δαιμόνων μηνίεται,
Κατασφαγείσης πρὸς χερῶν μητροκτόνων. —
Ὁρᾷ δὲ πληγὰς τάσδε καρδία σέθεν·
Εὕδουσι γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται,
Εὐημέρως δὲ μοῖρα πρόσκοπος βροτῶν. —
Ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε,

SCENA III.

CLYTAEMNESTRAE UMBRA, CHORUS.

Clyt. Dormite! — hem hem! an dormientibus quoque opus est? Ego vero sic a vobis neglecta sum, neque opprobria me inter mortuos deficiunt, sed ignominiose oberro, maximaque huius facinoris culpa apud eos me premi vobis dico; tam atrocia vero cum a proximis cognatione passa sim, nemo deorum meam ob causam irascitur, filii manibus trucidatae. — Adspicit hanc cladem cor vestrum: nam dormientibus oculis mens collustratur, et facile mortalium praevidentur fata. — Sane quidem multa mea sacrificia ligurii-

Χοὰς δ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα,
Κὰν νυκτὶ σεμνῇ δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς
Ἔθυον ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.
Καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα·
Ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,
Καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
Ὤρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.
Ἀκούσαθ' ὧν ἔλεξα· τῆσδε μὴ περὶ
Ψυχῆς φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί·
Ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

ΧΟΡΟΣ (μυγμός).

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Μύζοιτ' ἄν! ὡνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω·
Φίλοις γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες.

ΧΟΡΟΣ (μυγμός).

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἄγαν ὑπνώσσεις, κοὐ κατοικτίζεις πάθος·
Φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται.

stis, nam libationes absque vino, sobria placamenta, et in foco augusta nocte dapes vobis obtuli circa horam, qua nemini alii deorum simul sacrificare fas est. Et haec omnia pedibus proculcata video; ille autem elapsus fugit hinnuli instar, et mediis quidem e cassibus facili saltu se eripuit, multum vos irridens. Audite, quae dixi: nolite hanc animam negligere, o deae subterraneae! per somnium enim vos ego, Clytaemnestra, invoco.

Chorus. (Rhonchus).

Clyt. Stertatis quantum lubet; vir autem abiit et procul aufugit: non enim amicis meis supplices sunt.

Chorus. (Rhonchus).

Clyt. Nimis alte dormis, neque te casus mei miseret; Orestes autem matricida aufugit.

ΧΟΡΟΣ (ὠγμός).

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὤζεις; ὑπνώσσεις; οὐκ ἀναστήσει τάχος;
Τί σοι πέπρακται πρᾶγμα, πλὴν τεύχειν κακά;

ΧΟΡΟΣ (ὠγμός).

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὕπνος πόνος τε, κύριοι ξυνωμόται,
Δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήραναν μένος.

ΧΟΡΟΣ.

(μυγμὸς διπλοῦς ὀξύς.)

Λάβε, λάβε! Φράζου!

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἅπερ
Κύων, μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν φόνου.
Τί δρᾷς; ἀνίστω! μή σε νικάτω πόνος,
Μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα μαλθαχθεῖσ' ὕπνῳ!
Ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι!
Τοῖς σώφροσιν γὰρ ἀντίκεντρα γίγνεται.

Chorus. Oh! oh!

Clyt. Oh oh clamas? dormitas? quin celeriter potius surgis? Ecquid aliud agis, quam mala perpetrare?

Chorus. Oh, oh!

Clyt. Somnus et labor, coniuratissimi, dracaenae violentae vim debilitaverunt.

Chorus. (Rhonchus duplex acutus). Cape, cape! machinare!

Clyt. In somnio feram persequeris et latras quasi canis, curam caedis haud unquam intermittens. Quid agis? Exsurge, nec te lassitudo vincat, nec nescias damnum, somno languescens! Iustis opprobriis iecore dole: his enim cordati tanquam stimulis afficiun-

Αὖ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ,
Ἀτμῷ κατισχναίνουσα νηλεῶς πυρεῖ,
Ἕπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν!

ΧΟΡΟΣ.

Ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δέ σε!
Εὕδεις; ἀνίστω, κἀπολακτίσασ' ὕπνον
Ἰδώμεθ', εἴ τι τοῦδε φροιμίου ματᾷ!

tur. Denuo vero sanguineum illi halitum afflans, fumoque igneo immisericorditer macrorem inducens, persequere, macera iteratis persecutionibus!

Chorus. Excita, excita et tu illam, et ego te! Etiamne dormis! surge, et, somno excusso, videamus, an aliquid huius prooemii vanum sit!

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄. Ἰοὺ, ἰοὺ, πόπαξ! Ἐπάθομεν, φίλαι
(Ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ),
Ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς, ὦ πόποι,
Ἄφερτον κακόν!
Ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν, οἴχεται δ᾽ ὁ θήρ!
Ὕπνῳ κρατηθεῖσ᾽ ἄγραν ὤλεσα!

ἀντιστρ. α΄. Ἰὼ παῖ Διὸς, ἐπίκλοπος πέλει,
Νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω,
Τὸν ἱκέταν σέβων ἄθεον ἄνδρα, καὶ
Τοκεῦσιν πικρὸν,
Τὸν μητραλοίαν δ᾽ ἐξέκλεψας ὢν θεός!
Τί τῶνδ᾽ ἐρεῖ τίς δικαίως ἔχειν;

στροφὴ β΄. Ἐμοὶ δ᾽ ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν
Ἔτυψεν, δίκαν διφρηλάτου,
Μεσολαβεῖ κέντρῳ!

SCENA IV.

CHORUS.

Heu, heu, eheu! Passae sumus, amicae (heu nos sane quam multa et frustra passas), passae sumus grave damnum, intolerabile malum! Ex retibus elapsa est et aufugit fera! Somno oppressa praedam amisi!

Heu Iovis fili, Apollo, veterator es, iuniorque vetulas deas proculcasti, supplicem hunc hominem observans, deorum contemtorem et parentibus infensum, matricidamque nobis furtim eripuisti, deus cum sis! Quid horum quis iure factum dicat?

Mihi autem, quod per somnium occurrit, opprobrium pupugit me, instar aurigae, medium corpus

Ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβὸν, πάρεστι
Μαστίκτορος δαΐου, δαΐου,
Τὸ βαρὺ περίβαρυ, κρύος ἔχον.

ἀντιστρ. β'. Τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ,
Κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον
Φονολιβῆ θρόνον.
Περὶ πόδα, περὶ κάρα, πάρεστι
Γᾶς ὀμφαλὸν προσδρακεῖν αἱμάτων
Βλοσυρὸν ἀράμενον ἄγος ἔχειν.

στροφὴ γ'. Ἐφεστίῳ δὲ μάντις ὢς μιάσματι
Μυχὸν ἐχράνατ' αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος,
Παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων,
Παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας!

ἀντιστρ. γ'. Κἀμοί τε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται,
Ὑπό τε γᾶν φυγὼν οὔ ποτ' ἐλευθεροῦται,
Ποτιτρόπαιος ὢν δ' ἕτερον ἐν κάρᾳ
Μιάστορ' ἐκ καινοῦ πάσεται.

feriente stimulo! sub praecordiis, sub iecore adest flagellatoris infesti, infesti, gravissimum onus, horrore plenum.

Talia patrant novi dii, omnino praeter ius cruentum thronum occupantes. Iam licet intueri terrae umbilicum sursum deorsum sanguine stillantem propter piaculum, quod ipse suscepit.

Domestico autem vates inquinamento sic templum suapte sponte, suopte nisu, contaminavit, praeter deorum legem mortalia honorans, vetustas vero Parcas pessumdans.

Et mihi quidem molestus est, neque tamen illum exsolvet, neque is, etiamsi sub terram aufugerit, unquam liberabitur, sed piaculo pollutus alium qui foedet in capite denuo habebit.

ΑΠΟΛΛΩΝ, ΧΟΡΟΣ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἔξω (κελεύω) τῶνδε δωμάτων τάχος
Χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν,
Μὴ καὶ, λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηςὴν ὄφιν,
Χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον,
Ἀνῇς ὑπ' ἄλγους μέλαν' ἀπ' ἀνθρώπων ἀφρόν!
Οὔτοι δόμοισι τοῖςδε χρίμπτεσθαι πρέπει,
Ἀλλ', οὗ καρανιςῆρες ὀφθαλμώρυχοι
Δίκαι, σφαγαί τε, σπέρματός τ' ἀποφθοραὶ
Παίδων, κακή τε χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία,
Λευσμός τε, χ' οὗ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
Ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. Ἆρ' ἀκούετε,
Οἵας ἑορτῆς ἔς', ἀπόπτυσοι θεοῖς,
Στέργηθρ' ἔχουσαι; Πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος

SCENA V.

APOLLO, CHORUS.

Apollo. Exite (iubeo) confestim ex his aedibus, vaticinos recessus relinquite, ne, accepto etiam alato serpente, ex aureo arcu emisso, prae dolore spumam atram humani sanguinis emittas! Non enim fas est aedibus hisce appropinquare, sed ibi esse, ubi exercentur capita abscindentes, oculos effodientes, vindictae et iugulationes, et ubi semen liberorum deperditur, malaque castratio et mutilatio lapidatioque peraguntur, et ubi sub spina infixi eiulatu suo multam praetereuntium misericordiam cient. Numnam auditis, quorum festorum, o diis abominabiles, oblectamenta habeatis? Tota quoque formae ratio indi-

Μορφῆς. Λέοντος ἄντρον αἱματοῤῥόφου
Οἰκεῖν τοιαύτας εἰκὸς, οὐ χρηστηρίοις
Ἐν τοῖσδε πλουσίοισι τρίβεσθαι μύσος.
Χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι!
Ποίμνης τοιαύτης δ' οὔτις εὐφιλὴς θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, ἀντάκουσον ἐν μέρει.
Αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλει,
Ἀλλ' εἷς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Πῶς δή; τοσοῦτο μῆκος ἔκτεινον λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔχρησας ὥστε τὸν ξένον μητροκτονεῖν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι. τί μή;

ΧΟΡΟΣ.

Κἄπειθ' ὑπέστης αἵματος δέκτωρ νέου.

cat. Tales decet leonis antrum, sanguinem bibentis, habitare, non in divite huius oraculi sede versari inquinamenta. Pastum abite hinc absque pastore! talem enim gregem nemo deorum amat.

Chorus. O Rex Apollo, vicissim audi. Tu ipse horum non particeps, sed solus omnia perpetrasti, omnium auctor.

Apollo. Qui sic? Hucusque sermonem extende.

Chorus. Oraculo iussisti hospitem hunc matrem occidere.

Apollo. Oraculo iussi patris ultionem exsequi. Quidni?

Chorus. Deinde te recentis caedis defensorem professus es.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Καὶ προςτραπέσθαι τούςδ᾽ ἐπέστελλον δόμους.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τὰς προπομποὺς δῆτα τάςδε λοιδορεῖς.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐ γὰρ δόμοισι τοῖςδε πρόςφορον μολεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ᾽ ἔστιν ἡμῖν τοῦτο προςτεταγμένον.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Τίς ἥδε τιμή; κόμπασον γέρας καλόν.

ΧΟΡΟΣ.

Τοὺς μητραλοίας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Τί γάρ; γυναικὸς, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ...;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἂν γένοιθ᾽ ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἦ κάρτ᾽ ἄτιμα, καὶ παρ᾽ οὐδὲν ἠρκέσω

Apollo. Et iussi hominem ad aedes hasce confugere.

Chorus. Et hisce comitibus sane conviciare!

Apollo. Non enim decet ad has aedes accedere.

Chorus. Hoc tamen nobis iniunctum est.

Apollo. Quale istud munus? Iacta praeclaros honores.

Chorus. Matricidas ex aedibus expellimus.

Apollo. Quid enim? mulierisne, quae maritum occiderit . . . ?

Chorus. Haud unquam ab ipso consanguineo caedes patrari debet.

Apollo. Sane tu valde inhonora reddis, nulloque in loco habes, quae sub

Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιςώματα,
Κύπρις δ' ἄτιμος τῷδ' ἀπέῤῥιπται λόγῳ,
Ὅθεν βροτοῖσι γίγνεται τὰ φίλτατα.
Εὐνὴ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μόρσιμος
Ὅρκου τε μεῖζον τῇ δίκῃ φρουρουμένη·
Εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς,
Τὸ μὴ πένεσθαι, μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ,
Οὔ φημ' Ὀρέςην σ' ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν·
Τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην,
Τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαιτέραν.
Δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ' ἐποπτεύσει θεά.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον οὔ τι μὴ λίπω ποτέ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Σὺ δ' οὖν δίωκε, καὶ πόνον πλέω τίθου!

ΧΟΡΟΣ.

Τιμὰς σὺ μὴ ξύντεμνε τὰς ἐμὰς λόγῳ!

auspiciis Iunonis perfectricis ac Iovis iunguntur foedera, et Venus honore sic fraudetur, unde dulcissima gaudia mortalibus proveniunt. Coniugium enim marito et uxori fatale est, et iureiurando sanctius merito observatur. Si igitur alteri alterum occidenti indulges, ut nihil propterea labores, neque irata respicias, nego te iure Orestem exagitare; nam alterum te aegerrime ferre scio, alterum vero manifesto remissius tractare. Sed hanc causam Pallas dea iudex inquiret.

Chorus. Hunc hominem nunquam dimiserim.

Apollo. Persequere igitur, et plus laboris tibi impone.

Chorus. Noli honores meos praecidere per insidias!

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐδ' ἂν δεχοίμην ὥςτ' ἔχειν τιμὰς σέθεν.

ΧΟΡΟΣ.

Μέγας γὰρ ἔμπας παρὰ Διὸς θρόνοις λέγει.
Ἐγὼ δ' (ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον δίκας)
Μέτειμι τόνδε φῶτα κακοκυνηγέτις.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἐγὼ δ' ἀρήξω, τὸν ἱκέτην τε ῥύσομαι·
Δεινὴ γὰρ ἐν βροτοῖσι κἀν θεοῖς πέλει
Τοῦ προςτροπαίου μῆνις, εἰ προδῶ σφ' ἑκών.

Apollo. Equidem honores tuos minime receperim.

Chorus. Nempe vel absque his magnus iuxta Iovis thronum deus vocaris. Ego vero (adducit enim ultionem sanguis maternus) persequor hunc hominem molesta venatrix.

Apollo. Ego vero auxilium ei feram, supplicemque tuebor: gravis enim inter mortales et deos clientis erit ira, si volens eum prodidero.

ΟΡΕΣΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν
Ἥκω. δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα,
Οὐ προστρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
Ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον πάρος
Ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν.
Ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,
Σώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
Πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σὸν, θεὰ,
Καὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.

ΧΟΡΟΣ.

Εἶεν· τόδ' ἐστὶ τἀνδρὸς ἐκφανὲς τέκμαρ!
Ἕπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς!
Τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν,

SCENA VI.

(Athenis in templo Minervae.)

ORESTES ET PAULO POST EUMENIDES.

ORESTES. Regina Minerva, Apollinis iussu ad te venio. benevole recipias quaeso reum, piaculo non pollutum neque manus impurum, sed iam obtusum, exercitatum aliis in aedibus mortalium, aliisque itineribus. Pariter terra marique superato, iubentibus Apollinis oraculis obsecutus, venio ad templum et simulacrum tuum, o dea, et hic excubans, iudicii exitum expecto.

CHORUS. Age: hoc est viri manifestum vestigium! Sequere igitur muti proditoris indicia! Sicut enim canis vulneratum hinnulum,

Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.
Πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ
Σπλάγχνον· χθονὸς γὰρ πᾶς πεποίμανται τόπος,
Ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις ποτήμασιν
Ἦλθον διώκουσ' οὐδὲν ὑστέρα νεώς.
Καὶ νῦν ὅδ' ἐνθάδ' ἐστί που καταπτακών·
Ὀσμὴ βροτείων γ' αἱμάτων με προσγελᾷ.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

στροφὴ α'. Ὅρα! ὅρα μάλ' αὖ! πάντα λεύσσετ' οὖν!

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

ἀντιστρ. α'. Μὴ φύγαδε βὰς λάθῃ ματροφόνος ἀτίτας.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'.

στροφὴ β'. Ὅδ' αὖτέ γ' οὐκ, ἀλκὰν ἔχων, περὶ βρέτει
Πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου,
Ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'.

ἀντιστρ. β'. Τὸ δ' οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαὶ,

sic nos secundum destillantem sanguinem investigamus. Multis autem itineris laboribus viscera anhelant; omnia enim terrae loca hic grex pererravit, et super pontum volatu absque alis persequentes venimus, nave haud tardiores. Iamque hic alicubi delitescit ille: nam odor humani sanguinis nobis afflatur.

Semichor. I. Videte! videte iterum! ubique igitur circumspicite!

Semichor. II. Non est quod latere queat fugitivus matricida impunis.

Semichor. I. Hic vero iterum, praesidium nactus, immortalis deae simulacrum amplexus, non vult obnoxius esse manibus.

Semichor. II. Enimvero hoc fieri non potest; san-

Δυςαγκόμιςον, παπαῖ,
Τό γ' ἱερὸν, πεδακεχυμένον οἴχεται!

ΧΟΡΟΣ.

ςροφὴ γ΄. Ἀλλ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν
Ἐρυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον! ἀπόδοσιν
Βοσκὰν φεροίμαν πώματος δυςπωμάτου!

ἀντιςρ. γ΄. Κοὐ ζῶντά σ' ἰσχνάσασ' ἀπάξομαι κάτω!
Ἀντιφόνους τίνεις, ματροφόνος, δύας!
Ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλος ἤλιτεν βροτῶν,

ἐπῳδός. Ἢ θεὸν, ἢ ξένον ἀσεβῶν, ἢ φίλους,
Ἔχονθ' ἕκαςον τῆς δίκης ἐπάξια·
Μέγας γὰρ Ἅιδης ἐςὶν εὔθυνος βροτῶν,
Ἔνερθεν χθονὸς, δελτογράφῳ δὲ πάν-
τ' ἐπωπᾷ φρενί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ διδαχθεὶς ἐν κακοῖς ἐπίςαμαι
Πολλοῖς καθαρμοῖς καὶ λέγειν, ὅπου δίκη,

guis maternus humi, non restituendus eheu! sanctus, profusus perit!

Chorus. Imo te dare oportet a vivente exsugendum rubrum membrorum sanguinem! Poenam capiam male bibendi potus fructum!

Neque amplius viventem macerans te ad inferos deducam! Itidem caedis angores, matricida, patiere! Videbis vero, si quis alius quoque mortalium deliquit,

Vel in deum, vel in hospitem, vel in cognatos impie agendo, unumquemque dignis facinorum praemiis affectum: magnus enim est mortalium quaesitor Pluto sub terra, omniaque inspicit facinora, memoriae pugillaribus consignata.

Orestes. Equidem, malis edoctus multis expiationibus, et loqui, ubi fas est,

Σιγᾶν θ' ὁμοίως· ἐν δὲ τῷδε πράγματι
Φωνεῖν ἐτάχθην πρὸς σοφοῦ διδασκάλου.
Βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερὸς,
Μητροκτόνον μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει·
Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑςίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.
Πολὺς δέ μοι γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρχῆς λόγος,
Ὅσοις προςῆλθον ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ.
Χρόνος καθαίρει πάντα γηράσκων ὁμοῦ.
Καὶ νῦν ἀφ' ἁγνοῦ ςόματος εὐφήμως καλῶ
Χώρας ἄνασσαν τῆςδ' Ἀθηναίαν, ἐμοὶ
Μολεῖν ἀρωγόν! κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς
Αὐτόν τ' ἐκείνῃ καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν
Πιςὸν δικαίως, ἐς τὸ πᾶν τε ξύμμαχον.
Ἀλλ', εἴτε χαίρουσ' ἐν τόποις Λιβυςικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
Τίθησιν ὀρθὸν ἢ καταῤῥεπῆ πόδα,

et pariter silere scio; in hac autem causa a sapiente magistro loqui iussus sum. Consopitur enim sanguis manus et exarescit; iamque piaculum ex matris caede conceptum elotum est: cum enim recens adhuc esset, ad aram Apollinis dei porcis mactatis expulsum est. Et sane multis verbis opus esset, si ab initio enarrare vellem, quot homines adierim, nihil ut iis conversatio noceret mea. Tempus senescens omnia pariter expurgat. Et nunc quidem ore puro faustis precibus invoco terrae huius reginam Minervam, ut mihi auxiliatrix subveniat! sic enim sibi absque bello et me, et Argivum populum mancipabit, iure fidelem, et in omnibus socium. Sive igitur gaudens in Libycis regionibus, circa natale flumen Tritonis rectum statuat an inclinatum pedem, sive, amicis opem ferens,

Φίλοις ἀρήγουσ' εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
Θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,
Ἔλθοι (κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεός),
Ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ λυτήριος.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος
Ῥύσαιτ' ἂν, ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
Ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν,
Ἀναίματον, βόσκημα δαιμόνων, σκιάν.
Οὐκ ἀντιφωνεῖς, ἀλλ' ἀποπτύεις λόγους;
Ἐμοὶ τραφεὶς δὲ καὶ καθυστερούμενος,
Καὶ ζῶν, με δαίσεις, οὐδὲ πρὸς βωμῷ σφαγείς·
Ὕμνον δ' ἀκούσει τόνδε δέσμιον σέθεν.

Ἄγε δὴ, καὶ χορὸν ἅψωμεν, ἐπεὶ
Μοῦσαν στυγερὰν
Ἀποφαίνεσθαι δεδόκηκεν,
Λέξαι τε, λάχη τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ὡς ἐπινωμᾷ στάσις ἁμά!

Phlegraeam planitiem, sicut strenuus vir imperator, revisat, age veniat (audit enim numen etiam procul absens), ut mihi sit in hac causa liberatrix!

Chorus. Te vero nec Apollo, nec Minervae potentia liberare possit, quin neglectus pereas, ita ut prorsus, quid sit animi laetitia, dediscas, exsanguis, pecus daemonum, umbra. Non respondes, sed sermones aversaris? At mihi nutritus, quanquam serius, et vivus quidem, me pasces, neque ad altare mactatus: hymnumque istum audies te ligaturum.

Agite igitur, et chorum instituamus, postquam Musam odiosam exhibere visum est, et docere, quo ritu ordo noster muneris vices sibi demandatas inter

Εὐθυδίκαι δ' ἡδόμεθ' εἶναι.
Τὸν μὲν καθαρὰς χεῖρας προὔχον-
τ' οὔτις ἀφ' ἡμῶν μῆνις ἐφέρπει,
'Ασινὴς δ' αἰῶνα διοιχνεῖ·
"Οςτις δ' ἀλιτρῶν, ὥςπερ ὅδ' ἀνὴρ,
Χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει,
Μάρτυρες ὀρθαὶ τοῖσι θανοῦσιν
Παραγιγνόμεναι, πράκτορες αἵματος
Αὐτῷ τελέως ἐφάνημεν.

στροφὴ α'. Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ
Μᾶτερ Νὺξ, ἀλαοῖσι
Καὶ δεδορκόσιν ποινὰν,
Κλῦθ'! ὁ Λατοῦς γὰρ ἶνίς μ' ἄτιμον τιθεῖ,
Τόνδ' ἀφαιρούμενος πτῶκα, ματρῷον ἅ-
γνισμα κύριον φόνου.
'Επὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ
Τόδε μέλος, φρενοδαλὴς
"Υμνος ἐξ 'Εριννύων,
Δέσμιος φρενῶν, ἀφόρ-

homines expleat! Iustae igitur esse gaudemus. Qui enim puras manus porrigit, eum nulla a nobis ira aggreditur, sed illaesus vitam transigit; quicunque autem delicti reus, sicut hic homo, manus caede pollutas occultat, ei, iustas nos testes occisis professae, sanguinis ultrices vindictam potenter exsequentes, occurrimus.

Mater, quae me peperisti, o mater Nox, mortuis viventibusque poenam, audi me! Latonae enim filius honore me spoliat hancce feram mihi eripiens, hominem ob matris caedem nobis maxime devotum. Super capite autem sacrato canitur hoc carmen, mentem disperdens hymnus Furiarum, animum

μικτος, αὔονὰ βροτοῖς.

ἀντιστρ. α'. Τοῦτο γὰρ λάχος διαν-
ταία Μοῖρ' ἐπέκλωσεν
Ἐμπέδως ἔχειν, θνατῶν
Τοῖσιν αὐτουργίαι ξυμπέσωσιν μάται,
Τοῖς ὁμαρτεῖν, ὄφρ' ἂν γᾶν ὑπέλθῃ· θανὼν
Δ' οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.
Ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ
Τόδε μέλος, φρενοδαλὴς
Ὕμνος ἐξ Ἐριννύων,
Δέσμιος φρενῶν, ἀφόρ-
μικτος, αὔονὰ βροτοῖς.

στροφὴ β'. Γιγνομέναισι λάχη τάδ' ἐφ' ἁμὶν ἐκράνθη·
Ἀθανάτων δ' ἀπέχειν χέρας, οὐδέ τις ἐστὶ
Συνδαίτωρ μετάκοινος,
Παλλεύκων δὲ πέπλων ἄκληρος ἐτύχθην.
Ἀνατροπὰς γὰρ εἱλόμαν,
Ὅταν Ἄρης φίλον ἕλῃ,

ligans, a lyra alienus, tabes mortalibus.

Hoc enim munus efficax Parca nobis perpetuum assignavit, ut, quibus mortalium sponte patratae caedis insania esset, eos comitemur, donec terram subierit; nec mortuus quidem prorsus liber. Super capite autem sacrato canitur hoc carmen, mentem dispergens hymnus Furiarum, animum ligans, a lyra alienus, tabes mortalibus.

Natis quidem nobis haec sors data est, sed ab immortalibus ut manus abstineamus, neque eorum quisquam nobis est convictor; candidarum quoque vestium particeps haud fiebam. Datum enim est nobis domos evertere, quando Mars do-

Τιθασὸς ὢν, ἐπιτόνως
Κρατερὸν ὄνθ᾽ ὁμοίως
Μαυροῦμεν ὑφ᾽ αἵματος νέου,

ἀντιστρ. β'. Σπευδόμεναι δ᾽ ἀφελεῖν τινὰ τάσδε μερίμνας,
Θεῶν δ᾽ ἀτέλειαν ἐμοῖς ἀλιταῖς ἐπικραίνειν,
Μηδ᾽ ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν·
Ζεὺς αἱμοσταγὲς ἔθνος γὰρ τόδε λέσχας
Ἃς ἀπηξιώσατο.
Μάλα γὰρ οὖν ἁλμένα
Ἄγκαθεν βαρυπεσῆ
Καταφέρω ποδώκη
Τανυσίδρομον ἄταν δύσφορον.

στροφὴ γ'. Δόξαι δ᾽ ἀνδρῶν καὶ μάλ᾽ ὑπ᾽ αἰθέρι σεμναὶ
Τακόμεναι κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄτιμοι
Ἡμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν,
Ὀρχησμοῖς τ᾽ ἐπιφθόνοις ποδός.

ἀντιστρ. γ'. Πίπτων δ᾽ οὐκ οἶδεν τόδ᾽ ὑπ᾽ ἄφρονι λύμᾳ,

mesticus cognatum ceperit, intenta cura eum quamvis fortem obscuramus ob recentem sanguinem,

Properantes quidem, ut hac cura nonneminem liberemus, immunitatemque a diis peccatoribus nostris perficiamus, nec quaestioni adligemur: Iupiter enim hoc sanguine stillans genus sermone suo non dignatur. Vehementer igitur desuper insiliens graviter impingentem infero celerem longos cursus perficientem intolerabilem perniciem.

Opiniones vero de se hominum quamvis ad sidera elatae, tabefactae infra terram deprimuntur inhonestae, simulac nos atris indutae vestibus eos aggressae inviso pedum saltu assiluerimus.

Et prostratus quidem hoc non sentit propter exitio-

Τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται,
Καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος
Αὐδᾶται πολύςονος φάτις.

στροφὴ δ'. Μένει γὰρ εὐμήχανοί τε καὶ
Τέλειοι, κακῶν τε μνήμονες
Σεμναὶ δυςπαρήγοροι βροτοῖς,
Ἀτίετα διόμεναι λάχη,
Θεῶν διχοςατοῦντ', ἀνάλι', ἐλλιπῆ,
Δυςοδοπαίπαλα δερκομένοισι καὶ
Δυςομμάτοις ὁμῶς.

ἀντιςρ. δ'. Τίς οὖν τάδ' οὐχ ἅζεταί τε καὶ
Δέδοικεν βροτῶν, ἐμοῦ κλύων
Θεσμὸν, μοιρόκραντον ἐκ θεῶν
Τέλειον; ἔτι δέ μοι γέρας
Παλαιόν ἐςιν, οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ,
Καίπερ ὑπὸ χθόνα τάξιν ἔχουσα καὶ
Δυςάλιον κνέφας.

sam amentiam, quantis cum tenebris homini piaculum advolare soleat, et obscuras nebulas de domo loquitur multum gemens Fama.

Mente enim agiles et perfectrices malorumque facinorum memores, venerandae, aegre placabiles hominibus, inhonora obimus munera, a diis separata, sole carentia, imperfecta, videntibus aeque ac nihil videntibus aspera.

Quis igitur mortalium haec non revereatur et metuat, audiens praepotens officium meum a Parcis divinitus definitum? Adhuc enim nobis manet antiquus honor, nec dignitate caremus, quamvis assignatam sub terra sedem ac sole carentes tenebras incolamus.

ΑΘΗΝΗ, ΧΟΡΟΣ, ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΑΘΗΝΗ.

Πρόσωθεν ἐξήκουσα κληδόνος βοὴν,
Ἀπὸ Σκαμάνδρου, γῆν καταφθατουμένη,
Ἣν δῆτ' Ἀχαιῶν ἄκτορές τε καὶ πρόμοι,
Τῶν αἰχμαλώτων χρημάτων λάχος μέγα,
Ἔνειμαν αὐτόπρεμνον ἐς τὸ πᾶν ἐμοὶ,
Ἐξαίρετον δώρημα, Θησέως τόκοι·
Ἔνθεν διώκουσ' ἦλθον ἄτρυτον πόδα,
Πτερῶν ἄτερ ῥοιβδοῦσα κόλπον Αἰγέως,
Πώλοις ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιζεύξασ' ὄχον.
Καὶ νῦν δ', ὁρῶσα τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς,
Ταρβῶ μὲν οὐδὲν, θαῦμα δ' ὄμμασιν πάρα,
Τίνες ποτ' ἐςέ. πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω,
Βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ' ἐφημένῳ ξένῳ,
Ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,

SCENA VII.

MINERVA, CHORUS, ORESTES.

Minerva. Procul audivi precum vocem, a Scamandro, terram possidens, quam Graecorum duces et principes, praedae captae magnam sortem, mihi in perpetuum propriam dicaverunt, selectum munus, Thesei gnati; inde properans veni indefesso pede, absque alis celeriter moto Aegei sinu, robustis equis huic currui adiunctis. Novos autem hospites hic loci congregatos videns, non equidem timeo, sed miratio tamen oculos subit, quinam tandem sitis. Omnibus autem in commune dico, et huic hospiti statuam meam amplexo, vosque nulli genitorum generi similes, nun-

Οὔτ' ἐν θεαῖσι πρόσθεν οὖν ὁρωμένας,
Οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασι.
Λέγειν δ' ἄμορφον ὄντα τὸν πέλας, κακὸν,
Πρόσω δ' ἀκούειν ἣν ἀποςατῇ, θέμις.

ΧΟΡΟΣ.

Πεύσει τὰ πάντα ξυντόμως, Διὸς κόρη.
Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα,
Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα.

ΑΘΗΝΗ.

Γένος μὲν οἶδα, κληδόνας τ' ἐπωνύμους.

ΧΟΡΟΣ.

Τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα.

ΑΘΗΝΗ.

Μάθοιμ' ἂν, εἰ λέγοι τις ἐμφανῆ λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.

ΑΘΗΝΗ.

Καὶ τῷ κτανόντι ποῦ τὸ τέρμα τῆς φυγῆς;

quam antea quidem inter deas a diis visas, neque humanae figurae similes. Deformem vero praesentem dicere, malum, sed audire, ubi procul abstiterit, fas est.

Chorus. Breviter omnia disces, Iovis filia. Nos enim sumus nigrae Noctis filiae, domique sub terra Dirae dicimur.

Minerva. Genus vestrum novi, et famam de nomine.

Chorus. Honores etiam nostros confestim audies.

Minerva. Sane, si quis aperte dixerit, didicero.

Chorus. Hominum interfectores ex aedibus expellimus.

Minerva. Et caedis auctori ubi finis obtingit fugae?

ΧΟΡΟΣ.

Ὅπου τὸ χαίρειν μηδαμοῦ νομίζεται.

ΑΘΗΝΗ.

Ἦ καὶ τοιαύτας τῷδ' ἐπιῤῥοιζεῖς φυγάς;

ΧΟΡΟΣ.

Φονεὺς γὰρ εἶναι μητρὸς ἠξιώσατο.

ΑΘΗΝΗ.

Ἄλλαις ἀνάγκαις, ἤ τινος τρέων κότον;

ΧΟΡΟΣ.

Ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν;

ΑΘΗΝΗ.

Δυεῖν παρόντοιν, ἥμισυς λόγος πέρα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ὅρκον οὖν δέξαι' ἂν οὗ δοῦναι θέλει;

ΑΘΗΝΗ.

Κλύειν δικαίως μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δή; δίδαξον· τῶν σοφῶν γὰρ οὐ πένει.

Chorus. Ubi gaudere consuetum nusquam est.

Minerva. An huic quoque tale exsilium infligis?

Chorus. Nimirum ausus est matrem occidere.

Minerva. Num alia necessitate adductus, an alicuius iram timens?

Chorus. Ubi autem tantus stimulus est, ut matrem occidas?

Minerva. Enimvero cum duae partes adsint, dimidia oratio ultra modum est.

Chorus. An igitur iuramentum recipias ab eo, qui dare velit?

Minerva. Iusta potius videri, quam iuste agere vis.

Chorus. Qui sic? doce nos quaeso; scientia enim satis polles.

ΑΘΗΝΗ.

Ὅρκοις τὰ μὴ δίκαια μὴ νικᾷν λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἐξέλεγχε, κρῖνε δ' εὐθεῖαν δίκην.

ΑΘΗΝΗ.

Ἦ κἀπ' ἐμοὶ τρέποιτ' ἂν αἰτίας τέλος;

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δ' οὔ, σέβουσαί γ' ἀξίαν σ' ἀπ' ἀξίων;

ΑΘΗΝΗ.

Τί πρὸς τάδ' εἰπεῖν, ὦ ξέν', ἐν μέρει θέλεις;
Λέξας δὲ χώραν καὶ γένος καὶ ξυμφορὰς
Τὰς σὰς, ἔπειτα τόνδ' ἀμυνάθου ψόγον·
Εἴπερ πεποιθὼς τῇ δίκῃ βρέτας τόδε
Ἧσαι φυλάσσων ἐςίας ἀμῆς πέλας,
Σεμνὸς προςίκτωρ, ἐν τρόποις Ἰξίονος.
Τούτοις ἀμείβου πᾶσιν εὐμαθές τι μοί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, πρῶτον ἐκ τῶν ὑςάτων

Minerv. Iuramentis, quae non sunt iusta, vincere nego.

Chorus. At quaestionem institue, iustumque iudicium exerce.

Minerva. Vosne igitur mihi causae diremtionem committitis?

Chorus. Quidni, te dignam dignorum filiam venerantes?

Minerva. Quid habes, hospes, quod contra ista vicissim dicas? Patriam vero tuam et genus et fortunam professus, postea hoc a te crimen amolire, quando quidem iustitia fretus hoc simulacrum iuxta aram meam amplexus sedes, pie supplex, ritu Ixionis. Ad haec omnia dilucide mihi responde.

Orestes. Regina Miner-

Τῶν σῶν ἐπῶν μέλημ' ἀφαιρήσω μέγα.
Οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
Πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν ἐφημένῃ βρέτας.
Τεκμήριον δὲ τῶνδέ σοι λέξω μέγα·
Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος,
Ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθάρσιοι
Σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλοῦς βοτοῦ.
Πάλαι πρὸς ἄλλους ταῦτ' ἀφιερώμεθα
Ὅρκοισι, καὶ βοτοῖσι, καὶ ῥυτοῖς πόροις.
Ταύτην μὲν οὕτω φροντίδ' ἐκποδῶν λέγω·
Γένος δὲ τοὐμὸν ὡς ἔχει, πεύσει τάχα·
Ἀργεῖός εἰμι, πατέρα δ' ἱστορεῖς καλῶς,
Ἀγαμέμνον', ἀνδρῶν ναυβατῶν ἁρμόστορα,
Ξὺν ᾧ σὺ τοίαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν
Ἔθηκας. Οὗτος ἔφθιτ' οὐ καλῶς, μολὼν
Ἐς οἶκον, ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ
Μήτηρ κατέκτα, ποικίλοις ἀγρεύμασι
Κρύψασα, λουτρῶν δ' ἐξεμαρτύρει φόνον.

va, primum ex postremis tuis verbis magnam curam eximam. Non sum piaculo obnoxius, neque adhaeret pollutio manibus meis statuam tuam amplexis. Huius rei magnum tibi documentum dicam: hominem caede pollutum tantisper mutum esse oportet, donec ab aliquo procuratus caedem expians novellae pecudis mactatae cruor eum infecerit. Iam dudum per alios iuramentis et hostiis et aqua expiatus sum. Hanc igitur curam deponere te iubeo; genus autem meum ut se habeat, statim disces: Argivus sum, patremque bene nosti, Agamemnonem, militum classiariorum ducem, quicum tu Ilii tantam urbem funditus delevisti. Hic, domum redux, haud honeste obiit, sed atri animi mater mea eum occidit, doloso reti involutum, et balneum caedis fuit testis.

Κἀγὼ κατελθὼν, τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον,
Ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν (οὐκ ἀρνήσομαι)
Ἀντικτόνοις ποιναῖσι φιλτάτου πατρός.
Καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος,
Ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ,
Εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους.
Σὺ δ', εἰ δικαίως, εἴ τε μὴ, κρῖνον δίκην·
Πράξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω.

ΑΘΗΝΗ.

Τὸ πρᾶγμα μεῖζον, ἤ τις οἴηταί ποτε
Βροτὸς δικάζειν· οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
Φόνου διαιρεῖν ὀξυμηνίτου δίκας·
Ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ἐμοῖς
Ἱκέτης προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις·
Ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει·
Αὗται δ', ἔχουσαι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον,
Κἂν μὲν τύχωσι πράγματος νικηφόρου,

Tum ego, qui ante exsul vixeram, in patriam regressus, occidi matrem, (haud infitiabor) ut carissimi patris caedem caede vicissim ulciscerer. Et huius facinoris communis auctor est Apollo, dolores ceu stimulos cordi denuntians, nisi horum auctores ultor exsequerer. Tu vero, iure an iniuria, arbitra esto; cum enim patraverim, haec in tua persona omnino probabo.

Minerva. Causa haec maior, quam quae mortalis forte diiudicare se posse speret; vicissim autem mihi haud licet de caedibus irae fervore perpetratis cognoscere; et alioqui tu quoque supplex bene paratus purus, sine noxa, ad aedes meas accessisti. Nihilo secius tamen te opprobrio liberum urbe recipiam; hae vero, haud miti munere fungentes, etiamsi in hac

Χωροῖεν αὖθις· ἰὸς ἐκ φρονημάτων
Πέδῳ πεσὼν ἄφερτος αἰανὴς νόσος.
Τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐςίν· ἀμφότερα μενοῦν,
Πέμπειν τε δυςπέμπειν τ', ἀμηχάνως ἐμοί·
Ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
Φόνων δικαςὰς ὁρκίους αἱρουμένη,
Θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.
Ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια
Καλεῖσθ', ἀρωγὰ τῆς δίκης ὀγκώματα·
Κρίνασα δ' ἀςῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
Ἄξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως,
Ὅγκον φέροντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν.

causa vicerint, rursus exeant; venenum ex praecordiis in terram delapsum intolerabilis atra pestis. Et haec quidem ita se habent; utrumque enim, et dimittere et non dimittere, difficile mihi est; quandoquidem vero haec causa huc ad nos delata est, caedis iudices iureiurando adstrictos legens, morem hunc in sempiternum tempus instituam. Vos igitur testes et documenta colligite, subsidiaria causae momenta; ego autem optimos cives meos electos adducam, ut recte diiudicent, fastum haud iniustum animo gerentes.

ΧΟΡΟΣ, ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄. Νῦν καταστροφαὶ νέων
Θεσμίων, εἰ κρατήσει, Δίκας
Ἄχει, βλάβα τοῦδε μητροκτόνου.
Πάντας ἤδη τόδ' ἔργον εὐ-
χερείᾳ ξυναρμόσει βροτούς,
Πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα πάθεα προσμένει τοκεῦσιν
Ἄτιτ' αὖθις ἐν χρόνῳ.

ἀντιστρ. α΄. Οὔτι γὰρ βροτοσκόπων
Μαινάδων τῶνδ' ἐφέρψει κότος
Τις ἐργμάτων· πάντ' ἐφήσω μόρον·
Πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν
Προφωνῶν τὰ τῶν πέλας κακὰ
Λῆξιν ἀπόδοσίν τε μόχθων οὐκέτ' οὖν βέβαια τλάμων,
Ἀμαθὴς παρηγόρου.

SCENA VIII.

CHORUS, ORESTES.

Chorus. Nunc novae leges huc convertuntur, si vicerit, Iustitiae moerore, causa huius matricidae, omnesque mortales hoc facinus promtos faciet, multaeque certae vulnerum a liberis illatorum perpessiones inultae parentes in posterum manent.

Non enim posthac eiusmodi facinora Maenadum in homines animadvertentium ira persequetur; omnem caedem inultam abire sinemus; aliusque aliunde mala sibi a propinquis inflicta clamans, non igitur amplius certo experietur cessationem, et poenam laborum infelix, solatii expers.

στροφὴ β'.

Μηδέ τις κικλησκέτω
Ξυμφορᾷ τετυμμένος,
Τοῦτ᾽ ἔπος θροούμενος·
Ὦ δίκα, ὦ θρόνοι τ᾽ Ἐριννύων!
Ἄτιτα, δυστυχῶν πατὴρ,
Ἢ τεκοῦσα νεοπαθὴς,
Οἶκτον οἰκτίση-
τ᾽, ἐπειδὴ πιτνεῖ δόμος Δίκας!

ἀντιστρ. β'.

Ἔσθ᾽ ὅπου τὸ δεινὸν εὖ,
Καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
Δεῖμ᾽ ὀνεῖ καθήμενον.
Ξύμφορα σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.
Τίς δὲ μῆνιν ἐν φάει
Καρδίας ἀνατρέφων
Ἔμπολις βροτὸς
Ὁμοίως ἔτ᾽ ἂν σέβοι δίκαν;

στροφὴ γ'.

Μήτ᾽ ἄναρκτον οὖν βίον
Μήτε δεσποτούμενον
Αἰνέσῃς. Παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς
Ὤπασεν, ἄλλ᾽ ἄλλᾳ δ᾽ ἐφορεύει.

Iam nemo nos invocet infortunio oppressus, hisce vocibus usus: Heu Iustitia! Heu Furiarum throni! Absque vindicta, o infelix pater aut mater recens percussa, miserabiliter vociferabitis, quoniam Iustitiae domus corruit!

Est ubi infortunium conducit, et insidens menti inspector utilis est terror. Salubre, inter angores sapere. Ecquis vero civis, iram cordis aperte alens, aeque in posterum iustitiam colat?

Neque igitur dissolutam vitam nec servilem laudaveris. Omni mediocritati victoriam deus addidit, cetera autem aliter tractat.

Ξύμμετρον δ' ἔπος λέγω·
Δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος
Ὡς ἐτύμως, ἐκ δ' ὑγιείας
Φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος
Καὶ πολύευκτος ὄλβος.

ἀντιστρ. γ'. Ἐς τὸ πᾶν δέ σοι λέγω,
Βωμὸν αἰδέσαι δίκας,
Μηδέ νιν, κέρδος ἰδὼν, ἀθέῳ ποδὶ
Λὰξ ἀτίσῃς· ποινὰ γὰρ ἐπέσται·
Κύριον μένει τέλος.
Πρὸς τάδε τις τοκέων σέβας
Εὖ προτίνοι, καὶ ξενοτίμους
Ἐπιστροφὰς δωμάτων
Αἰδόμενός τις ἔστω.

στροφὴ δ'. Ἐκ τῶνδ', ἀνάγκας ἄτερ
Δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται,
Πανώλεθρος δ' οὔ ποτ' ἂν γένοιτο.
Τὸν ἀντίτολμον δὲ φαμὶ παρβάταν

Iure autem illud edico: ex impietate contumeliam, certissimam progeniem, nasci, et ex mentis sanitate felicitatem omnibus amicam, et ab omnibus expetendam.

Omnino autem hoc tibi praecipio, aram Iustitiae reverere, nec lucrum videns impiis eam calcibus pete: poena enim sequetur; dignus exitus manet. Quapropter unusquisque parentum sanctitatem pie revereatur, et hospitum honores ad aedes deversantium colat.

Quocirca is, qui necessitate non coactus iustitiam colet, haud infelix erit, nec funditus unquam interibit. Contraria vero molientem impium hominem,

Τὰ πολλὰ παντόφυρτ᾽ ἄγοντ᾽ ἄνευ δίκης,
Βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν,
Λαῖφος ὅταν λάβῃ πόνος,
Θραυομένας κεραίας.

ἀντιστρ. δ'. Καλεῖ δ᾽ ἀκούοντας οὐ-
δὲν, ἐν μέσᾳ δυσπαλεῖ τε δίνᾳ·
Γελᾷ δ᾽ ὁ δαίμων ἐπ᾽ ἀνδρὶ θερμῷ,
Τὸν εὖ ποτ᾽ αὐχοῦντ᾽ ἑλὼν ἀμηχάνοις
Δύας λεπάδνοις, οὐδ᾽ ὑπερθέοντ᾽ ἄκραν·
Δι᾽ αἰῶνος δὲ, τὸν πρὶν ὄλβον
Ἕρματι προσβαλὼν δίκας,
Ὤλετ᾽ ἄκλαυστος, αἶστος.

multa temere sine iustitia miscentem, iusto tempore aio magnam per vim interiturum, cum miseria velum fractae antennae corripuerit.

Tum autem surdas aures inclamat, in mediis invictisque fluctibus; deus vero audacem hominem ridet, multum antea gloriantem capiens inextricabilibus calamitatis laqueis, nec scopulos supergressum: itaque in sempiternum tempus, pristina felicitate petris iustitiae allisa, indefletus, ignoratus, perit.

ΧΟΡΟΣ, ΑΘΗΝΗ, ΟΡΕΣΤΗΣ, ΑΠΟΛΛΩΝ, ΚΗΡΥΞ, ΔΙΚΑΣΤΑΙ.

ΑΘΗΝΗ.

Κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ ϛρατὸν κατεργάθου!
Εἶτεν διάκτωρ πνευμάτων Τυρσηνικὸς
Ὑπέρτονον γῆρυμα φαινέτω ϛρατῷ!
Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου
Σιγᾶν ἀρήγει καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
Πόλιν τε πᾶσαν ἐς τὸν αἰανῆ χρόνον,
Καὶ τόνδ', ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς, κράτει!
Τί τοῦδέ σοι μέτεϛι πράγματος; λέγε.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον (ἔϛι γὰρ δόμων

SCENA IX.

CHORUS, MINERVA, ORESTES, APOLLO, PRAECO, IUDICES.

Minerva. Promulga, praeco, turbamque cohibe! Dein traductor spiritus Tyrrhenus intentam vocem edat multitudini! Pleno enim hoc concilio silere decet, et cognoscere leges meas in sempiternum tempus tum universam urbem, tum hunc quoque, ut causa recte diiudicetur.

Chorus. Rex Apollo, quae tibi mandata sunt, cura. Quid hoc negotium tua refert? Loquere.

Apollo. Partim testimonium dicturus veni (hic enim vir ad aedes meas

Ἱκέτης ὅδ᾽ ὡνὴρ, τοῦ δ᾽ ἐγὼ καθάρσιος),
Καὶ ξυνδικήσων αὐτός· αἰτίαν δ᾽ ἔχω
Τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου. Σὺ δ᾽ εἴσαγε
Ὅπως τ᾽ ἐπίστα τήνδε κύρωσον δίκην.

ΑΘΗΝΗ.

Ὑμῶν ὁ μῦθος, εἰστάγω δὲ τὴν δίκην.
Ὁ γὰρ διώκων, πρότερος ἐξ ἀρχῆς λέγων,
Γένοιτ᾽ ἂν ὀρθῶς πράγματος διδάσκαλος.

ΧΟΡΟΣ.

Πολλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δὲ ξυντόμως·
Ἔπος δ᾽ ἀμείβου πρὸς ἔπος ἐν μέρει τιθείς.
Τὴν μητέρ᾽ εἰπὲ πρῶτον εἰ κατέκτονας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔκτεινα· τούτου δ᾽ οὔτις ἄρνησις πέλει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἓν μὲν τόδ᾽ ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον.

supplex accessit, egoque hunc expiavi), partim et ipse causam acturus: nam huic auctor fui caedis maternae. Tu vero aperi, et, prout scis, iudicium constitue.

Minerva. Vobis dicendum est, nam iudicium aperio. Accusator enim, primo loco dicens, rite potest rem edocere.

Chorus. Multae quidem sumus; breviter tamen dicemus. Tu singulis quaestionibus singulatim responde. Matrem, primum dic, an occideris.

Orestes. Occidi: hoc negari nequit.

Chorus. Iam haec prima est trium luctarum.

Orestes. Nondum prostrato ista iactas.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ', ὅπως κατέκτανες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Λέξω. Ξιφουλκῷ χειρὶ πρὸς δέρην τεμών.

ΧΟΡΟΣ.

Πρὸς τοῦ δ' ἐπείσθης; καὶ τίνος βουλεύμασι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τοῖς τοῦδε θεσφάτοισι· μαρτυρεῖ δέ μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁ μάντις ἐξηγεῖτό σοι μητροκτονεῖν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ δεῦρ' ὅδ' ἦγε. τὴν τύχην οὐ μέμφομαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἴ σε μάρψει ψῆφος, ἄλλ' ἐρεῖς τάχα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πέποιθ'· ἀρωγὰς ἐκ τάφου πέμπει πατήρ.

ΧΟΡΟΣ.

Νεκροῖσί νυν πέποιθε μητέρα κτανών.

Chorus. Nempe dicendum tibi est, quomodo interfeceris.

Orestes. Dicam. Gladium tenente manu iugulum confodiens.

Chorus. A quo persuasus, et cuius consiliis?

Orestes. Huius oraculis obsecutus; hoc mihi testatur.

Chor. Vatesne tibi auctor fuit, ut matrem occideres?

Orestes. Et huc quidem hic duxit. de fortuna haud conqueror.

Chorus. Verum si te corripuerit calculus, mox aliter loqueris.

Orestes. Confido; auxilia mihi e sepulcro mittet pater.

Chorus. Mortuis igitur confide, matrem cum occideris.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Δυεῖν γὰρ εἶχον προςβολὰς μιασμάτων.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δή; δίδαξον τοὺς δικάζοντας τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄνδρα κτανοῦσαν, πατέρ' ἐμὸν, κατέκτανον.

ΧΟΡΟΣ.

Τοιγὰρ σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐλευθέρα φόνῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τί δ' οὐκ ἐκείνην ζῶσαν ἤλαυνες φυγῇ;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτὸς, ὃν κατέκτανεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ γάρ σ' ἔθρεψεν ἐντὸς, ὦ μιαιφόνε,
Ζώνης; ἀπεύχει μητρὸς αἷμα φίλτατον;

Orestes. Nempe duplicis piaculi ansas habui.

Chorus. Qui sic? doce hoc indices.

Orestes. Viri interfectricem, patris mei, interfeci.

Chorus. At tu quidem vivis; illa vero per caedem liberata est.

Orestes. Cur autem illam, dum vivebat, haud exagitasti?

Chorus. Non erat consanguinea viri, quem interfecit.

Orestes. Egone vero matris meae sum consanguineus?

Chorus. Nonne enim te, o parricida, sub zona nutrivit? Matrisne charissimum sanguinem abominaris?

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἤδη σὺ μαρτύρησον, ἐξηγοῦ δέ μοι,
Ἄπολλον, εἴ σφε ξὺν δίκῃ κατέκτανον.
Δρᾶσαι γὰρ, ὥσπερ ἐστὶν, οὐκ ἀρνούμεθα·
Ἀλλ' εἰ δικαίως εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ
Δοκεῖ τόδ' αἷμα, κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Λέξω πρὸς ὑμᾶς, τόνδ' Ἀθηναίας μέγαν
Θεσμὸν, δίκαιος μάντις, οὐδὲ ψεύσομαι.
Οὐ πώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις
Οὐκ ἀνδρὸς, οὐ γυναικὸς, οὐ πόλεως πέρι,
Ὃ μὴ κελεύσῃ Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.
Τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ' ὅσον σθένει, μαθεῖν,
Βουλῇ πιφαύσκω δ' ὔμμ' ἐπίσπεσθαι πατρός·
Ὄγκος γὰρ οὔτις Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεὺς, ὡς λέγεις σὺ, τόνδε χρησμὸν ὤπασεν
Φράζειν Ὀρέστῃ τῷδε, τὸν πατρὸς φόνον

Orestes. Iam tu mihi testimonium dic, et expone mihi, Apollo, utrum eam iure interfecerim. Nam fecisse, ut factum, non nego; sed an iustus necne hic sanguis menti tuae videatur, diiudica, ut his respondeam.

Apollo. Dicam igitur vobis, magno Minervae iudicum coetui, iuste, vatesque cum sim, haud mentiar. Nunquam in fatidica sede quicquam dixi, sive de viro, sive de muliere, sive de urbe, quod mihi non praeceperit Iupiter Olympiorum pater. Quantum igitur huius iura valeant, vos discere, et patris consiliis obsequi iubeo; dignitas enim Iove potentior nulla est.

Chorus. Ais igitur Iovem tibi hoc oraculum edidisse, ut Orestem iuberes patris

Πράξαντα μητρὸς μηδαμοῦ τιμὰς νέμειν;

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐ γάρ τι ταυτὸν, ἄνδρα γενναῖον θανεῖν,
Διοςδότοις σκήπτροισι τιμαλΦούμενον,
Καὶ ταῦτα πρὸς γυναικὸς, οὔτε θουρίοις
Τόξοις ἑκηβόλοισιν, ὥστ' Ἀμαζόνος·
Ἀλλ' (ὡς ἀκούσει Παλλὰς, οἵ τ' ἐΦήμενοι
ΨήΦῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι),
Ἀπὸ στρατείας γάρ μιν, ἠμποληκότα
Τὰ πλεῖσ' ἀμείνον' ἢ Φράσαι, δεδεγμένη
Δρύτῃ, παρεσκήνησεν, ἐν δ' ἀτέρμονι
Κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.
Ἀνδρὸς μὲν ὑμῖν οὗτος εἴρηται μόρος
Τοῦ παντοσέμνου, τοῦ στρατηλάτου νεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ταύτην τοιαύτην εἶπεν, ὡς δηχθῇ λεὼς,
Ὅςπερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην. —

caedem exsequendo nullam matris rationem habere?

Apollo. Non enim idem est virum nobilem mori, sceptris a deo datis condecoratum, et a muliere quidem, neque arcu longe iaculante, Amazonum ritu, sed (ut audiat Pallas et qui in consilio assident, hanc causam calculis iudicaturi) ab expeditione igitur bellica eum redeuntem, ubi plurima melius, quam dici potest, administrasset, balneis excipiens, in parascenium abdidit, virumque artificioso indumento, exitum non habente, irretitum percussit. Et huius quidem viri nobilissimi, navium imperatoris, hic exitus fuit, quem dixi.

Chorus. Haec ita narravit, ut populus irritetur, qui ad causam hanc iudicandam constitutus est. —

Πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ·
Αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον.
Πῶς ταῦτα τούτοις οὐκ ἐναντίως λέγεις;
Ὑμᾶς δ' ἀκούειν ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν,
Πέδαις μὲν ἣν δήσειεν, ἔστι τοῦδ' ἄκος,
Καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος·
Ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις,
Ἅπαξ θανόντος οὔτις ἐστ' ἀνάστασις.
Τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ
Οὑμὸς, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
Στρέφων τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων μενοῦν.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς γὰρ τὸ φεύγειν τοῦδ' ὑπερδικεῖς ὅρα.
Τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδῳ
Ἔπειτ' ἐν Ἄργει δώματ' οἰκήσει πατρός;

Patris mortem, ut dicis, Iupiter pluris aestimat: ipse tamen senem patrem Saturnum compedibus vinxit. Num infitiari potes te repugnantia inter se componere? Vos autem, ut haec audiatis, obtestor.

Apollo. O beluae omnibus invisae, deorum odia, compedibus quidem si vinxit, est huic rei remedium, danturque multae liberandi rationes; hominis autem sanguinem simulac solum biberit, semel mortui non datur resurrectio. Huius rei pater meus incantamenta non instituit, cetera vero omnia sursum deorsum volvit, non sane anhelus.

Chorus. An igitur hunc ita defendas, ut absolvatur, vide. Matris sanguinem cum ipse consanguineus profuderit, num postea Argis domum patris habitabit?

Ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις;
Ποία δὲ χέρνιψ φρατόρων προςδέξεται;

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Καὶ τοῦτο λέξω, καὶ μάθ' ὡς ὀρθῶς ἐρῶ.
Οὐκ ἔςι μήτηρ ἡ κεκλημένη τέκνου
Τοκεὺς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
Τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
Ἔσωσεν ἔρνος, εἴ τι μὴ βλάψαι θεός.
Τεκμήριον δὲ τοῦδέ σοι δείξω λόγου.
Πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός· πέλας
Μάρτυς πάρεςι παῖς Ὀλυμπίου Διὸς,
Οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη,
Ἀλλ' οἷον ἔρνος οὔτις ἂν τέκοι θεός.
Ἐγὼ δὲ, Παλλὰς, τἄλλα θ', ὡς ἐπίςαμαι,
Τὸ σὸν πόλισμα καὶ ςρατὸν τεύξω μέγαν,
Καὶ τόνδ' ἔπεμψα σῶν δόμων ἐφέςιον,
Ὅπως γένοιτο πιςὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου,

Quibusnam publicis aris utens? Quae vero sodalitas lavacra cum eo communicabit?

Apollo. Ad hoc quoque respondebo, et attende, quam vere dicam. Non profecto ea, quae dicitur mater, est partus procreatrix; verum nutrix tantum foetus recens sati; procreat enim, qui gignit, illa autem tanquam hospes hospiti servat germen, nisi quid deus nocuerit. Huius autem sententiae hoc argumentum afferam. Pater enim aliquis fieri possit absque matre; testis prope adest Olympii Iovis filia, non in uteri umbraculis nutrita, quale tamen germen nulla dea pariat. Ego vero, Pallas, et in ceteris, prout scio, urbem tuam et populum magnum faciam, et hunc supplicem ad aedes tuas misi, ut tibi in perpetuum

Καὶ τόνδ' ἐπικτήσαιο σύμμαχον, θεὰ,
Καὶ τοὺς ἔπειτα. Καὶ τάδ' αἰῶνος μένοι,
Στέργειν τὰ πιςὰ τῶνδε τοὺς ἐπισπόρους.

ΑΘΗΝΗ.

Ἤδη κελεύω τούσδ' ἀπὸ γνώμης φέρειν
Ψῆφον δικαίαν, ὡς ἅλις λελεγμένων.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος·
Μένω δ' ἀκοῦσαι, πῶς ἀγὼν κριθήσεται.

ΔΙΚΑΣΤΗΣ.

Τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τιθεὶς ἄμομφος ὦ;

ΧΟΡΟΣ.

Ἠκούσαθ' ὧν ἠκούσατ', ἐν δὲ καρδίᾳ,
Ψῆφον φέροντες, ὅρκον αἰδεῖσθαι, ξένοι!

ΑΘΗΝΗ.

Κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν, Ἀττικὸς λεὼς,
Πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ·

fidus adhaereat, et hunc, o dea, tu socium, et posteros eius adsciscas. Et haec aeterna lex esto, haec foedera posteri ut servent.

Minerva. Iam hosce ex animi sententia iustos calculos ferre iubeo; satis enim dictum est.

Chorus. Nos quidem iam omnes sagittas emisimus, et nunc expectamus, quomodo iudicaturi sint causam iudices.

Iudex. Quid enim? quomodo calculum ferens a vobis non reprehendar?

Chorus. Audistis, quae audistis; dum vero calculum fertis, iuramentum apud animum reveremini, hospites!

Minerva. Audite iam legem, o cives Attici, primam fusi sanguinis causam

Ἔςαι δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Αἰγέως ςρατῷ
Αἰεὶ δικαςῶν τοῦτο βουλευτήριον·
Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ', Ἀμαζόνων ἕδραν
Σκηνάς θ', (ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
Στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
Τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε,
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔς' ἐπώνυμος
Πέτρα πάγος τ' Ἄρειος) ἔνθετον σέβας
Ἀςῶν, φόβος τε ξυγγενὴς, τὸ μὴ 'δικεῖν
Σχήσει, τό τ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ὁμῶς,
Αὐτῶν πολιτῶν μὴ 'πικοινούντων νόμους
Κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι· βορβόρῳ δ' ὕδωρ
Λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν.
Τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον,
Ἀςοῖς περιςέλλουσι βουλεύω σέβειν,
Καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν.
Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν ἔνδικος βροτῶν;
Κερδῶν δ' ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον

iudicantes: manebit igitur in posterum etiam Aegei populo semper hoc iudicum consilium; et Areopagum hunc, Amazonum sedes tentoriaque (cum venerunt Theseo irati bellum inferentes, urbique huic recens conditae turribus munitae turres opposuerunt, Martique sacrificarunt, ex quo nomen haec petra accepit, et Areopagus) insita civibus veneratio et cognatus timor interdiu noctuque ab iniustitia retinebit, modo ipsi cives leges non permisceant malis additamentis; limpidam enim aquam stercore inquinans nunquam potum invenies. Neque imperio carere, nec tyrannidem exercere cives, curam adhibentes, iubeo, neque omnem metum ex civitate expellere. Quis enim mortalium nihil timens iustitiam colat? Hoc autem consilium lucri im-

Αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὑδόντων ὕπερ
Ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς, καθίςαμαι.
Τοιόνδε τοι ταρβοῦντες ἐνδίκως σέβας
Ἔρυμά τι χώρας καὶ πόλεως σωτήριον
Ἔχοιτ' ἂν οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει,
Οὔτ' ἐν Σκύθησιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.
Ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
Ἀςοῖσιν ἐς τὸ λοιπόν. Ὀρθοῦσθαι δὲ χρὴ
Καὶ ψῆφον αἴρειν, καὶ διαγνῶναι δίκην,
Αἰδουμένους τὸν ὅρκον. Εἴρηται λόγος.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς
Ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Κἄγωγε χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διὸς
Ταρβεῖν κελεύω, μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις,

mune, venerabile, severum, pro dormientibus vigilans praesidium terrae, constituo. Talem igitur maiestatem iure reveriti, salutare terrae urbisque columen habebitis, quale nemo hominum habet neque apud Scythas, neque in Peloponneso. Et haec quidem civibus meis, quae ad futurum tempus spectant, edixi. Surgere vero oportet, et calculos ferre, ac litem diiudicare, iuramentum reverentes. Dixi.

Chorus. Et ego quidem, ne societatem hanc laedatis, suadeo, gravem, si feceritis, huic telluri futuram.

Apollo. Ego vero mea et Iovis oracula timere vos iubeo, neve infructuosa reddere.

Chorus. Tu vero causas sanguineas tractas, tibi haud

Μαντεῖα δ' οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσει μένων.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἦ καὶ πατήρ τι σφάλλεται βουλευμάτων
Πρωτοκτόνοισι προςτροπαῖς Ἰξίονος;

ΧΟΡΟΣ.

Ληρεῖς· ἐγὼ δὲ μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης
Βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πολύ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἀλλ' ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις
Θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ· νικήσω δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις·
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐκοῦν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
Ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι;

ΧΟΡΟΣ.

Σύ τοι παλαιοὺς δὴ νόμους καταφθίσας
Οἴκοι παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.

demandatas, neque amplius purum, ubi manseris, oraculum obtinebis.

Apollo. Num vero pater quoque consiliis excidit, cum prima caede perpetrata Ixion supplex eum adiit?

Chorus. Garris; at ego, nisi causa vicero, gravissima huic regioni ero.

Apollo. At tu neque inter veteres, neque inter novos deos ullo in honore haberis; ego vero vincam.

Chorus. Talia etiam in Pheretis aedibus fecisti: persuasisti Parcis, ut mortales immortales redderent.

Apollo. Nonne igitur aequum est, ei, qui te colat, et omnino et cum te roget, bene facere?

Chorus. Tu autem, eversis antiquis legibus, domi tuae decepisti veteres deas.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Σύ τοι τάχ', οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος,
Ἐμεῖ τὸν ἰὸν οὐδὲν ἐχθροῖσιν βαρύν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπεὶ καθιππάζει με πρεσβῦτιν νέος,
Δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω,
Ὡς ἀμφίβουλος οὖσα θυμοῦσθαι πόλει.

ΑΘΗΝΗ.

Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην·
Ψῆφον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προσθήσομαι·
Μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο,
Τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν,
Ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.
Οὕτω γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον
Ἄνδρα κτανούσης δωμάτων ἐπίσκοπον,
Νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
Ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους,
Ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος!

Apollo. Tu igitur mox, accusatione victa, evomes virus adversariis tuis haud grave futurum.

Chorus. Quandoquidem mihi sic insultas veteri iuvenis, maneo, iudicium hoc auditum; ambigua enim sum, utrum civitati irasci debeam.

Minerva. Mihi convenit extremam litem decidere; calculum igitur hunc Oresti adiiciam: mater enim nulla est, quae me genuit, et virilem sexum omnino probo, nisi quod nuptias non ineam, tota mente, ac verissima patris sum filia. Itaque non favebo uxoris partibus, quae virum aedium inspectorem occidit, sed vincit Orestes, etiamsi paria fuerint suffragia. Statim igitur e sitellis eiicite sortes, indices, quibus hoc munus mandatum est!

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, πῶς ἀγὼν κριθήσεται;

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ Νὺξ μέλαινα, μῆτερ, ἆρ' ὁρᾷς τάδε;.....

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν!

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν γὰρ ἔῤῥειν, ἢ πρόσω τιμὰς νέμειν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων, ξένοι,
Τὸ μὴ 'δικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει·
Γνώμης δ' ἀπούσα πῆμα γίγνεται μέγα
Πέλουσά τ' οἶκον ψῆφος ὤρθωσεν μία.

ΑΘΗΝΗ.

Ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην·
Ἴσον γάρ ἐςι τἀρίθμημα τῶν πάλων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ Παλλὰς, ὦ σώσασα τοὺς ἐμοὺς δόμους,
Καὶ γῆς πατρῴας ἐςερημένον, σύ τοι

Orestes. O Phoebe Apollo, quomodo certamen hoc diiudicabitur?

Chorus. O Nox atra, mater, videsne haec?.....

Orestes. Nunc in eo est, ut aut ad restim confugiam, aut lucem videam.

Chorus. Nobis enim vel perire licebit, vel pristinos honores obtinere.

Apollo. Accurate sortes eiectas numerate, hospites, iustitiam in separatione reverentes: nam deficiens suffragii magno fuerit infortunio et adiectus domum servavit unus calculus.

Minerva. Vir hic absolutus est caedis crimine: par enim est numerus suffragiorum.

Orestes. O Pallas, quae domum meam, meque patria privatum servasti, tu

Κατῴκισάς με· καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ,
Ἀργεῖος ὡνὴρ αὖθις ἔνθ' ἐν χρήμασιν
Οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου
Ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου
Σωτῆρος, ὃς πατρῷον αἰδεσθεὶς μόρον
Σῴζει με, μητρὸς τάσδε συνδίκους ὁρῶν.
Ἐγὼ δὲ χώρᾳ τῇδε καὶ τῷ σῷ ϛρατῷ
Τὸ λοιπὸν εἰς ἅπαντα πλειϛήρη χρόνον
Ὁρκωμοτήσας νῦν ἄπειμι πρὸς δόμους,
Μήτοι τιν' ἄνδρα δεῦρο πρυμνήτην χθονὸς
Ἐλθόντ' ἐποίσειν εὖ κεκασμένον δόρυ·
Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε
Τοῖς τἀμὰ παρβαίνουσι νῦν ὁρκώματα
Ἀμηχάνοισι πράξομεν δυϛπραξίαις
Ὁδοὺς ἀθύμους καὶ παρόρνιθας πόρους
Τιθέντες, ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος·
Ὀρθουμένοις δὲ, καὶ πόλιν τὴν Παλλάδος

igitur me restituisti; et inter Graecos hic sermo celebrabitur: Vir iste Argivus rursus ibi in opibus paternis habitat beneficio Palladis et Apollinis tertiique sospitatoris omnia perficientis, qui, patris casum reveritus, me servat, puniens has matris meae patronas. Ego vero huic regioni populoque tuo deinceps in omne tempus, quamvis longissimum, iureiurando pollicitus domum redeo, nunquam posthac terrae gubernatorem venturum, bene exornatam hastam Atheniensibus illatum: nos enim ipsi, tum in sepulcris futuri, iis, qui mea, nunc data, iuramenta violarint, impedimentis haud superandis obiectis vias molestas et infausta itinera reddentes efficiemus, ut eos laboris poeniteat, recte autem agentibus et urbem hanc

Τιμῶσιν αἰεὶ τήνδε συμμάχῳ δορὶ,
Αὐτοῖσιν ἡμεῖς ἐσμεν εὐμενέςεροι.
Καὶ χαῖρε καὶ σὺ, καὶ πολιςσοῦχος λεὼς
Πάλαισμ' ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοι
Σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.

ΧΟΡΟΣ.

ςροφὴ α'. Ὦ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους
Καθιππάσασθε, κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου·
Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος
Ἐν γᾷ τᾷδε, φεῦ, ἀντιπαθῆ μεθή-
σω καρδίας ςαλαγμὸν, ἄφορον χθονί·
Ἐκ δὲ τοῦ λιχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος, ὦ Δίκα, πέδῳ
'πισύμενος, βροτοφθόρος! —
Στενάζω; τί ῥέξω; πένωμαι; — Δύςοιςα
Πτολίταις ἔπαθον (ἰὼ) μεγάλα τοι
Κόραι δυςτυχεῖς Νυκτὸς, ἀτιμοπενθεῖς!

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἐμοὶ πίθεσθε! μὴ βαρυςόνως φέρειν·

Palladis semper sociis armis honorantibus, ipsis magis etiam favebimus. Atque ita tu vale, populusque urbem incolens semper cum hostibus ita congrediatur, ut fugam effugere illi non possint, sibi autem salutem et victoriam paret!

Chorus. Heu dii iuniores, antiquas leges conculcastis, mihique e manibus eripuistis; ego vero contemta, misera, gravi ira exardescens, in hanc terram, heu! adversarium cordis virus eiiciam, terrae intolerabile; et ex hoc nata scabies carens foliis, foetibus, o Iustitia, solum invadet, mortales perdens. -- Ingemisco? Quid faciam? Sumne inops? — Contumelias passae sunt intolerabiles civibus futuras (heu) infelicissimae Noctis filiae, ex ignominia tristes!

Apollo. Obsequimini mihi! ne nimis moleste ista

Οὐ γὰρ νενίκησθ', ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη
Ἐξῆλθ' ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν,
Ἀλλ', ἐκ Διὸς γὰρ, λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν,
Αὐτός θ' ὁ χρήσας, αὐτὸς, ἦν ὁ μαρτυρῶν,
Ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.
Ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον
Σκήψησθε, μὴ θυμεῖσθε, μηδ' ἀκαρπίαν
Τεύξητ', ἀφεῖσαι δαιμονοσταλάγματα,
Βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους·
Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδόκους ὑπίσχομαι
Ἕδρας τε καὶ κευθμῶνας, ἐνδίκου χθονὸς
Λιπαροθρόνοισιν ἡμένας ἐπ' ἐσχάραις,
Ἕξειν, ὑπ' ἀστῶν τῶνδε τιμαλφουμένας.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. ά. Ὦ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους
Καθιππάσασθε, κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου·
Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος
Ἐν γᾷ τᾷδε, φεῦ, ἀντιπαθῆ μεθη-

feratis: non enim victae estis, sed par calculorum numerus revera exiit, absque ignominia vestra, sed clara, utpote a Iove, aderant testimonia, et ipse vates, ipse, testis eram, Orestem ob illud facinus poena haud dignum videri. Vos igitur huic terrae nolite gravem iram immittere, animum ne despondeatis, neve sterilitatem inducite, divinas stillas evomentes, edacia seminum spicula infensa: ego enim vobis promitto, vos in hac terra omnicapas sedes et penetralia habituras, iustae urbis super nitidis aris considentes, et a civibus hisce honoratas.

Chorus. Heu dii iuniores, antiquas leges conculcastis, mihique e manibus eripuistis: ego vero contemta, misera, gravi ira exardescens, in hanc terram, heu! adversarium cor-

σω κραδίας ςαλαγμὸν, ἄφορον χθονί·
Ἐκ δὲ τοῦ λιχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος, ὦ Δίκα, πέδῳ
'πισύμενος, βροτοφθόρος. —
Στενάζω; τί ῥέξω; πένωμαι; — Δύςοιςα
Πτολίταις ἔπαθον (ἰὼ) μεγάλα τοι
Κόραι δυςτυχεῖς Νυκτὸς, ἀτιμοπενθεῖς.

ΑΘΗΝΗ.

Οὐκ ἔς' ἄτιμοι, μηδ', ὑπερθύμως ἄγαν
Θεαὶ βροτοῖς, ςήσητε δύςκηλον χθόνα.
Κἀγὼ πέποιθα Ζηνὶ, κεἴ τι δεῖ λέγειν,
Καὶ κλῆδας οἶδα δώματος μόνη θεῶν,
Ἐν ᾧ κεραυνός ἐςιν ἐσφραγισμένος·
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ, σὺ δ' εὐπειθὴς ἐμοὶ
Γλώσσης ματαίας μὴ 'κβάλῃς ἐπὶ χθόνα
Φύροντα καρπὸν πάντα μὴ πράσσειν καλῶς.
Κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος,
Ὡς, σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοὶ,

dis virus eiiciam, terrae intolerabile; et ex hoc scabies carens foliis, foetibus, o Iustitia, solum invadet, mortales perdens. — Ingemisco? Quid faciam? Sumne inops? — Contumelias passae sunt intolerabiles civibus futuras (heu) infelicissimae Noctis filiae, ex ignominia tristes!

Minerva. Neutiquam honore caretis, neque, nimium iratae hominibus deae, insanabili malo terram affligite. Ego quoque Iove confido, et, si gloriari licet, et claves sola deorum novi domus, ubi fulmen obsignatum est. Sed eo nihil opus est; tuque potius lubens mihi obsecuta cave linguae ad audaciam pronae fructum huic terrae iniicias, omnia commiscentem, ut male procedant. Consopias potius quaeso atri fluctus acerbam vim, quia, magno in honore et contubernalis mihi futura,

Πολλῆς δὲ χώρας τῆσδε τἀκροθίνια
Θύη, πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους,
Ἔχουσ', ἐς αἰεὶ τόνδ' ἐπαινέσεις λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'. Ἐμὲ παθεῖν τάδε; Φεῦ! ταλασίφρον' ἐ-
μὲ κατὰ γᾶν οἰκεῖν, ἀτίετον μύσος; —
Πνέω σοὶ μένος, ἀπάτα τ' ἔγκοτον!
Οἶ, οἶ, Δᾶ! Φεῦ, Φεῦ, τίς μ' ὑποδύεται
Πλευρὰς ὀδύνα, θυμοῦ δαμάτει-
ρα πνίξ; Ἀπὸ γάρ με τιμᾶν
Θεῶν δαμίαν δυςπάλαμοι παρ' οὐ-
δὲν ἦραν δόλοι!

ΑΘΗΝΗ.

Ὀργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ·
Φρονεῖν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς.
Ὑμεῖς δ' ἐς ἀλλόφυλον ἐλθοῦσαι χθόνα
Γῆς τῆσδ' ἐρασθήσεσθε (προὐννέπω τάδε)·
Οὐπιῤῥέων γὰρ τιμιώτερος χρόνος

ac magnae huius regionis sacrificia ex primitiis pro liberis et in nuptiarum solennibus adepta, habebis profecto, quod hunc sermonem constanter laudes.

Chorus. Me ista pati? Eheu, me patienter in hac terra habitare, contemtum monstrum? — Spiro tibi acerbitatem, et fraudibus iram! Heu, heu, Tellus! quis mea latera dolor subit, animi domitor deliquium? nam a publicis honoribus deturbatam me deorum insuperabiles doli in nihilum redegerunt.

Minerva. Iras condonabo tibi, aetate enim es provectior; quanquam mihi non male sapere Iupiter dedit. Vos vero si in aliam terram concesseritis, hanc regionem desiderabitis, hoc vobis praedico: futurum enim tempus in maiore

Ἔσται πολίταις τοῖσδε, καὶ σὺ τιμίαν
Ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως,
Τεύξει παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων
Ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.
Σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς
Μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλάγχνων βλάβας
Νέων, ἀοίνοις ἐμμανὴς θυμώμασι,
Μηδ', ἐξόρουσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων,
Ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
Ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν!
Θυραῖος ἔστω πόλεμος ὠμὸς, δύσπορος,
Ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
Ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.
Τοιαῦθ' ἑλέσθαι σοι πάρεστιν ἐξ ἐμοῦ·
Εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν, εὖ τιμωμένην
Χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. β'. Ἐμὲ παθεῖν τάδε; Φεῦ, ταλασίφρον' ἐ-

etiam honore hos cives collocabit, tuque, propter aedes Erechthei venerabilem habens sedem, a virorum et mulierum coetibus obtinebis, qualem nuspiam apud alios mortales inveneris. Noli igitur in his meae ditionis locis effundere sanguineas cuspides, nocivas novae proli, vini expertibus furoribus furens, neque, tanquam cor gallorum gallinaceorum irritans, Martem domesticum, qui in ipsorum viscera saeviat, inter cives meos excita. Externum sit bellum crudele, inexpeditum, in quo malus vigeat gloriae amor; domesticarum autem avium inter se pugnam haud dico. Haec a me sumere tibi licebit: ubi benefeceris, beneficiis affecta, honorata ut maneas in hac regione diis carissima.

Chorus. Me ista pati? Eheu, me patienter in hac

με κατὰ γᾶν οἰκεῖν, ἀτίετον μύσος; —
Πνέω σοὶ μένος, ἀπάτᾳ τ' ἔγκοτον!
Οἶ, οἶ, Δᾶ! Φεῦ, φεῦ, τίς μ' ὑποδύεται
Πλευρὰς ὀδύνα, θυμοῦ δαμάτει-
ρα πνίξ; Ἀπὸ γάρ με τιμᾶν
Θεῶν δαμίαν δυςπάλαμοι παρ' οὐ-
δὲν ἦραν δόλοι!

ΑΘΗΝΗ.

Οὔτοι καμοῦμαί σοι λέγουσα τἀγαθὰ,
Ὡς μήποτ' εἴπῃς, πρὸς νεωτέρας ἐμοῦ
Θεὸς παλαιὰ, καὶ πολισσούχων βροτῶν,
Ἄτιμος ἔῤῥειν, τοῦδ' ἀπόξενος πέδου.
Ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας,
Γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον,
Σὺ δ' οὖν μένοις ἄν! εἰ δὲ μὴ θέλεις μένειν,
Οὔτ' ἂν δικαίως τῇδ' ἐπιῤῥέποις πόλει
Μῆνίν τιν', ἢ κότον τιν' ἀβλαβεῖ στρατῷ·
Ἔξεστι γάρ σοι τῆσδέ γ' ἐμμόρῳ χθονὸς
Εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ.

terra habitare, contemtum monstrum? — Spiro tibi acerbitatem, et fraudibus iram! Heu, heu, Tellus! quis mea latera dolor subit, animi domitor deliquium? nam a publicis honoribus deturbatam me deorum insuperabiles doli in nihilum redegerunt.

Minerva. Haud defatigabor blanda tibi consilia dando, ne unquam dicas, te seniorem deam a me iuniore et civibus meis contemtam extorrem errare. Age igitur, si honorem habes deae Suadae, quae linguam meam demulcendi ac deliniendi vi imbuit, maneas quaeso! quodsi nolis manere, certe huic urbi haud iuste inflixeris iram, aut populo innocenti vindictam: licet enim tibi huius regionis participem perpetuis honoribus merito frui.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, τίνα με φὴς ἔχειν ἕδραν;

ΑΘΗΝΗ.

Πάσης ἀπήμον' οἰζύος· δέχου δὲ σύ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;

ΑΘΗΝΗ.

Ὡς μή τιν' οἶκον εὐσθενεῖν ἄνευ σέθεν.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ τοῦτο πράξεις, ὥςτε με σθένειν τόσον;

ΑΘΗΝΗ.

Τῷ γὰρ σέβοντι ξυμφορὰς ὀρθώσομεν.

ΧΟΡΟΣ.

Καί μοι προπαντὸς ἐγγύην θήσει χρόνου;

ΑΘΗΝΗ.

Ἔξεςι γάρ μοι μὴ λέγειν, ἃ μὴ τελῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Θέλξειν μ' ἔοικας, καὶ μεθίςαμαι κότου.

ΑΘΗΝΗ.

Τοιγὰρ κατὰ χθόν' οὖσ' ἐπικτήσει φίλους.

Chorus. Regina Minerva, quam dicis me habituram sedem?

Minerva. Ab omni aerumna liberam; tu vero illam accipe.

Chorus. Atqui accipio. Quis vero me honor manet?

Minerva. Ut nulla domus absque te polleat.

Chorus. Tune igitur efficies, ut tantum valeam?

Minerva. Te enim colentibus fortunam secundam largiemur.

Chorus. Et hoc mihi perpetuo ratum habebis?

Min. Non enim mihi licet dicere, quae non perficiam.

Chorus. Sentio me a te deliniri, iramque dimitto.

Minerva. Itaque hanc terram incolens amicos tibi parabis.

ΧΟΡΟΣ.

Τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;

ΑΘΗΝΗ.

Ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
Καὶ, πάντα γῆθεν, ἔκ τε ποντίας δρόσου,
Ἐξ οὐρανοῦ τε, κἀνέμων ἀήματα,
Εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
Στέργω γὰρ, ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην,
Καρπόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίῤῥυτον
Ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
Καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν
Τὴν τῶν δικαίων. τοῖσδ' ἀπένθητος γενοῦ,
Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορὰ τορὰ πέλοις!
Τοιαῦτα σοῦ 'στι· τῶν δ' ἀρειφάτων ἐγὼ
Πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
Τῶνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμὴν πέλειν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ γ'. Δέξομαι Παλλάδος
Ξυνοικίαν, οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν,

Γέροντος — Id. 10. p. 367.

— ex fracti femoris et doloribus exercito sene —

89.

Λιβυρνικῆς μίμημα μανδύης χιτών.

Pollux lib. 7. segm. 60.

Liburnicae laenae imitamen.

90.

Οἶτε ςεναγμοὶ τῶν πόνων ἐρείσματα.

Schol. Sophocl. ad El. 289.

Homini levamen miseriae suspiria.

91.

— ἐπῆμεν τῆς ὁδοῦ τροχήλατον
Σχιςῆς κελεύθου τρίοδον, ἔνθα ξυμβολὰς
Τριῶν κελεύθων Ποτνιάδων ἠμείβομεν.

Id. ad Oedip. Tyr. 733. ed. Brunck.

92.

Λαμπραῖσιν ἀςραπαῖσι δάπεδον ςένει.

Id. ad Oed. Col. 1047.

Ardore nimio fulgurum tellus gemit.

93.

Ἔφριξ' ἔρωτος τοῦδε μυςικοῦ τέλος. Ibid. 1049.

94.

Ὡς τοῖς θανοῦσι χρήματ' οὐδὲν ὠφελεῖ.

Schol. Eurip. Orest. 680.

Nequeunt iuvare, amice, defunctos opes.

95.

Τῶν Σπαρτῶν τοὺς περιλειφθέντας, eorumque posteros, recensuit, teste Schol. Eurip. ad Phoen. 949.

96.

Δέσποιν' Ἑκάτη, τῶν βασιλείων

Πρόδρομος μελάθρων. Schol. Theocrit. ad idyll. 2, 36.

Regina Hecate, regiarum aedium praeses.

97.

— Ἐναγώνιε

Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ. Schol. Pindar. Pyth. Od. 2, 18.

98.

Ixionem Antionis filium tradidit. Id. ibid. 40.

99.

Χαλιμάς (Βάκχη). Schol. Apollon. Argon. 1, 473.

100.

Semelen gravidam et entheam induxit. Id. ib. 636.

101.

Μελανόστερνος vel μελανόστερφος. Id. 1, 1348.

102.

Τέθνηκεν αἰσχρὸς χρημάτων ἀπαιόλη.

Eustath. ad Il. 2. p. 352.

Mortuus est turpiter, opibus privatus.

103.

Ἀρειθύσανος. Id. ad Il. 5. p. 600.

104.

Ἄμπελον μάχλον (τὴν ῥεομένην). Id. ad Il. λ'. p. 827.

105.

Αὐλῶνα (τὴν τάφρον). Id. ad Il. σ'. p. 1157.

106.

Ὃς εἶχε πώλους τέσσαρας ζυγηφόρους,
Φιμοῖσιν αὐλωτοῖσιν ἐστομωμένας.

Eustath. ad Il. σ'. p. 1157.

107.

(de expiando parricida.)

Πρὶν ἂν σαλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου
Αὐτός σε χράναι Ζεὺς καταστάξας χεροῖν.

Id. ad Il. τ'. p. 1183.

108.

— τίς ἀνήρει τὰς νήσους
Ἀναριτοτρόφους;

Athen. 3. p. 86., quasi ex Persis haec essent.

109.

Πάτερ Θέοινε, Μαινάδων ζευκτήριε.

Tzetz. ad Lycophr. 1247.

110.

Apud Aeschylum ὀστράκῳ τύπτεσθαι Ulyssem. Id. ib. ad 778.

111.

Ἀποφώλιοι ξένοι (οἱ φυλὴν μὴ νέμοντες).

Suid. in Ἀποφ.

112.

Σχελίδας. Schol. Arist. ad Equit.

113.

Κραναά. Id. ad Acharn.

114.

Πέδοι. Eustath. ad Il. ι.

115.

Ψιλῆς. Id. ad Il. 5.

116.

Ἐν διῤῥυμίᾳ πῶλοι. Id. ad Il. θ'.

117.

Στομίς. Id. ad Od. ε'.

118.

Μυχθίζειν. Id. ad Od. ω'.

119.

Αἴνηθος. Steph. de urb.

120.

Ἄςομον ἵππον. Pollux 2, 4.

121.

Λάλησις et ἀπεριλάλητος. Id. 2, 4.

122.

Κόραξ, Ἁρπυία, Χάρων, Λυκίτας, nomina canum Actaeonis. Id. 5, 5.

123.

Καταφαγάς. Id. 6, 7.

124.

Ἡμίοπον αὐλόν. Id. 6, 37.

125.

Χειμάμυνα. Id. 7, 13.

126.

Ἀλαβαςροφόρον. Ib. 33.

127.

— Ὅδ᾽ ἐςὶν, ὅς ποτ᾽ ἀμφ᾽ ἐμοὶ βέλος
Γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην,
Ἔῤῥιψεν, οὐδ᾽ ἥμαρτε, περὶ δ᾽ ἐμὸν κάρα
Πληγεῖσ᾽ ἐναυάγησεν ὀςρακουμένη,
Χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ᾽ ἐμοί. Athen. 1.

128.

Αὐτορέγμονος πότμου. Hesych.

129.

Ἐδανοῖς. Id.

130.

Λέαινα ἠριγένεια. Id. in ἠριγ.

131.

Κεχρηματίσθαι. Id.

132.

Ὀπισθοβριθὲς ἔγχος. Id. in σαυροβριθές.

133.

Ἀσαλὴς μανία. Etymol. magn.

134. Ἀσχαδές. Etym. magn.

135. Ἄχνη. Id.

136. Ἐξαυςήρ. Id.

137. Πλάςιγξ. Id.

138.

Τέθριππον ζεῦγος. Id. in ζεῦγος.

139.

Tradit, qui aliquem interfecissent, sanguinem partium amputatarum eius gustare et exspuere solitos fuisse. Id. in ἀπάργματα.

140.

Convivas induxit de seriis colloquentes.

141.

Nemea certamina instituta narrat in memoriam Archemori, filii Nemeae. Schol. Pind. argum. Nem.

ELEGIACA.

1.

Κυανέη καὶ τούσδε μενέγχεας ὤλεσεν ἄνδρας
Μοῖρα, πολύῤῥηνον πατρίδα ῥυομένους·
Ζωὸν δὲ Φθιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε γυίοις
Τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφιέσαντο κόνιν.

Antholog. lib. 3. cap. 5.

Haec quoque terribilis fortissima corpora Parca
Perdidit, agrorum fertilium columen.
At defunctorum vivit bene gloria semper,
Pulveris Ossaei tam male participum.

2.

Βριθὺς ὁπλιτοπάλας δαΐος ἀντιπάλοις.

Plutarch. de fort. Rom. in orat. 2. etc.

Impiger, armipotens, hostibus hostis erat. H. Gr.

3.

Τυῤῥηνὸν γενεὰν, Φαρμακοποιὸν ἔθνος.

Tyrrhenam gentem, pharmaca quae didicit.

ANNOTATIONES
IN
AESCHYLI DRAMATA
QUAE SUPERSUNT
ET
DEPERDITORUM FRAGMENTA.

ACCEDIT
CONSPECTUS METRICUS.

I.

ANNOTATIONES

IN

AESCHYLI TRAGOEDIAS

SUPERSTITES.

ANNOTATIONES
IN VITAM AESCHYLI.

Eiusmodi βίους, ex veteribus scriptoribus congestos, meliores peioresve deprehendi, quo meliores levioresve auctores habuerint, consentaneum est. Hic quidem nihil tradit, de quo non aliunde quoque satis constaret.

Αἰσχύλος ὁ Τραγικός. Huius nominis alios recenset Stanleius, minus celebres, Alexandrinum Athen. deipn. 13., Hippocratis discipulum quendam Aristot. Meteorol. lib. 1. cap. 6., Xenophontis libertum, pro quo orationem scripsit Dinarchus, teste Dionysio Hal. in eius vita, etc.

Natus est poëta secundum chronicum Parium epoch. 49. olympiadis 63. quarto anno, i. e. ante Christum natum circiter 525, ante Pindarum vero quinto. Fallitur Noster.

Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον. Eleusin inter 174 Atticae δήμους seu pagos, a Theseo institutos, numerat Polemo apud Strab. 9. Sunt qui ad tribum Ἱπποθοωντίδα pertinuisse velint. Stanl.

Ἀμεινίου. Ἀμυνίαν vocant Diod. Sic. lib. 11. et Aelian. var. hist. 5, 19. Id.

Νέος δὲ ἤρξατο τῶν τραγῳδιῶν. Cum Pratina decertassè Olympiade 70. Suidas auctor est, cuius olympiadis primo anno vigesimum aetatis annum attigit. Qua vero occasione ad tragoediam scribendam animum appulit, discimus ex Pausaniae Atticis; nimirum puero, dum uvas custodiret in agro, dormienti Bacchum id imperasse. Ex eo forsan ansa commento data, vinosum eum tragoedias scribere, cuius rei testes laudant Callisthenem Lucianus in encom. Demosth., Chamaeleontem Athenaeus lib. 1. Quapropter Sopater rhetor Διονύσου ἑταῖρον compellavit; obiecitque ei

Sophocles l. l., etiamsi traderet scriptis ea quae oporteret, id tamen inscientem facere. Et eandem ob causam omnes eius fabulas Baccho tribuit Gorgias apud Plutarchum sympos. lib. 7. quaest. 10. Stanl.

Τοὺς πρὸ αὐτοῦ. Thespin, Phrynichum Atheniensem, qui Nostrum haud multo antecessit, aliosque, ex quibus Thespis cum unum histrionem introduxisset, Aeschylus alterum addidit, Sophocles tertium, teste Aristotele de poët. cap. 4. cf. Pollux 5, 15. In Persis Phrynichi vestigia pressisse nostrum, tradit scriptor ibi hypotheseos. Ridetur quoque tanquam istius poëtae imitator Euripidi Aristophaneo Aeschylus.

Κατά τε τὴν ποίησιν. Subtilius hoc disceptatum oportuit, sed sic sunt grammatici. Et bene quidem fecit Noster, cum a quaestione inter veteres multum agitata manum hactenus abstinuit, ut nihil referret, de quo non inter omnes fere conveniret. Caute itidem agunt ii (Stanleium audis), qui singulis suum quasi pensum distribuunt. Plutarchus 9. p. 92. Aeschylo ϛόμα, Sophocli λογιότητα, Euripidi σοφίαν tribuit. Cui consentit Phrynichus apud Photium, iudicans τῶν τραγικῶν Αἰσχύλον τὸν μεγαλοφωνότατον, καὶ Σοφοκλέα τὸν γλυκὺν, καὶ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην.

Καὶ τὴν διάθεσιν τῆς σκηνῆς. Stanleius: Scenae antiquitus, cum adhuc tragoedia in lacte quasi et fasciis esset, e ramis et frondibus confectae erant, cum racemis ac corymbis, quasi umbracula quaedam, quae parietes non haberent, ait Servius Ovidium secutus,

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes
Simpliciter positae scena sine arte fuit.

Postea casae cum cellis effectae; postremo magnifice exornatae sunt picturis, machinis omnique apparatu theatrali. Hanc demum perfectionem attulit Aeschylus; de qua intelligendus Vitruvius architect. lib. 7. prooem.: Namque primum Agatharchus Athenis, Aeschylo docente, tragicam scenam fecit, et de eo commentarium reliquit.

Τήν τε λαμπρότητα τῆς χορηγίας. Apparatum scenicum multo augustiorem et splendidiorem reddente Aeschylo, plus sumtus in eum impendebatur a Choragis, quorum hoc erat officium lege publica cautum. Ulpianus: Χορηγὸς, ὁ τοῖς Διονυσίοις καὶ

τοῖς Παναθηναίοις τῷ χορῷ τὴν τροφὴν παρέχων, καὶ ςεφάνους, καὶ κόσμον, καὶ ὅσα περὶ τὴν τοιαύτην ὁμήγυριν. Stanl.

Καὶ τὴν σκευὴν τῶν ὑποκριτῶν. Philostratus vit. Apollon. lib. 6., de Aeschylo: Σκευοποιΐας μὲν ἥψατο εἰκασμένης τοῖς τῶν ἡρώων εἴδεσιν· ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνης βαίνοιεν, ἐσθήμασί τε πρῶτος ἐκόσμησεν, ἃ πρόςφορον ἥρωσί τε καὶ ἡρωΐσιν ἠσθῆσθαι. Stanl. Horatiana nosti. cf. et eruditiss. Schneiderum in lexico v. v. ὀκρίβας, ὄρχηςρα, inprimis vero elegantissimum Barthelemy in libro gallico, qui inscriptus Voyage du jeune Anacharsis en Grèce.

Τὴν τοῦ χοροῦ σεμνότητα. Incompositus cum fuerit olim et minus gravis Tragicorum chorus iusto numerosior, πρῶτος, inquit Aristot. de poët. 4. Αἰσχύλος τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε. Antiquitus enim 50 personis constabat, Aeschylus eas ad 15 reduxit. quod etiam lege sancitum est, ex occasione, ut Pollux 4, 15. refert, quem sequitur ὁ βιογράφος, Nostri Eumenidum. Stanl.

Τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης. Parta est celeberrima haec victoria Boëdromionis (tertii a solstitio aestivo mensis Attici) die sexto, ut in Camillo refert Plutarchus, Phanippo Athenis Archonte, ut in Aristide habet idem, olympiadis 72. anno secundo, marm. Par. Aeschyli in hoc proelio singularem virtutem testabatur etiam pictura Athenis in theatro Bacchi. Pausan. Id.

Σὺν Κυναιγείρῳ. Cynaegirus e quatuor ducibus, qui adversus Darium ab Atheniensibus missi, cum mille hominibus Persarum 30 millia profligasse dicuntur. vid. inprimis Herodot. 6. Id.

Τῆς τε ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας. quae contigit secundum marmor Par. olympiadis 74. anno quarto, Boëdromionis die 20, Archonte Calliade. Id. Huic pugnae et Plataeensi interfuisse Nostrum, locupletiores testes desidero.

Ἀμεινία. De hoc vide ad Sacerdotum fragm. 5. Primus Atheniensium virtutis praemium tulit, teste Aeliano: αὐτὸς γὰρ, inquit Diodorus lib. 11., τριηραρχῶν πρῶτος ἔμβολον ἔδωκε τῇ ναυαρχίδι τῶν Περσῶν, καὶ ταύτην κατέδυσε, καὶ τὸν ναύαρχον διέφθειρε. Id.

Ἐν Πλαταιαῖς. In qua Mardonius profligatus, olymp. 75, 1., Boëdromionis die 3. Id.

Ἀκραῖον εἶναι κρίνων τουτὶ τὸ μέρος. v. ἀρχαῖον, ut labi in hac voce librarii solent (vid. ad Agam. 544.), praepostere literas scribendo: nam τὸ ἀρχαῖον amasse Aeschylum et aliunde scimus, et ex Dione Chrysostomo, sed ἀρχαῖον μέρος non dicitur, ἀκραῖον, i. e. ἄκρον, bene dicitur.

Τινὲς δέ φασιν — ἐξαμβλωθῆναι. Haec v. male inculcantur post verba ἐςὶν ἀλλότριον.

Ὡς Ἱέρωνα. Hieron, secundum Schol. Pind. Pyth. 3. olympiade 76. rex constitutus est. Id. Eodem se contulisse Simonidem, narrant Pausan. Attic. et Plut. de exilio.

Κατά τινας — κατασπουδασθείς. Hinc illud Aristophan. in Ranis,

Οὔτε γὰρ Ἀθηναίοισι συνέβαιν' Αἰσχύλος.

Schol. ὡς φαύλων περὶ τὰς ἀποκρίσεις ὄντων, οὐκ ἐςοίχησεν.

Ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ. Ita Plut. in Cimone. Firmat hoc marmor Par., Sophoclem tradens vicisse tragoedia annos natum 28, Archonte Apsephione, olymp. 77, 3. Id.

Ἐλεγείῳ. Elegias scripsisse Nostrum, testatur Suidas. quas laudat et Theophrastus. Ad hanc ipsam elegiam in eos, qui ad Marathonem occubuerunt, pertinuisse tetrastichon illud in calce operis adiectum, facile credam, et quod praecedit, ad Simonidis carmen, quod sic se habet:

Χαίρετ', ἀριςῆες πολέμου, μέγα κῦδος ἔχοντες,
Κοῦροι Ἀθηναίων, ἔξοχοι ἱπποσύνῃ,
Οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσαθ' ἥβαν,
Πλείςοις Ἑλλήνων ἀντία μαρνάμενοι. Stanl.

Salvete, o belli decus immortale, iuventus
Attica, Neptuni docta domare feros,
Quae patriae cecidisti altaria sancta propugnans,
Hostibus excussis innumerabilibus.

Τὰς Αἰτναίας. v. τὰς Αἴτνας, insulse. vid. catalog.

Ὧν ἐτῶν 65. Suidas 58, minus etiam recte. vid. infra tabulam chronologicam, a Stanleio concinnatam.

Ἀετὸς χελώνην ἁρπάσας. Sic et Suidas v. v. Αἰσχύλος et Χελώνη, ac Plin. hist. 10, 3. paulo aliter Valer. Max. 9, 12. Sotades:

Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπιπέπτωκε χελώνη. Stanl.

Γελῷοι. Gela, Siciliae oppidum, a Rhodiis conditum, et a Gela fluvio denominatum, Rhodiorum et Cretensium colonia. Id.

Ὡς ψηφίσασθαι etc. Schol. Aristoph. Τιμῆς μεγίστης ἔτυχε παρὰ Ἀθηναίοις ὁ Αἰσχύλος, καὶ μόνου αὐτοῦ τὰ δράματα ψηφίσματι κοινῷ καὶ μετὰ θάνατον ἐδιδάσκετο. Aeschyli opera post eius mortem senatusconsulto recitata testatur idem ad Ranas. Id.

Χορὸν λαμβάνειν. Sic meliores MSS., nam deteriores quidem χρυσόν. Choragi erat officium, poëtis δοῦναι χορὸν, Archontis, ut optimis daretur, curare.

Ἐβίωσε — ἀπηνέγκατο. Aliter in praecedentibus Ὧν ἐτῶν etc., ut facile intelligatur, ab alia haec esse manu, itaque seorsim, contra ac vulgo fit, exaranda.

TABULA CHRONOLOGICA, AESCHYLI VITAM ILLUSTRANS.

Olymp.	63, 4.	Aeschylus natus. Marmor Parium.
—	70, 1.	Cum Pratina decertavit. Suid. in v. v. Αἰσχύλος et Πρατίνας.
—	72, 2.	Proelium Marathonium, in quo pugnat Aeschylus. Marmor Par.
—	73, 3.	Archonte Philocrate, Aeschylus, annos natus 40, tragoedia primum vicit. Idem marmor.
—	74, 4.	Pugna ad Salaminem.
—	75, 1.	Pugna ad Plataeas.
—	76, 4.	Menone Archonte, vicit Aeschylus Phineo, Persis, Glauco Potniensi, Prometheo. Schol. in argum. Pers.
—	77, 3.	Apsephione Archonte, cum Socrate decertavit. Marmor Par. et Plut. in Cim.
—	80, 1.	Philocle Archonte, vicit Orestiade et Proteo Satyrico. Schol. in argum. Agam. et Schol. Aristoph. in Ran.
—	80, 4.	Callia Archonte, annum agens 69, moritur in Sicilia. Marmor Par.

ANNOTATIONES
IN CATALOGUM.

Recensentur in hoc catalago 73 Aeschyli fabulae, apud biographum nostrum 75, apud alterum biographum MSti Oxon., cuius scriptio editioni Robort. praefixa est, 70, Suidae vero ϟʹ, 90, nisi in numero describendo peccatum sit. Ioh. Meursius circiter 100 se observasse dicit, pluribus is quidem haud dubie, ut recte Stanleius suspicatur, earundem fabularum deceptus nominibus. quae res et Sophoclis Euripidisque nonnullis editoribus fraudi fuit.

Ἀγαμέμνων. Monet Stanleius, dramata Aeschyli quatuor, quae inscripta Agamemnon, Choëphorae, Eumenides, Proteus Satyricus, unam tetralogiam constituisse, quae a similitudine argumenti Ὀρέστεια dicta fuerit; cf. argum. Agam.; unde Aristophan. Ran.

Πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστείας λέγε.

ceterum errare, qui credant, omnes eiusmodi tetralogias similis fuisse argumenti. vid. vel tabul. chronol. ad Olymp. 76, 4.

Ἀθάμας. Quod de Sophocle annotarunt veteres, eum fere omnes πραγματείας suas ex cyclo depromsisse, idem de Aeschylo (et Euripide) observare licet. Historias cyclicas dico Argonauticam, Dionysiacam (sic enim opus suum de Bacchi gestis inscripsit Nonnus), Thebaicam et Troianam. Ad Dionysiacam, quatenus ex epigraphis et fragmentis coniicere est, pertinuere Semele, Athamas, Isthmiastae, Nutrices, Proteus, Lycurgus, Edoni, Bacchae, Bassarides, Pentheus, Xantriae.

Athamanti Iuno, aegre ferens, quod Bacchum educaret, furorem immisit. Scripserunt et hoc nomine tragoedias Ennius et Attius, ille fortasse Sophoclem secutus, hic, pro more suo, Nostrum. Stanl.

Αἰτναῖοι — νόθοι. v. Αἰτναῖοι. sed ter Αἰτναίας laudat Hesychius v. v. Αἰτναίας, Αἰμοὶ, Ἀναξίαν, et biographus Noster quin idem voluerit, dubitari posse non videtur, ut coniicias, chorum ex feminis (ut plurimum apud Tragicos, et recte quidem, siquidem viri ad agendum idonei, feminae ad spectandum et narrandum res gestas) constitisse. quae fabula a laude urbis Aetnae etiam Aetnae nomine venit apud Hesych. v. Κρείττονας et Macrob. Sat. 5. 10.

Ἀμυμώνη. De Amymone, Danaï filia, quae ex Neptuno peperit Nauplium, vid. Apollodorus, Philostratus, Lucianus. Stanl.

Ἀργώ. Scripsit Attius quoque Argonautas. Id.

Ἀταλάντη. Atalantas tragoedias docuere Pacuvius et Pomponius Gracchus. Citatur etiam Nonio Meleager Attii. Id.

Βάκχαι. Composuit etiam Attius Bacchas. Id.

Βασσάραι. Eadem procul dubio fabula, quae Βασσαρίδες Scholiastae Nicandri ad Theriaca. Videtur ad Bacchi historiam referenda esse, cuius ministrae Bassarides.

Γλαῦκος Ποτνιεύς. Additur Ποτνιεὺς, ut dignoscatur fabula ab illa, quae inscripta Γλαῦκος Πόντιος, recensita et illa quidem haud dubie olim in hoc catalogo, sed omissa a librariis, simili literarum ductu, ut fit, deceptis.

Glaucus ille, de quo hic agitur, Sisyphi erat filius, et apud Potnias regnavit: qui cum equas humana carne pasceret, tandem ab illis ipse devoratus est. Stanl.

Δαναΐδες. Eadem haec fabula cum Ἱκέτισι secundum Strabonem 5.: Αἰσχύλος δὲ ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ Δαναΐσι τὸ γένος αὐτῶν. Id. Fallitur autem Strabo, nam quae exstant ex Danaïdibus, praesertim prius fragmentum, ad internecionem Aegyptiadum pertinent.

Δικτυουλκοί. v. Δικτυουργοί. et Pollux quidem 7, 10. similiter ἐν Δικτυουργικοῖς, sed Aelian. hist. animal. 8, 47. et Hesych. v. Θοινᾶσθαι, ἐν Δικτυουλκοῖς. Stanl. quos sequor.

Ἐλευσίνιοι. Bellum Thebanum ab ipsis primordiis usque ad exitum persecutus videtur. eo enim pertinent hae tragoediae: Laïus, Sphinx, Oedipus, Nemea, Septem ad Thebas, Eleusinii, Ossilegi, Epigoni. De Eleusiniis et Ossilegis minus certum: verum de priori suadet ut credam, quod ex ea adducit in Theseo

Plutarchus: Theseum Adrasto caesorum cadavera concessisse, cuius rei testem profert Nostri Eleusinios. Stanl. Ἐλευσινίας vocat Hesych. v. ἀοζήσω. quod malim. vid. ad Αἰτναίους.

Ἐπίγονοι. Sic κατ' ἐξοχὴν vocantur ἐπίγονοι illi Thebani, septenorum ducum posteri, nam et ἐπίγονοι Ἡρακλεῖδαι celebrantur, qui tamen ἁπλῶς plerumque Ἡρακλεῖδαι, sicut etiam apud Nostrum. Attii Epigonos saepius laudat Nonius, ex qua, ni fallor, Cicero Tuscul. Disp. 2. haec profert, tacito, ut solet, scriptoris nomine:

Audisne haec, Amphiarae, sub terram abdite? Id.

Εὐμενίδες. Latine vertit Ennius. Id.

Ἠδωνοί. Edoni Thraciae populus, ad Strymonem incolens, regem suum Lycurgum, oraculi monitu, vinctum in Pangaeum montem abduxerunt. Si itaque Λυκουργία Aeschyli, cuius meminit Aristoph. in Thesmoph. et Ran., tetralogia fuerit, eo referenda haec fabula. Id.

Ἡλιάδες. Solis filiae, quae Phaëthontem luxerunt. Male v. in Sophoclis Schol. ad Oed. Col. 1248. legitur Ἰλιάσιν, librariis per iotacismum in fraudem illectis, quod vitium sustulit, meliores codices secutus, Brunckius.

Θεωροί. Hunc titulum habes etiam apud Athen. 10. Dionysiacis annumeranda fuerit: postquam enim furore acti Athamas Learchum, Ino Melicertam, interfecerant, Melicertae in honorem Isthmiorum certamen, Sisypho auctore, institutum est. Stanl.

Κάβειροι. Samothracum dii, de quibus fusius Strabo 10. Ad Argonautarum pertinuit. vide fragmm. 2. et 3. Id.

Κερκύων. Nomen habuit a Cercyone, patre Alopes, quem in Eleusine palaestra suffocavit Theseus, sicut is solebat peregrinos. Id.

Λυκοῦργος. Ex quo Lycurgum suum transtulisse perhibetur Naevius. cf. quae monita ad Ἠδωνούς. Fabulae hypothesis petita ex Homeri Il. 6, 130 sqq. Id.

Μέμνων. Affinis argumenti cum Ψυχοστασίᾳ. Machinae, qua usa est Aurora ἁρπάζουσα τὸ σῶμα τοῦ Μέμνονος, meminit Pollux 4, 19. §. 2., hanc, ni fallor, fabulam respiciens.

Μυρμιδόνες. Composuit et eo nomine tragoediam Attius, ex

nostra haud dubie translatam: Aeschyli enim is prae ceteris studiosus fuit imitator. Id.

Νέμεα. Argumentum sumtum, ut videtur, ex Nemeorum ludorum institutione, in honorem Archemori, Lycurgi et Nemeae filii, a serpente interfecti, dum nutrix eius Hypsipyle, sitientibus Argivis, in expeditione adversus Thebas, fontem ostendens puerum demisisset in gramen. facit ut credam Pind. Schol., qui de horum certaminum institutione agens, addit, Ἄλλοι δὲ, ὧν ἐστι καὶ Αἰσχύλος, ἐπ' Ἀρχεμόρῳ, τῷ Νεμέας παιδί. Scripsit et Ennius Nemeam tragoediam. Id.

Ξάντριαι. Schol. in Eumenid. 26. Νῦν φησιν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα· ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις, ἐν Κιθαιρῶνι. Unde colligas, hanc ex Dionysiacis fuisse. Id.

Ὅπλων κρίσις. Achillis armorum. vid. Ovid. Met. 13. Quint. Smyrn. 5. Pacuvius quoque et Attius Armorum iudicia scripserunt. Id.

Ὀστολόγοι. Quantum ex epigraphe arioleris, ad historiam Thebaïcam haec quoque referenda. cf. Eleusinios. Sepeliebantur fortasse in hac fabula occisi isti. Potuit Evadnes quoque mortem exhibere, quae in Capanei se rogum ipsa coniecit. Id.

Πενθεύς. Argumentum ex Euripidis Bacchis petendum, de qua fabula, quisquis hypothesin condidit, Ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ. Id.

Περραιβίδες. Ita et Athen. 11., qui tamen alibi et Περραιβοῦς. sic etiam Hesych. v. ἀπαιόλη. Id.

Προμηθεὺς δεσμώτης. Ab Attio conversae fabulae probabiliter Stanleius existimat esse versus prolatos a Cicerone Tuscul. disp. 3.

Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,
Mederi posse rationem iracundiae.
Prom. Siquidem qui tempestivam medicinam admovens,
Non adgravescens volnus illidat manus.

Προμηθέα certe λυόμενον transtulisse Attium, ex qua versione locus exstat Tuscul. 2., tradunt Nonius v. Adulo et Priscian. 6. Id.

Προμηθεὺς πυρφόρος. Pollux II. πυρκαεὺς, eandem fabulam innuens, sed memoria fortasse lapsus. Satyricam hanc existimat Is. Casaubonus potius quam λυόμενον, nam alteram ex hisce fuisse

satyricam, utpote a scriptore veteri hypotheseos in Persas in eadem tetralogia cum Phineo, Persis et Glauco Potniensi collocatam. Id.

Πρωτεύς. cf. argum. Agam. Potuit ad Bacchi historiam referri, quem primus omnium Proteus, Aegyptiorum rex, hospitio excepit. Id.

Σαλαμίνιαι. Hesych. Σαλαμίνιαι v. v. Ἔκλογον et Κανθύλας, quod praetulerim. vid. ad Αἰτναίους.

Σίσυφος δραπέτης. Sisyphus permissu Plutonis ad superos reversus, noluit redire, δραπέτης, donec a Mercurio vi detractus, transfugii poenas luit, πετροκυλιςὴς, quem aliunde novimus. Id.

Τήλεφος. Telephus ab Achille vulneratus, cum nulla arte sanari posset, oraculum sciscitatus, responsum accepit: ὁ τρώσας ἰάσεται. Hoc Telephus ubi audivit, inquit Hyginus, ad regem Agamemnonem venit, et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans, se eum occisurum, nisi sibi mederentur. Quod in hac tragoedia actum monet Aristophan. Schol. ad Acharn. Exhibuerunt hoc nomine tragoedias Ennius et Attius. Id.

Τροφοὶ, eadem quae et Διονύσου Τροφοί. Bacchi nutrices a Iove in Hyadas stellas mutatas, fama erat. Id.

Φιλοκτήτης. Scripserunt et Sophocles et Euripides, quos cum Aeschylo confert Dio Chrysostomus orat. 53., et inter Latinos Attius. Id.

Φρύγες seu Φρύγιοι etc. Hypothesis ex Il. ώ. depromta, quam poëmatis partem λύτρα veteres nominarunt. Ennius quoque Hectoris lytra scripsit. Id.

Χοηφόροι. Apud Latinos Dulorestes eiusdem argumenti fabula. Scripserunt eo nomine tragoedias Naevius, Ennius, Pacuvius. Id.

Ψυχοςασία. Tragoedias suas Aeschylus dixit τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων, Athen. 8. Hanc sane ex Homero confictam tradunt Plut. de aud. poët. et Eustath. in Il. χ΄. vid. ipsa fragmenta. Id.

ANNOTATIONES
IN PROMETHEUM.

„Fabulae de Prometheo," Iapeti et, secundum Aeschylum quidem, Themidis filio, „antiquissimus auctor est Hesiodus Op. et D. v. 86. ac praesertim Theogon. v. 521. sqq. Sed Aeschylus eius narrationem aut plane neglexit, aut certe, sive ingenio obsecutus, sive aliorum scriptorum auctoritate usus, aliter pro consilio suo informavit, atque primariarum artium et opificiorum non, ut vulgo, aliorum aliis, sed omnium uni Prometheo inventiones tribuit." —

„Locus, ubi in hac tragoedia Prometheus affixus esse fingitur, citra dubium est rupes Scythica; et recte quidem Stanleius observavit, intelligi Scythiam Europaeam, quae ab Istro ad Tanaim pertinebat. vidd. verss. 2. et 415." Ita autem alligatus fuit, „ut facie versus occidentem hibernum conversus esset et Pontum Euxinum in prospectu haberet." — Recentiores, in his, ut mihi quidem videtur, Attius poëta, apud Cic. Tusc. Disp. 2, 10., „uno ore omnes" Caucasum scenam tam diri spectaculi pronuntiant.

„Κράτος et Βία iam ab Hesiodo memorantur, qui eos cum Ζήλῳ et Νίκῃ Stygis Oceani filiae ex Pallante filios esse perhibet. Has" aiunt „semper apud Iovem sedere, neque unquam ab eo segregari. Βία autem in hac tragoedia muta persona est: Κράτος enim suo et illius nomine loquitur." —

„In codicibus quibusdam MSS. inter personas dramatis recensentur Γῆ et Ἡρακλῆς, quos, cum in hac tragoedia locum non habeant, ad Prometheum solutum pertinuisse Stanleius recte existimat."

„Chorum Nympharum Oceanitidum quot personis constare

iusserit Aeschylus, definiri nequit. Longum earum catalogum praebet Hesiodus Theog. 349. sqq. Multo autem pauciores in scenam invexisse Aeschylum, ideo credibile est, quod eas curru alato advenire finxit: talem enim machinam haud magnum numerum capere potuisse facile intelligitur."

„Quod ad scenae adornationem attinet," medius eius paries, *der Mittelgrund*, *) „absque dubio rupem repraesentavit, cui Prometheus affigebatur; ima vero scenae pars aream planam ante istam rupem imitabatur, in qua Chorus consistere et saltare posset." —

„Machinis," ab Agatharcho architecto fabricatis, „in hac tragoedia usum fuisse Aeschylum, dubium non est: Oceanitides enim non solum per aërem curru alato advehebantur, sed etiam aliquamdiu sublimes pendebant, antequam in solum descenderent. vv. 135 — 277. Oceani quoque ales quadrupes, quem Gryphum Scholiastae putant, **) machina fuerit necesse est, quae funibus traheretur."

„Personatos Graecorum" et Romanorum „histriones in scenam introisse, tralatitium. In Prometheo eius moris duo vestigia deprehenduntur. Primum quod τῷ Κράτει insignis deformitas ac truculenta oris figura tribuitur, v. 78.; quam larvae forma expressam fuisse credibile est. Deinde quod Io cornuta apparuit; nisi enim cornibus deformata fuisset, non potuisset coram spectatoribus βούκερως aut κεράστις appellari, vv. 580. 665. (cf. Supplic. 535. 536.)" —

„Exitus denique fabulae, tonitrua excitatis quocunque modo fragoribus simulata fuisse, nobis persuadet." — *Schütz.*

Ceterum hoc drama apud veteres promiscue audit Προμηθεὺς δεσμώτης et Προμηθεὺς nude; „etsi duae aliae eius nominis exstabant, a Nostro scriptae, tragoediae, Προμηθεὺς Πυρφόρος et Προμηθεὺς λυόμενος." *Idem.*

*) Extremo pariete rupem expressam fuisse, censebat Clar. Schützius, quod et a dramatum oeconomia abhorret, in quibus personae primariae non nimis remotae a spectatoribus esse debent, et refellitur vv. 113. sqq., ubi a tergo Promethei advehi fingitur chorus.

**) cf. annotat. ad 284.

Vicit autem Aeschylus Prometheo, teste Schol., cuius locum vide in Prolegomenis ad Persas.

V. 49. Vulgo: Ἀ. ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν, quod alii aliter vel explicare vel emendare moliuntur.

93. V. Δ. οἵαις αἰκίαισι. Porsonus: αἰκίαισιν, ut aliquo saltem modo servaretur metrum. sed talem versum (anapaesticum an spondaicum nescias) tam elumbem, omnique gratia, imo caesura, carentem, num tulissent aures Graecae? Ita v. 168.: κρατεραῖς ἐν γυιοπέδαις αἰκιζομένου.

97. Verba δεσμὸν ἀεικῆ vulgo singulum versum constituunt, anapaesticum monometrum, reliquis huiusmodi versiculis, qui hic leguntur, in dimetrorum formam redactis. in quo peccasse librarios, nativus cogitationum cum metris consensus, a nobis iam restitutus, docet. praestat igitur reponere, secundum codicem Arundel., Φεῦ, φεῦ τὸ παρὸν pro vulgato αἶ, αἶ, τὸ π., ne versus hiet.

115. Recte Porsonus sequenti versui adnumerat verba τίς ἀχὼ, quae et sententia et metro admonemur separanda esse ab ἀμέτροις istis exclamationibus ἆ, ἆ, etc.

117. κεκρ. Intelligendi sunt Semidei sive Heroës. ἵκετο, quod v. legitur post κεκρ., pessimum glossema est τοῦ προςέπτα.

Θέλων pro θέλουσα positum, figura πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Versus τίς ἀχὼ est bacchiac. tetram., versus τερμ. dactylic. penthemim.

118. 19. sic potius scribendi sunt, tanquam iambici dimetri, expulso glossemate ἐμῶν:

Τερμόνιον ἐπὶ πάγον, πόνων
Θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;

Dubitantis et leviter perturbati sermoni abruptiori melius conveniunt breves versus, quam unus longus, ex hisce compositus.

123. V. legitur: τὴν Διὸς αὐλὴν εἰςοιχνεῦσιν, nullis numeris, ambiguoque metro. in αὔλειος intelligendum, ut passim, θύρα. „ἐςοιχνεῦσιν ionice pro εἰςοιχνοῦσιν, ut apud Hom. Od. 1, 120. hic ibi enim Ionismos Aeschylus intermiscet.“ *Schütz.*

135. V. legitur μου, quod solutam orationem spirat. sic et supra, 78., σοι dedi pro vulgato σου.

138. Tethyos et Oceani liberos recenset Hesiod. Theog. 337. sqq. vid. Sch.

139. Secundum veterum opinionem Oceani flumen totum terrarum orbem coronae instar ambiebat. Id.

155. 158. His et similibus tum Aeschyli tum aliorum versibus quam plurimis intelligitur, dactylicos versus rite immisceri anapaesticis. quis enim tales, quales hi sunt, pro anapaesticis venditet?

Ceterum „sub terra Orcus, Plutonis regia, et sub Orco demum Tartarus esse fingebatur.“ Sch.

163. V. ὁ δ' ἐπικότως ἀεὶ, vitiose. coniungenda ἐπὶ et θέμενος.

182. Vulgo: δέδια γὰρ ἀμφὶ etc., ex interpretatione, corrupto quidem metro.

188. V. μαλακογνώμων seorsim ponitur, verbis ἔξαι — φιλότητα in tres anapaest. dim. comprehensis: sed paroemiacum antecedere solet anapaest. monom. De frequenti hoc errore semel admonetur lector.

210. Nodum in scirpo quaerunt interpretes, dum, Themidem cum Tellure confundentes, hunc versum ταυτολογίας accusant, qui quantum vulgaris interpolatoris modulum superet, unusquisque, opinor, videt. Imo et matrem Themidem et aviam Tellurem hoc sibi praedixisse significat Prometheus. amant vaticinari aviae.

213. Lego cum Porsono, ὑπερσχόντας, quod in suis libris repererunt, ni fallor, Aldus ac Robortellus: nam praesens et futurum saepissime alterum alterius gerunt vices: ne de gratis laeso per vulgatum ὑπερέξοντας metro dicam.

220. De his Titanum bellis vidd. omnino Hesiodus et Mythologi.

235. Me quoque vexari fateor asyndeto verborum ἐτόλμησ' (v. enim legitur ἐγὼ δ' ἐτόλμησ') et ἐξερυσάμην, nec, quid reprehendatur Victorii et Canteri lectio τολμῆς i. e. τολμήσεις, video, quae proxime ad codicum scripturam accedit. praetuli tamen τόλμαις.

264. V. τοὺς κ. πράσσοντας, ex interpr., corrupto metro.

274. recte Porson rescripsit πείθεσθέ μοι pro vulgato πείθεσθ' ἐμοὶ, nam ὀρθοτονουμένῳ hic nullus locus.

281. Male duo versus in unum coniuncti sunt, quorum alter incipiendus verbo τούς.

283. Clar. Voss *Mythol. Briefe* vol. 1. p. 158.: „*Okeanos,*“ inquit, „*der Herrscher des kreisenden Weltstroms, der bei Aeschylus, wie bei Pherecydes* (Sch. Apoll. 4, 1396. Athen. 11, 6.) *und Pindar* (Pyth. 4, 447.), *schon zur Breite eines Meers erwachsen war, wohnte als Stromgott im Felsengeklüft seines Quells* (300.), *welchen Hesiodus* (Theog. 282.), *Pindar* (fr. p. 79.) *und Kallimachus* (Pall. lav. 5.) *am westlichen Ende Europa's annahmen. Bis hieher tönte das Gehämmer des anschmiedenden Hefästos. Die mitleidigen Okeaniden baten den Vater um Erlaubniss, und, ohne sich Zeit zur Beschuhung zu nehmen, eilten sie hin auf einem Wagen mit geflügelten Greifen, Fabelthieren des angrenzenden Arimaspenlandes: deren eins auch den Okeanos selbst durch die Luft heranträgt.* cf. Schütz ad h. l.

288. Parum convenit sententiae vulgatum δοκῶ, et compositum cum ἐξαναγκάζει ridicule friget verbum. „δόκῳ, propter existimationem publicam, qua vapulaturus essem, cognatum deserens.“

300. σιδ. αἶαν. Scythiam. Chalybes enim, Scythiae populus, ferrum invenerant. Sch.

342. V. πονήσεις, εἴ τι καὶ, perfrigide.

353. Typhon seu Typhoëus, secundum Hesiodum, Terrae ex Tartaro filius fuit. Sch.

370. V. ἀπλήστου, minus apte ad rem. πλάστος a πελάζω exstat Eum. 53. Pindarus: ἀπλάτου πυρὸς παγαί. Ceterum, commate posito post ζάλης, v. talis versus additur: καίπερ κεραυνῷ Ζηνὸς ἠνθρακωμένος, qui quantopere frigeat post longe fortiora et elegantiora, quae praecedunt, quamque sit foetui nescio cuius grammatici similis, sentient periti.

383. Lusus verborum. Recte autem utile (Prometheo) dicitur, si amici eius, in his Oceanus, prae studio, illum sublevandi, insanire, i. e. nihil non tentaturi, videantur.

385. In vulgatis haec affirmative accipiuntur, minus quidem commode.

401. θεοῖσι τοῖσι πάρος, Saturno et Titanibus, quibus opponuntur Iupiter eiusque asseclae. Sch.

403. Bene habet Aldi χώρα μεγαλοσχήμων, i. e. μεγάλη. significantur immensae et maximam partem Graecis incognitae terrae Scytharum et Sarmatarum Herodoti, inter Istrum, Tanain et mare Caspium: nam de rupe in Scythia Europaea, quae istis fluviis utrimque terminabatur, supra dictum est. Corrupte autem Aldus exhibuerat ἀτ' ἀρχαιοπρεπῆ, nec melior Robortelli lectio μεγαλοσχήμονα τ' ἀρχ., quam emendando magis etiam corrupit Heathius, reponens μεγαλοσχήμονα κἀρχαιοπρεπῆ. „Cognatorum," Titanum, quibus ob bellum adversus se gestum semper iratus est Iupiter. In strophico, qui huic respondet, itidem male Heathius δ' exulare iussit, quasi metro officiens, quem temere secutus Brunckius. nam per versum quidem aeque bene vel aderit vel aberit particula: vid. conspectus metricus in calce libri: verborum autem perpetuitatis causa omitti vix potest, omnibus praesertim libris refragantibus.

411 — 420. Haec strophica esse, animadvertit Godofredus Hermannus; vulgo enim ἐπῳδοῦ nomine veniebant, reliqua vero usque ad 428., satis inepte quidem, monostrophicorum.

Κολχ. γ. ἔνοικοι παρθ. Amazones sunt, quae, antequam circa Themiscyram ad fluvium Thermodonta habitarunt, Colchidis regionem obtinebant. Sch.

416. Arabiae commemorationem ceterorum, qui hic nominantur, situi locorum haud convenire, recte monuit Clar. Schützius. Equidem una literula τοῦ 'Αραβίας mutata reponendoque πύλωμα pro πόλισμα restituere poëtae manum videor. 'Αριβίας, formatum ut αἰνοβίας, sonat fortissimum, quod pulcre convenit τῷ ἄρειον. Intelliguntur autem procul dubio Sauromatae, ad quos ab Amazonibus et Scythis, unde orti ferebantur, secundum Herodotum, quibusque vicinas incolebant terras, ad Caucasum usque Persarumque imperium pertingentes, naturali ordine devenit poëta. Ac fortissimi quidem fuere Sauromatae seu Sarmatae, omnesque Scytharum populi.

Πύλαι dicuntur angustiae locorum, praesertim montano-

rum, per quas transitus fieri in conterminas terras solent, cuiusmodi erant portae Caspiae, portae Ciliciae, aliaeque. πέλας absolute, ut loquuntur, accipio, subintelligens ex antecedentibus Σκύθων καὶ Ἀμαζόνων. Vulgatum θ' post ὑψίκρημνον, corrupto verbo ἀριβίας, ad sustentandum utique loci sensum, additum est, quod iam delevimus.

421. Vulgo δὴ legitur pro δὲ, sine pondere, corruptisque metris. totus autem locus vulgo sic concipitur:

μόνον δὴ πρ. ἄλλον ἐν πόνοις
δαμέντ' ἀ.
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδ. θεῶν,
Ἄτλανθ', etc.

legitur quoque in nonnullis editionibus ἀκαμαντοδέτοις, quod ineptum esse, reponendumque ἀδαμ., dudum vidit Stanleius. In istis glossemata nos delevimus. θεὸν habetur in Rob.

424. V. leguntur haec:

Ἄτλανθ', ὃς αἰὲν ὑπείροχον σθένος
κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον
νώτοις ὑποστενάζει.

verbis κραταιὸν, οὐρανὸν, πόλον, mox οὐράνιον πόλον, et οὐράνιόν τε πόλον interpretandi causa adscriptis τοῖς ὑπ. σθένος, „superam molem," quae coeli ποιητικωτάτη est descriptio. ὑποστενάζει alienum esse, ὁ τυχὼν intelligat. sed gemitibus hoc loco abundarunt interpolatores. nostrum bene habere, vetus ostendit glossa ὑποβαστάζει, quae in Rob. Cant. Stanl. et Porson. legitur. Sequentia v. sic eduntur: β. δὲ πόντιος κλύδων ξ., στένει βυθὸς, manifesta interpolatione.

Atlas haud procul a mari in Mauretania stare ferebatur. *Sch.*

426. γῆς, quod vulgo legitur post μυχὸς, itidem interpretamentum est verbi Ἄιδος.

428. Non Promethei, sed Atlantis, ἄλγος intelligendum esse, perpetuitas orationis vincit.

431. Vulgo exhibetur προσειλούμενον. saltem dedissent προσελούμενον. sed utrumque falsum est, licet defensores nactum sit Dawesium Misc. crit. sect. 4. et Brunckium ad h. l., quibus adstipulatur Clar. Schütz: nam ne unum quidem exem-

plum, satis confirmatum, productae ob sequentem aspiratam brevis syllabae ex omnibus, quotquot exstant, Graecis poëtis proferri potest. quae cum ita sint, rescribo cum Porsono προυσελούμενον, i. e. ὑβριζόμενον. Etymologici magni scriptor: Προυσελούμενοι. προυσελεῖν (sic enim legendum puto pro vulgatis Προσέληνοι. προυσέλλειν) λέγουσι τὸ ὑβρίζειν. καὶ οἱ Ἀρκάδες Προσέληνοι, ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν. οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμώτου. (v. ὑβρίζειν καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ etc. δεσμώτου pro δεσμῶν repositum a Schützio, qui bene animadvertit quoque, ineptam τοῦ προσέληνος explicationem sublectam fuisse homini in Scholiis ad Prometheum, inter quae etiamnum exstat.)

443. Porsonus dedit κοὔτι, reste quidem, si vulgatum οὐ ξυλουργίαν retineas. sed elegantior nobis videbatur Reizii, V. Celeberrimi, emendatio, quam recepimus.

455. Nihil differunt ζυγὸν et ζεύγλη. facillime autem permutabantur inter se εὐζύγοισι et ἐν ζυγοῖσι.

456. σώμασιν, sive ad antecedentia sive ad sequentia referatur, frigere, omnes viderunt, neque tamen tanti erat, ut reciperetur, Pauwianum commentum σάγμασιν: nam et subridicule dicerentur animalia servire clitellis, et non recte σάγματα opponerentur ταῖς ζεύγλαις, cum clitellae nihil impediant, quominus et iugentur equi, muli, asini. συμμάσσειν hominibus apte dicuntur eiusmodi animalia domestica, i. e. συλλαμβάνειν. cf. Promethei soluti fragmentum 5.

472. V. οὐδὲν, οὐδὲ βρ. Οὐ χρισὸν, οὐδὲ πισὸν, ἀλλὰ etc. Brunckii duo codices: οὔτε βρ.

474. V. πρὶν ἐγὼ, metro laborante.

483. V. εὐμορφίαν, male, nam pulchritudinis in hoc genere una semper forma est, sed deformitas sane ποικίλη, quam rimabantur sacerdotes.

505. V. κρᾶναι πέπρωται. nos κραίνει praeteriti significatione accipimus, locumque ita interpretamur: „non sic haecce a principio rexit i. e. decrevit Parca perficiens.“ *Le Grand* malebat: — κράναι· πέπρωται· μυρίαις etc.; quod et ipsum ferri potest.

525. Delendo glossema *'Ωκεανοῖο* vel *'Ωκεανοῦ* (v. enim legitur *παρ' 'Ωκ. πατρὸς*), et rescribendo in antistropha *μυρίοισι μόγοισι* pro vulgatis *μυρίοις μόχθοις*, nihil est quod ad metrorum integritatem desideres.

524. V. *ἀσβ. πόρον*, perverse.

532. V.:

μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον.

* * * *

sed nihil excidit. vid. stropha.

535. *εὐθυόγνωμος* dedimus, i. e. benevolens, sincerus. Vulgata *ἰδίᾳ γνώμᾳ* metrum pervertunt.

537. V.:

Φέρ', ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ
φίλος, etc.

quae mendosa esse, cuivis apparere censeo.

539 — 542. V. haec ita digeruntur:

τίς — — ἐδέρχθης
ὀλ. ἄ.
ἰσον. — φωτῶν
ἀλαὸν * * * *
γένος etc.

et similiter antistrophica, metris quidem parum concinnis, inutiliter autem excitata lacunae suspicione. vid. antistr.

547. V. *δ' ἐμοὶ*, minus bene. vidit Porson.

548 — 550. V. *προςέπτα τόδ', ἐκεῖνό θ', ὅτ' ἀμφὶ λουτρὰ Καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν ἰότατι* etc. mendose. dubitari autem nequit, verba *καὶ λέχος σὸν* interpretationis causa adscripta esse *τῷ λουτρά*. quibus sublatis, nihil deesse strophae, facile intelligitur. verbum *εὔϋμνον* intercidit propter simile, quod sequitur, *ὑμνίων* ab *ὑμνιάω*. Lavacra autem illa intelliguntur, quibus ante nuptias sponsus et sponsa utebantur.

551. Hesione ipsa quoque Oceani perhibebatur filia.

559. V. *αὖ με τάλ.*, ex interpretatione. Haec autem cum agantur in scena, neque solum narrentur, quin metaphoricῶς intelligenda sint, ut Schützio placet, cave dubites.

560. V. *οἶςρος, Εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς, ἄλευ', ὦ δᾶ, φοβ.* etc.

Et ἄλευε, δᾶ quidem recte reposuit Arnaldus, quibus receptis metrum restituitur. non diffiteor tamen, verba Εἴδωλον Ἄργου interpolata mihi videri, ut poëta dederit γηγενὴς, quae vox antecedenti addita versui senarium iambicum compleret. οἶς. γηγενὴς poëtice sonaret οἶςρον τοῦ γηγενοῦς, Argi. cf. 116.

564. V. Ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλ. ἐξ ἐνέρων περῶν, obscurata dochmaïci forma.

566. V. ψάμμον· ὑπὸ δὲ κηρόπλαςος ὀττοβεῖ δόναξ etc. itidem ἀμέτρως.

569. V. Ἰὼ, ἰὼ, ποῖ ποῖ, πῶ πῶ πῶ· ποῖ μ' ἄγουσι τηλέπλαγκτοι πλάναι (vel πλάνοι); τί ποτέ μ', ὦ Κ. π., ταῖςδ' ἐνεζ. εὑρὼν ἁμ., ἐν πημοναῖσιν, ἓ, ἓ, οἰςρηλ. etc. insulse quidem, et ταυτολογικῶς, cum statim legatur πολύπλαγκτοι πλάναι et πημονὰς, nec non depravatis metris Creticis. exhibent autem nonnulli MSS. πόποι πόποι, seu ποποῖ ποποῖ. Homerus Il. 8, 201. Ὢ πόποι, Ἐννοσίγαι' εὐρυσθενὲς, etc. τοῖςδε, his malis.

576. V. ἢ ποντίοις (seu ποντίοισι) δάκεσι, versu exstincto. Et cur tantum ποντίοις? Nempe hoc nescio quis adscribillavit, cuius animo Andromedae historia obversaretur.

578. Usitatissimum hoc est asynartetorum genus. cf. Sept. ad Theb. 913. 914.

586. V. Εἶπ' ἐμοὶ τᾶ μ., ex interpret.

589. V. θεόσσυτόν τε ν. ὠνόμασας, refragante metro, minusque eleganter.

596. V. Δυςδ. δὲ τίνες, οἳ, itidem inconcinne.

599. V. νόσου. Δεῖξον, εἴπερ ὁ.· θρόει, φράζε, τᾶ δυςπ. π.: sed δεῖξον et φράζε glossemata esse verborum τέκμηρον et θρόει, rei peritis dubium esse nequit.

608. τήνδε, quam dictura est. sic saepe ὅδε. vid. Schütz.

613. V. ἀρκῶ, sed Turnebi MS. exhibebat ἀρκέσα, unde verum divinavit Cl. Schütz, qui et με νῦν pro vulgato μόνον reposuit.

644. V. Λέρνης βαθὺν λ., ποίμνας β. etc., merito haerentibus intpp. in βαθὺν, cui vitio aliud accedit, prava coniunctio verborum. Λ. βαρὺν ποίμνης, pratum grave armentis, i. e. opletum. cf. Eurip. Phoen. 1635. Ovid. Heroïd. 9, 116.

653. V. — αἰολοςόμους χρησμοὺς, ἀσήμως δυςκρίτως τ' εἰρημένους, indignissima Tragico tautologia; nempe verbis χρ. — εἰρ. grammaticus explicavit τὸ αἰολ.

668. Λέρνης ἄκραν. Montium circa Lernam meminit Pausan. 2, c. 36. p. 198. ed. Kuhn. Κεγχ. ῥ. cum Heathio vel de ignobili quodam rivo, Cenchream vicum alluente, cognomine fortasse, vel, quod magis placet, de Erasino fluvio intelligendum puto. Sch.

681. V. δυς. πήματα, λύματα, δείμ., sed friget πήματα, cum idem, sed fortius, verbis duobus seqq. significetur. quo deleto, metrum apparet dochmaïcum.

703. sqq. V. χειρὸς οἱ σιδ. — χρή. — ξένοις. Ἥξεις δ' Ὑβριστὴν etc. quae ubi subtilius examinaris, vitiosa, ni fallor, mecum deprehendes. nam Chalybes quidem ad laevam habitare dicit poëta, quod scire lectoris parum interest; qua vero viae directione eundum sit Ioï, quod scire cupimus, haud indicat. De Hybriste fluvio vid. ad 794.

708. πρὸς αὐτὸν Κ. i. e. plane ad Caucasum. sic passim valet αὐτός. cf. 853. Sept. 530. Sch.

715. τραχ. πόντου γνάθος sunt fauces Propontidis, per quas in Pontum Euxinum aditus est, alias Bosporus Thracius, cuius littora erant saxosa et propter brevia navibus periculosa. Id., qui recte animadvertit, in describendo situ horum locorum nonnihil erratum esse.

718. „ad Isthmum Cimmerium, h. e. in Chersonesum Tauricam. αὐλ. Μαιῶτ. is est, qui postea dicebatur ab Iûs traiectione Bosporus Cimmerius.“ Id.

732. haec v. affirmative accipiuntur.

734. Hic versus v. Choro tribuitur, minus apte. τῇδε, ἐμοί. vid. supra ad 329.

759. V. Οὐ δῆτα, πρ. ἐγ. ἂν ἐκ δ. λ., nam de producto extra positionem τῷ πρὶν, admodum dubia res est. „Fingit autem Noster, Herculem quidem Promethei liberatorem extitisse, eundem tamen Iovi, ut Prometheo ignosceret, hac lege persuasisse, ut Prometheus vicissim ei periculum, quod a Thetidos nuptiis timendum esset, aperiret.“ Sch.

Ceterum cum Schützio et Porsono Robortelli recepi lectionem λυθεὶς (v. enim glossema λυθῶ legitur), in quo intelligendum, Attica elegantia, ἔσωμαι.

781. V. — ἡλιοςιβεῖς

* * * * *

quasi decem vel plures versus hic excidissent, ut opinatur novissimus doctissimusque Tragici editor, Christian. Godofred. Schützius. verum et supra 416. similis fit, ut ita dicam, saltus, et infra 830. anteriores Iûs errores brevissime enarrat Prometheus, omissis, ut ipse monet, plurimis. quare aliam nos emendandi viam ingressi sumus, versum Πόντου περῶσα (sic enim v. legitur pro Ποντοπορέουσα) praeponentes versui Πρὸς ἀντολὰς, quem v. sequitur, corrigentesque vulgata ἐς' ἂν ἐξίκῃ, — φλογῶπ. ἡλιοςιβεῖς et πεδία Κισθήνης, ἵνα κ. τ. λ., ut tranato Bosporo Cimmerio, non versus Orientem, sed mutata viae directione ad australes atque occidentales terrae partes perrexisse dicatur Io. Persuasissimum autem mihi est, Gorgonas ac Graeas, contra vulgarem opinionem, in Asia habitantes fingi a Nostro, quod vel ex solis istis verbis τηλουρὸν δὲ γῆν ἥξεις etc. versu 796. colligatur: si enim iam in antecedentibus Africam peragrare diceretur virgo, sane τηλουρὸς dici non posset ipsa Africa. Tam fabulosa autem fere ex poëtarum arbitrio pendere, quis nescit? Ceterum tantum non incognita tunc fuit ultra Caspium mare fluviumque Araxen continens Asiae, nec de Indis adhuc nisi incerta fama ad Graecos pervenerat. vid. Herodot. 3, 98. 4, 40. In αἶςτε intell. ὁδοῖς. Vid. Bos in ὁδός. ἀλλοιοςιβεῖς formatum est ad exemplar τοῦ ἀλλοιοτροπέω similiumque.

783. Graeae Phorci seu Phorcynis et Cetus filiae, Gorgonumque sorores fuerunt, γραῖαι illae quidem, ut Apollodorus scribit, ἐκ γενετῆς, unoque tantum tres oculo, uno dente praeditae, quibus per vices utebantur. Cisthenae, Aeolidis urbi, locum hic non esse, facile intelligitur. De Gorgonibus notissima in vulgus omnia. vid. Apollod. Bibl. 2. p. 74. Sch. cf. Phorcidum fragm. 2.

790. V. τ. Φρούριον λ., obscure. cf. 730. Hoc iam illud προοίμιον laborum esse dicit Prometheus.

795. Solin. c. 15. „In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen, nam cum auro et gemmis affluant, Grypes tenent universa, alites ferocissimae —; quippe visos (homines) discerpunt, velut geniti ad plectendam avaritiae temeritatem." Aves rapaces κύνας dicit Aeschylus, ut aquilam v. 1050. ἀκραγεῖς, mutos, non latrantes. Id.

794. Arimasporum (qui unoculi fingebantur) historiae tres libros carmine composuit Aristeas Proconnesius, quem secutus in hisce describendis videtur Noster. Quicquid de illis dicitur, in dubium vocant Herodotus 3, 116. et Strabo p. 507. C. ed. Casaub. Stanleius.

Auro abundare ferebantur illae plagae septentrionales Asiae. vid. Herodot. l. l. Solin. c. 15. Id. Pluto et Hybristes fluvii aeque incogniti.

797. Strabo lib. 1. τὰ μεσημβρινὰ πάντα (τῆς Λιβύης) Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι monet. Ptolemaeus: εἰσὶ δὲ ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν Ζωδιακὸν οἰκοῦντες ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χρόας Αἰθίοπες. inde πρὸς ἡλίου πηγαῖς positi. Id.

798. 799. Αἰθίοψ, Niger fluvius, a colore dictus, quem eundem cum Nilo putabant Veteres. Suavissima vero Nili aqua. Id.

800. Byblinos montes ita dictos a papyro et calamis monet Scholiastes, nec absimile vero, namque et Niger, perinde ac Nilus, *papyro viget et calamo praetexitur.* Solin. 30. Id.

802. τρίγ. ἐς χθ. Innuit τὸ Δέλτα, quod Aegyptiis, teste Stephano, Πτίμυρις, Graecis Δέλτα, ob figuram, qua Siciliam imitatur. Id.

817. τέρμα, i. e. καμπτὴρ seu νύσσα: quasi dicas cardinem infortuniorum.

819. Iovis templum Dodonaeum in regione Molossorum, iam Homero celebratum propter quercus fatidicas, ad Tomari montis radices exstructum erat. Id. et Sch.

826. V. ξ. πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας. sed unde id nominis venerit mari Adriatico, quod intelligendum est, nemo interpr. invenit.

835. χθονὸς, Aegypti.

838. V. μόνον, absurde. μόνην, solam errantem.

848. σωμάτων, i. e. αὐτῶν, nam σῶμα periphrasi inservit.

cf. Valck. ad Phoen. 415. Durissime Brunckius emendabat σώμαθ' ὦν, quae minime obtrudenda erant poëtae. De Danaïdum nec non Epaphi historia cf. argumentum Supplicum.

850. V. δαμέντων, adhaerente τῷ ν ex sequente verbo. δαμέντα, σώματα, quod ex antecedentibus intelligitur.

868. ἄπυρος, i. e. igne non factum, non ferreum, sed invisibile. Sch. sic Euripides Oreste domum Agamemnonis conflagrasse dicit igne ἀνηφαίστῳ, i. e. ardore odiorum et caedium.

875. V. Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν,

ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε etc.

quibuscum comparata antistrophica Heathio aliisque videbantur lacunosa: quod non est: nam et verba ἦ σοφὸς et in antistropha μήποτε inutiliter repetuntur, et ἦν eleganter aberit, βαστάζειν autem per se quoque ponderare quid animo significat, ut ἐν γνώμᾳ pro glossemate recte habeatur.

Tenendum vero omnino illud est poëtarum, praesertim Tragicorum, interpreti, sententiis quidem locorum integris, ubi metra laborare videantur, non tam cogitandum esse de defectibus quam de interpolationibus, quibus scatent utriusque linguae carmina et scripta, sed magis Graecae.

881. et 888. v. post ἔρας. legitur γάμων, et in fine antistrophici versus, praeterquam in Turnebiana, πόνων, recte improbantibus tam putida glossemata Schützio et Porsono, VV. DD.

887. V. γάμῳ δαπτομέναν, eodem sensu, sed turbato metro, minusque poëtice.

889. V. ἄφοβος, οὐ δέδια μηδὲ κρεισσόνων θεῶν Ἄφυκτον etc. sed quis ferat οὐ δέδια iuxta ἄφοβος? deleto autem inutili θεῶν et metrum trochaicum apparet, et redditur sua loco elegantia.

908. V. deest γ', metro ruente.

922. V. ὧδ' (vel ὅδ') οὖν ποιείτω, frigidius quidem.

931. V. legitur insulse πικρῶς. duris, i. e. Iovi, praedurus esse apte dicitur Prometheus. cf. 978. πικροῖς, sed alio sensu, Schützio quoque in mentem venit.

932. V. τὸν ἐφημέροις π. τ. elegantiorem lectionem servavit Schol. Vit.

982. leg. Γνάμψει.

994. V. λέγων, satis inepte.

1011. Breves vocales, praesertim quae accentu gaudeant, ob sequentem literam ῥ saepe produci, pluribus exemplis probat ad h. l. Brunckius. Ceterum hic versus v. antecedenti praeponitur, minus commode.

1018. V. ἀλλὰ καὶ pro ἄλλως, καὶ etc. sed formae ἀλλὰ καὶ hic nulla vis. Nostrae emendationi congruunt sequentia.

1023. sqq. V.:

— ἄκαιρα φαίνεται
λέγειν· ἄνωγει γάρ σε, τὴν αὐθαδίαν
μεθέντ', ἐρευνᾷν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν.
πείθου, etc.

quae conglutinata ex antecedentibus recte iudicans Cl. Schützius, incunabula tamen erroris haud indicavit. nempe ἄκαιρος mutatum in ἀκαίρως addendo λέγειν ansam praebuit, reliqua vero ad explendos numeros adiecta fuerunt, ut passim factum.

1054. V. τοὺς προδότας γὰρ, minus apte ad versum.

1060. sqq. V.:

Ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
πῆμ' εἰσέβαλεν· μὴ δῆτ', αὐταὶ δ'
ὑμᾶς αὐτάς· εἴσονται γὰρ
κοὐκ ἐξαίφνης, etc.

sed intolerabiliter frigent, sequentibus praesertim longe fortioribus, verba μὴ — αὐτᾶς, quae ubi delenda esse consenseris, prius quoque ὑμᾶς insititium existimabis, cum metro admonitus fraudis, tum ineleganti loquendi formula offensus. ἐξαπίνης dedi, ne meris spondeis constipatus deprehenderetur versus anapaesticus.

1069. V. κόνιν, metro vacillante. κόνισμα formatum est a κονίζω, quomodo πόλισμα a πολίζω. vicit, ut passim, insolentioris verbi interpretamentum.

ANNOTATIONES
IN SEPTEM AD THEBAS.

Oedipode patre mortuo, Polynices regno Thebarum exclusus ab Eteocle, fratre suo maiore, Adrasti, Argivorum regis, cuius filiam duxerat, auxilium imploravit impetravitque, ut magno exercitu, qui septem claris ducibus regebatur (unde nomen fabulae), obsiderentur Thebae. Eteocles igitur, Thebanorum rex, septem ducibus ad septem urbis portas oppositis, proelium committit, hoc eventu, ut urbs quidem periculo liberaretur, ipse vero cum Polynice mutua caede in duello concideret. Deplorant fratres Antigone et Ismene, ex quibus illa, vel invito Thebanorum senatu, sepulturam se esse Polynicen ostendit. Concinit lugentibus chorus mulierum Thebanarum, tandemque in duas partes discedit, quarum altera cum Antigone Polynicis, altera cum Ismene Eteoclis, comitatur funus.

Scenae locus est in arce Thebarum, ostendebaturque fortasse forum, unde plurima templa conspici possent, ut bene monet Clar. Schützius.

Quod tempus fabulae attinet, idem observat, perlecta prima scena, quin actio mane incipiat, neminem facile dubitaturum esse.

V. 1. Κάδμου πολῖται, i. e. Thebani, nam Cadmus Thebarum conditor.

4. V. αἰτία θεῶν, vitiose. codd. Guelf. Barocc. 4. Seld. θεοῦ, quod θεοὶ fuisse puto. in αἰτία θεοὶ subaudiendum εἰσί. similiter infra 76. : γενέσθε δ' ἀλκή. O et Ω, nec non I et N, minutis praesertim literis exaratae, saepissime inter se permutantur. Rhes. 938. : τοῦδ' Ἀθάνα παντὸς αἰτία μόρου.

7. V. πολυῤῥόθοις, recte improbante Valckenario, qui nostrum dedit.

8. Z. ἀλ. Iupiter hoc nomine colebatur Thebis. ἐπ. γέν. i. e. omen illud nominis sui firmet atque impleat. Sch.

12. V. legitur πολὺν, ambigue. sequor Henr. Stephanum et Casaubonum.

18. V. παιδίας, quod, nisi pro παιδείας accipiatur, ineptum est. nec quid Aldi, Turnebi, Robortelli denique lectio παιδείας reprehendatur, video, quam versus quoque exosculatur.

19. V. οἰκιςῆρας, parum apte. οἰκητῆρας legitur in cod. Mosq. 2. apud Schützium.

21. V. Καὶ νῦν μὲν, frequenti librariorum lapsu.

24. οἰωνῶν βοτῆρ. his verbis significatur, Tiresiam non tantum feras aves observasse, sed etiam cicures quasdam, velut gallos, gallinas, columbas, eo consilio aluisse; quod Romanos quoque instituisse constat. Notum est ex Apollodoro, quid de Tiresia Pherecydes retulerit. Pallas enim eum, quod se nudam videre ei contigisset, excaecavit; cumque, petente matre eius Chariclone, ut oculorum illi usum restitueret, id efficere Minerva non posset, sic ei aures expurgavit, ut omnium avium vocem intelligeret. Huc igitur pertinet ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν, auribus et cogitatione observans. Huc quoque traxerim πυρὸς δίχα, „absque igne sacrificiorum," quia enim caecus erat Tiresias, ignem observare atque ex eo vaticinari non poterat. Sch.

28. l. Ἀχαΐδα.

37. τοὺς positum pro οὓς, ut saepe apud Aeschylum quidem articulus relativi vicem praestat. cf. Pers. 583. 776. Suppl. 537. Agam. 653. Ceterum vulgo legitur ὁδῷ, minus apte, nam cunctari speculatores in via, consentaneum non est, cum eorum maxime intersit festinare, ut et ab hostibus ne capiantur, et pretium constitutum mereant: sed id quidem accidere facillime poterat, ut a via homines aberrarent, praesertim noctu. ματᾷν autem τινὸς valet ἁμαρτεῖν.

38. οὔτι μὴ ληφθῶ, i. e. οὐ λήψομαι. sic passim subiunctivi pro futuris usurpantur, velut infra 201. 1060.

44. τ. φ. i. e. occisum bovem. victimas enim manibus tangere, cum inter sacrificandum iurarent, mos erat veterum. vid. Sch.

54. Stobaei lectionem πίςις vulgatae πύςις praeferendam esse, recte iudicavit Clar. Schütz.

77. V. τίει, refragante metro.

78. — 139. Haec vulgo sine ulla distinctione exhibentur, glossematis quidem oppleta et ἀμέτρως.

78. V. φοβ. μεγάλ' ἄχη, vel μεγάλα τ' ἄ., ex interpretatione. v. quoque: ςρατὸς, ςρατόπεδον λιπὼν, itidem ex interp., ut metrum ostendit.

79. V. ὧδε, vitiose. sequimur cod. Mosq. 1.

82. V. πεδιοπλόκτυπός τ', eodem fere sensu, sed corrupto metro dochmaico, quo stropha constat.

86. θεοὶ et θεαὶ μονοσυλλάβως pronuntianda sunt. ἰὼ v. quater legitur, invito versu antithetico, qui est dochmaicus.

87. Verba ὄρνυται λαὸς — ἐπὶ πόλιν διώκων, quae v. leguntur ante et post εὐτρεπὴς, merum glossema sunt, quod vel metrum indicat. Significare voluit Grammaticus, clamorem bellicum intelligi prodeuntium ad pugnam exercituum. ὑπ. τειχ. ultra moenia, ante urbem, λ. λεύκ. i. e. milites gregarii, qui clypeos gestabant nullo insigni decoratos. sic quoque Virgil. Aen. 7, 797. Sch. Eurip. Phoen. 1106.: Λεύκασπιν εἰςορῶμεν Ἀργείων ςρατόν.

95. Supplices mulieres deis pepla et coronas obtulisse, notum est. ἀμφὶ λιτ. ἔχειν i. e. ἀμπέχειν λιτ. quasi circumdare (aris preces) i. e. precantes circumstare. mox v. γᾶν legitur, inculcatum id quidem post τεὰν, versus detrimento: item bis ἴτε, quod eodem nomine vitiosum.

100. V. δαῖμον, itidem inconcinne, ut etiam mox πολισσοῦχοι. legitur autem πολιςοῦχοι in Mosq. 2. Ceterum recte Sch.: Martis cultus inter Thebanos sanctissimus idem et antiquissimus fuit. Harmoniam enim, Martis filiam, uxorem duxisse ferebatur Cadmus.

102. l. Πολιςοῦχοι.

104. V. γὰρ, ex interp., metro quidem laeso. πόλιν pro vulgato πτόλιν conspicitur in Ald. et cod. Vitemberg.

107. V. παντελὲς, πάντως ἄρηξον, perverso et abundante metro. πάντως glossema τοῦ παντελὲς, pro παντελῶς positi.

108. V. δαΐων, ἀμέτρως.

109. V. Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κ. κυκλ., ex interp.: nam subaudiendum est ex antecedentibus δάιοι.

V. quoque legitur ἀρηΐων, inconcinne.

110. V. διάδ. δὲ γεννύων ἱππείων κιν. φόνον χαλινοὶ, corrupta per interpretamentum genuina Tragici scriptura, quae et metro convenit.

111. V. ἀγὴν., πρέποντες ςρατοῦ, similiter obtrusis poëtae glossematibus.

112. V. δορυσσόοις — πύλαισιν ἑβδόμαις προςίςανται, πάλῳ λαχόντες, partim metris corruptis, partim interpretamentis obscurata loci elegantia. In λαχόντες intelligendum εἰσὶ, ellipsi Atticis perfamiliari. προςίςανται corrupto πύλας cito adscriptum est.

115. ῥυσίπολις exstat in Mosq. 1. V. ῥυσίπτ., vetante versu. Ἐρυσίπτολις et Ῥυσίπτολις, urbium conservatrix, custos, liberatrix, inter solennia Palladis cognomina fuisse, monet Sch., proferens Hom. Il. ζ', 305.

116. V. ἄναξ. perverso metro.

118. V. Ποσ., ἐπίλυσιν φόβων, ἐπίλυσιν δίδου, quae simili vitio laborant.

119. πόλιν. proprie τὴν ἀκρόπολιν, quae Cadmea vocabatur.

121. V. σέθεν ἐξ αἵμ. γεγόναμεν. codd. ap. Brunck. regii σέθεν γὰρ, quibus receptis, expunctoque glossemate γεγ., versum restitueris. Ceterum Venus Harmoniam Marti peperit.

124. λύκειος in genere propulsatorem hic significat. Primum autem Apollini Lyceo templum aedificasse, ob lupos ope dei exstinctos, Sicyoniorum civitatem refert Pausanias. cf. Suppl. 658.

125. V. δαΐῳ ςόνων αὐτᾶς, inepte ad sensum, laesoque per interpretamentum ςόνων metro.

126. V. τόξον, inconcinne.

130. Post χνόαι male repetuntur in vulgatis verba Ἄρτεμι φίλα. ἒ ἒ ἒ ἔ.

133. Ἒ ἒ ἒ ἔ, quae v. post θεὸς adduntur, insititia esse, carminis ratio ostendit.

134. V. ἐπάλξεων, obscure. Intelliguntur autem lapides in muros missi, ut recte animadvertit Heath.

137. V. πολεμόκραντον, quo recepto, frigent sequentia ἐνὶ μάχαισι etc. Quae v. Πολιὰς, hic Πολικράτωρ dicitur Pallas, nomine ficto ad exemplum τῶν αὐτοκράτωρ, κοσμοκράτωρ, similiumque.

138. V. Ἐν μάχαισί τε μάκαιρ' etc. Pessime autem post Ὄγκα addita leguntur in vulgatis verba πρὸ πόλεως, quae ex glos-

sa fluxerunt: nam extra urbem Thebarum, πρὸ πόλεως, templum fuit Palladis Ὄγκας, exstructum, ut fama ferebat, a Cadmo, postquam ope deae draconem, Martis filium, occidisset. Ceterum vox Ὄγκα, e Phoenicum lingua verosimiliter depromta, simile Minervae numen designare videtur.

140. V. putide et ἀμέτρως: Ἰὼ παν. θεοὶ, ἰὼ τέλειοι τέλειαί τε γᾶς τᾶσδε πυργ.

142. V. ἑτερ. στρατῷ, sed στρατῷ interpretantis esse, metrum ostendit, horridum, ut vulgo habet locus, elegantissimum, ubi glossema sustuleris: apparet enim tunc pherecrateus versus, in quo, sicut passim, paeon usurpatus pro dactylo. Ἑτεροφώνῳ, diversa dialecto loquenti, Dorica, cum Thebani Boeotico-Aeolica uterentur.

143. Hoc ἰὼ vulgo post λιτὰς inculcatur, non sine versus incommodo.

146. V. λυτ. ἀμφ. πόλιν, pessimo hiatu, et frigide, cum statim sequatur φιλοπτόλιες. addito δὲ apparet versus gravissimus, creticus trim.

147. V. φιλοπόλιες, invito metro: nam versus hic et sequens glyconei sunt polyschematisti.

148. Post hunc versum v. leguntur verba μελόμενοι δ' ἀρήξατε, quibus τὸ μέλεσθε nescio quis tam putide interpretatus est, ut mirer, haec tam diu placere potuisse editoribus.

158. Figura πρὸς τὸ σημαινόμενον inferuntur κρατοῦσα et δείσασα, intellecto γυνὴ ex γυν. γένει.

174. V. ἁρματόκτυπον, metro impedito. Semel autem moneo, haec et similia, seu chori cantica, seu supra modum dialogi evecta et λυρικόν τι spirantia, vulgo fere ἄμετρα circumferri, ut tam frequentes librariorum lapsus memorare nos poeniteat.

175. V. ἀΰπνων, quod et rei descriptae parum convenit, et metrum turbat. αἰπύνους formatum ut αἰπυμήτης, quod idem indicat. V. quoque legitur πηδαλίων — στόμα, πυριγενετᾶν χαλινῶν, in quibus explicandis operam perdunt inttpp.

187. V. πύργων, quasi intelligendum esset ex antecedentibus θεοὺς, quod menti poëtae contrarium. V. quoque haec interrogative accipiunt, sequentiaque chori verba affirmative. sed rectius ita vertes cum Schützio: „at vos potius precamini, ut tur-

res hostium impetum sustineant. — Nonne igitur haec penes deos sunt?" πύργον, ut infra 256. πύργος.

188. V. ἀλλ' οὖν θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐ. λ. Schützius: θεοὺς αὐτοὺς ἀλ., haud male: cum tamen apud Robort. exstet ἀλλ' ἕκκα θεοὺς, vix dubito, verum nos reperisse. ἅδος positum pro ἀνδάνων, ut infra 272. θάρσος pro θαῤῥοῦντα: „non vero placet fama, ipsos (deos) deseruisse captas urbes." quod ubi committant dei, nec defendisse antea ipsos civitates, tecte indicat Eteocles: nam ubi defenderint, servarint quoque, neque emigrandi necessitatem subierint. Ad quam argumentationem callidissimam ne respondendum sibi sit, in votum erumpit chorus.

198. V. κατ. τὰν ἀμήχανον ἐκ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων — ὀρθοῖ, quae depravata esse, plures animadverterunt. et Canterus quidem ex Marcellino de vita Thucyd. ubi is hunc locum profert, reposuit τὸν pro τὰν, sed hac emendatiuncula defungi nos non posse, tum inepta verba ὕπερθ' ὀμμάτων ostendunt, tum metro inimicum ὀρθοῖ. nos coniectura locum expedire conati sumus. τινὰ intensivam habet vim, ut passim. A et I saepissime confusae a librariis.

204. V. ἀδάμαςον, sed leg. ἀδάματον, ut versus sarciatur, qui est dochmaïcus.

205. V. ἀποςέγει. Τίς τάδε νεμ. ςυγεῖ; lusca sententia, perverso metro. τῳδὶ, huic, i. e. choro, qui deos odisse piaculum sibi videri dicit. θεοὺς monosyllabum est h. l.

210. V. Ποταίνιον κλύουσα πάταγον — ἀκρόπολιν, τίμιον, versibus corruptis, praesertim horum primo. formae ποταινὸς veritas pulcre confirmatur hoc loco. τιμίων, potentum, regis.

215. Ald. et Victor. exhibent φόβῳ, minus apte. Mox v. legitur πόλισμα γῆθεν vel δῆθεν.

222. V. in πυργ. finitur oratio, quam interpellari ab Eteocle, et obscuritas τοῦ ξυντ. demonstrat (nescias enim, πανήγυρις deorum intelligatur, an militum), et insolita ellipsis in versu 224, qui v. sic legitur: θεοὶ πολῖται, μή με δ. τ. Iam θεῶν πολιτῶν pertinet ad ξυντ., et προδῷς subintelligendum est in μὴ 'μέ.

224. θ. π. i. e. θεῶν πολιούχων, deorum urbis praesidum, quorum simulacra in conspectu erant.

228. V. ἄνδρας, ὧν ἀ., perverse.

239. ὀλολυγμὸν ἱερὸν solemnem paeanem, sive ἐπινίκιον, quod ante proelium ineundum inter sacrificia canebatur, quo genere carminis et animus addebatur militibus, et, ut dii victoriam darent, petebatur. verbis autem praeibat rex vel imperator, militibus et populo acclamantibus. cf. Pers. 385 sqq. Schütz.

243. l. κἀγορᾶς. Et sic passim iota subscribere oblitus sum: nam illorum ratio, qui omittendum in eiusmodi compositionibus putant literae signum, mihi non probatur.

244. i. e. οὐδ' ἀπολέγω Ἰσμηνοῦ (πηγῇ). Stanl.

249. V. λάφυρα δαΐων, pessima tautologia. ἀδαίως, δαψιλῶς. neque ignobilius verbum deorum contemtorem dedecet. Paulo ante v. legunt ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν ὧδ' ἐπεύχομαι. sed frequentius infertur θεὸς, et asyndeton verbi ταυρ. ferendum nullo modo.

253. V. Ἐγὼ δ' ἐπ' ἀ., ambigue.

258. V. γείτονες — μέριμναι (Rob. μέριμνα) — ζωπυροῦσι — δράκοντα δ' ὥς τις τέκνων — ὑπερδέδοικε δυςευνάτειρα (Schol. Victor. δυςευνήτορας) πάντροφος. Iam in ζωπυροῦσα intelligendum ἐςὶ, figura Nostro et Atticis familiari. cf. Prom. 186. 87. 242. Platon. Gorg. t. 4. p. 13. Aristophan. Eccles. 1027. edit. Invernizz., recensitae in Ephemeridd. Ienens. 1797. nr. 227. 28., ubi vid. §. IV. Ad τὸν ἀμφ. λ. subaudiendum διά. vid. Bos. πάντροπος, ὃ πάντοσε τρέπεται ὑπὸ φόβου. vox formata ut ἀλίτροπος, παλίντροπος, πολύτροπος. Vulgata lectio et sententias et metra turbat: quod mihi sic videri scito lector, etiamsi non admonitus, ubicunque mutatum quid repererit.

277. V. Δικραῖον — ὅσων ἵησι (τῷ ἀνίησι versus restituitur) Π. ὁ γαιάοχος. Ionismos amare Nostrum, plus semel monuit quoque Clar. Schütz. V. autem inconcinne legitur εὐτραφέςατον.

288. V. τε.

290. V. πόλιν τήνδ' ὠγ., corrupto versu, qui est pentam. dactyl. Correxit Porson. „ὠγύγιον, παλαιόν." Hesych. γ' post σποδῷ ad evitandum hiatum inserui.

298. Personificatio haec est τῆς Πόλεως, cuius verba continentur versu 300.

302. rectius commate distinguitur, vertiturque, „praelatum, ac mutare o. i.“ Ita saepius verti δὲ poterat.

313. V. Ποτὶ πτόλιν δ᾽ ὀρκ., refragante versu antithetico. πτόλιν pro glossemate habendum est.

316. V. βρέμονται. Ἁρπ. δὲ διαδ. etc. sed personificationes hae sunt, quales amat Aeschylus. cf. 411. 496. Agam. 459. Iam βρέμονται ad ἁρπαγαὶ quoque referendum est, ut iussit Clar. Schützius.

318. Ἀρτίτροπος explicandum puto secundum exempla similiter compositorum ex ἄρτι, pro ἄρτιος accipiendo, et τρόπος, qualia sunt ἀρτίκολλος, quod tamen pro diversis scriptorum locis alteram quoque τοῦ ἄρτι vim induit, ἀρτίστομος, ἀρτίτονος, quod Hesychius interpretatur εὔτονος, εὐάρμοστος, ἀρτίφρων, aliaque eiusmodi pleraque: ut vox indicet bene moratas, bene educatas, virgines. Ὠμόδροπον opponitur τοῖς νομίμοις, denotatque verbum rudia illegitimaque facta, quale stuprum est. In προπάροιθεν denique intelligendum ὄν. αἱμάτων, caede, quae virorum sors erit.

320. V. post λελ. signo interrogationis distinguitur: non recte. λελιμμένοι, ἐπιθυμοῦντες λαβεῖν, ut explicatur in Brunckii codd.

323. V. ἀλγύνει κυρήσας, merito haerentibus viris doctis. iam et metrum quoque sibi constat.

325. V. πολλὰ δ᾽, minus bene, nam causa his indicatur tristitiae cellariarum, ut recte θαλαμηπόλων interpretatur Schützius. γε valet γὰρ, ut saepe, apud vetustiores praesertim scriptores.

326. l. ῥοθίοις.

337. V. οὐκ legitur, contra sensum. Schützianum οὖν languescere mihi videtur.

344. Est genus serpentum, quod aestivis potissimum caloribus, et maxime quidem circa meridiem, saevit. Sch.

349. l. κώδωνες.

351. i. e. ὑποφλέγοντα.

358. Π. π., a Proeto quodam Thebano, qui ab Acrisio eiectus ante portam illam habitasse fertur, denominatarum. Schütz.

371. V. Τόνδ' ἀντ.: cum autem reliqui duces non adsint, et hunc Melanippum abesse arbitror.

375. Historia illorum terra satorum nota ex Ovidii Met. 3, 101 — 130.

388. V. κόμπος δ' οὐ, sed δ' abest Turn. ὁ Ionice et antique usurpatum pro ὅς.

392. Post hunc versum v. talia circumferuntur:

Τὰς ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς
Μεσημβρινοῖσι θάλπ. πρ.

nempe cum nescio quis explicationis causa verbis μεσ. θ. πρ. adscripsisset τὰς ἀστραπὰς, a sciolo quodam illa addita sunt τε καὶ κερ. β., petita ex Euripid. Troad. 92. intelligitur autem νιν, ἔριν.

397. V. πέμπε.... τίς ξ. sed Rob. πεμπατις. Vir ignifer ille est Prometheus, ut bene monuit Stanleius, conferens Soph. Oed. Col. 55. Eurip. Phoen. etc.

399. Proverbialis locutio, qua significatur, vicem reposituros esse hostibus Thebanos.

419. V. ἐντεῦθεν λαχόντα, caesura paessime violata, cum ictus praecipuus incidat in syllabam levissimam, neque accentu gaudentem.

425. 426. V. βάρβαρον τρόπον, Μυκτηροκόμποις. Sed statim sequitur τρόπον.

434. V. Π. ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ. Vilipendi hunc ab Eteocle, ex verbis κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ versu 442. colligas.

435. Malim πέπεμπται, κόμπον etc., ut Megareus dicatur non verbis gloriari, sed manibus, i. e. fortibus factis.

443. V. τάδε, invitis fere omnibus MSS. et impressis. Fefellit Brunckium sequentis versus mendosissima scriptura.

444. V. ἰὼ, πρόμαχ' ἐμῶν δόμων. sed Mosq. 2. exhibet πρόμ' ἐμῶν. τὸ πρόμαχον significat τὸ προμαχεῖν, quomodo saepe adhibentur adiectiva et participia. ἰὼ extra versum interponi, quod in vulgata quidem lectione maximum pondus habet, perincommodum est. V. gravius quoque distinguitur post δυστυχεῖν.

445. V. ὡς δ' ὑπ.

446. V. τώς νιν. sed Dorismo hic nullus locus: et nihili

est sensentia, *sic* eos puniendos esse, *quemadmodum* glorientur de urbe. τοὺς, i. e. οὓς.

450. Recte habet Ἱππομέδοντος, et infra 509. Παρθενοπαῖος, usurpato nimirum choriambo pro diiambo ἰσοχρόνῳ, ut eiusmodi verba primam versus regionem intrare possent. a qua libertate abstinuerunt seriores. nam de producendis interdum ante liquidas vocalibus suadent VV. DD., non persuadent. Et hic quidem locus haud alia ratione facile expediatur; illic vero erunt fortasse, quibus arrideat praepositus articulus, qui omittitur quidem saepe in nominibus propriis, interdum tamen et ibi additur. vid. Prom. 517. 800. Suppl. 571. Choëph. 950. Agam. 656.

451. ἅλω, aream. sic dicitur ob ambitus magnitudinem clypeus. areas autem eo tempore rotundas fuisse, docet Clar. Schütz.

455. V. ἆρ' ἦν, frigente τῷ ἆρα. nostrum legitur in codd. Seld. Askew. A. C. et Colb. 2.

470. Quicquid boni fortuito accidisset, id Mercurio acceptum retulisse veteres, monet Stanl.

471. l. ὡνήρ.

483. V. πέποιθα τὸν Διὸς ἀντ. ἔχοντ', metro pessumdato.

484. V. δέμας δαίμοσιν. corrupte. emendavit Brunck.

490. De communi Zethi et Amphionis, Iovis ex Antiope filiorum, monumento cf. Pausan. 9, 17. Sch. Sequente versu v. legitur αἰχμὴν, ἣν ἔχει, μ., frigide.

494. μ. ὀρ. Atalantae. cf. Apollodor. 3. Eurip. Phoen. 149. 1117. Sch.

507. Alio sensu Ennius Cic. de Off. 1, 12. cauponari bellum dixit. h. quidem l. καπηλεύειν μάχην nihil aliud est, nisi bellum haud serio (armis), sed dolose tractare. auctore enim Etymologici M. scriptore πάντα τὰ δόλια κάπηλα. Id.

509. vid. ad 490.

510. μέτοικος, non civis Argolidis, sed colonus, inter Argivos educatus. Sch.

516. V. χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δ., sed manus videre, nunquam inaudivi, nisi fortasse Comicus quis ita iocatus fuerit.

520. V. θηρὸς, ἐχθίστου δάκους, Εἰκὼ φέροντα πολεμίας ἐπ'

ἀσπίδος. Ἔξωθεν etc. qua lectione figurata Tragici oratio in propriam male transit, quam si usurpare h. l. voluisset, nec γλῶσσαν ἀντὶ τοῦ ἀνδρὸς dixisset, sed uno sermonis ambitu contenta simili modo enuntiasset omnia. dubium igitur non est, quin verba εἰκὼ — ἀσπίδος interpolatori debeantur, ita explicanti genuina scriptoris verba θηρ. ἔχθιστον δάκος. — ἢ 'ξωθεν reposuit Clar. Schütz.

523. V. θ. θ. δ' ἂν ἀλ. ἐ., ruente versu. nam Brunckii commentum θ. θ. δῆτ' ἂν ἀλ. ἐ. nec sententiae nec metro satis convenit.

533. Alcathoum, Oenei fratrem, a Tydeo occisum esse, quae huic exilii causa fuerit, narrat Apollodorus. alii aliter.

537. V. πρόσμορον, metro laeso, nec sensu verbi satis definito: legitur quoque v. καὶ τὸν etc.

539. V. Δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐ., quae probabiliter emendare mihi videor. εἰρωνικῶς autem accipiendum εὐτέλευτον, significaturque, Polynicen bis nomine appellatum fuisse a vate.

540. V. καλεῖ, λέγει δὲ τοῦτ' etc.

546. V. πατρίς τε γ., languide: nam idem paulo ante significassent verba πόλιν πατρῴαν — πορθεῖν: sed πατρὸς γαῖα est regnum Oedipi, patris, et bene opponuntur inter se parentes.

548. Post hunc versum v. talia leguntur: μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονὸς, quibuscum, si haustum a terra vatem interpreteris, pugnant sequentia, ubi fatum suum dubitans ἐλπίζει vir; sin mortem in genere describi putes, frigent haec comparata cum longe elegantioribus τήνδε π. χ., quae antecedunt. quare do Clarissimo Schützio, interpolatoris hunc quoque esse foetum.

550. V. εὔκυκλον, sed praeferendum haud dubie χαρακτηριστικὸν illud εὔκηλον, quod in cod. quodam reperisse videtur Henr. Stephanus.

551. Anglus Porsonus, nescio qua fretus auctoritate, edidit δίκαιος pro ἄριστος: sed illud haud dubie glossema est, ex versu 600. petitum.

553. διὰ φρενὸς, i. e. ἐν φρενὶ, forma Aeschylea et poëtica. Sch.

561. V. ἄτης ἄρουρα θάν. ἐκκ. vitiose.

562. V. ἢ γὰρ, minus bene, nam opponitur versus 607.

563. V. καὶ πανουργίᾳ τινὶ, merito improbantibus viris doctis.

567. ἄγρευμα h. l. ἄγρευσιν sonare, recte monet Sch. sic et Agam. 1056. ceterum ἐνδίκως, quod v. legitur, ferendum non est.

569. V. Ὀϊκλέους, sed οἰςὸς, οἰζὺς similiaque usitantur Atticis et iambopoeis, quod monuit etiam Porsonus praefat. Eurip. vol. 1.

570. V. sic habet locus:

Σώφ., δίκ., ἀγαθὸς, εὐσεβὴς ἀνὴρ,

Μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγεὶς,

indignissime oppleto verborum οὗτος δ' ὁ μάντις et δίκαιος interpretamentis loco, istis vero εὐσεβὴς ἀνὴρ ex versu 562. repetitis. Mox v. legitur Τείνουσι π. τ. μ. πάλιν μολεῖν.

577. V. καρπός. correxit Canter. cf. Soph. Oed. Col. 1327. putat autem Eteocles, praedictam Amphiarao mortem fuisse Apollinis oraculo. vid. Sch. Post hunc versum v. inculcatur versus 572., inepte quidem.

583. παρ' ἀσπίδος, a clypeo, i. e. a latere, ubi clypeus gestari solet. „δόρυ, inquit Schützius, paulo insolentius posi„tum pro ξίφος, quemadmodum Sophocles aliquando ἔγχος „pro ξίφος adhibuit Aiac. 668. coll. 829 sqq. item Schol. ad „v. 668. et Eustath. ad Il. Z. 319. p. 505. lin. 31. ed. Basil." Sic fere et Brunckius. Lignis autem durissimis, vel omnino rudibus, vel acutis et expolitis, olim utebantur, ut nunc quoque uti solent, ferro metallisque destituti pro ensibus, unde tralatitie gladius h. l. dicitur δόρυ, lignum. Verte cum Schützio: „manu vero haud cunctatur a sinistro latere nudatum „gladium educere."

593. Intelligo turres vallo inaedificatas, quo Argivi urbem circumdederant. ἐπικηρυχθεὶς vi Medii accipiendum, vertendumque: regem se populo adnuntians.

596. V. τὼς pro πως legitur, sed displicent τὼς φυγῇ et τὸν αὐτὸν τ. τρ. tautologicῶς composita. Mox adhuc legitur: Τῶν ὧν γενέσθαι, languide.

607. commate distinguendum post πατρῴαν, non post ἕξει. — V. πατρῴων, minus bene. nostrum dedit Porsonus. Bene monet Sch., inscriptionem duobus senariis absolutam fuisse, hoc modo: Δίκη κατάξω etc. quo referenda verba: Δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν. Iustitiam vero se esse ait. Seq. versu v. legitur T. ἐκείνων, sed de solo Polynice hic agitur. cf. 618.

613. ὠμόν. Sic Aldus. v. ἀμὸν, languide. sensit Sch.

626. cf. Horat. carm. 4, 2, 1. etc. Sch.

628. V. πέλας· ἢ etc. sensu obscurato.

635. π. πρ. munimenta adversus lapides: clypeum, galeam et loricam.

641. γῆρας, quod v. legitur pro πεῖρας, difficillimum explicatu est et me quidem iudice affectatum. πέρας legitur in Mosq. 2., cum Scholio interlineari τέλος.

642. — 44. Oratio aliquantum turbata, ut Eteocli convenit. Parenthetως igitur accipienda verba μόνον — τεθνηκόσι, quibus moriendum sibi esse quovis pretio rex ostendit. Videtur autem illi sua ipsius caedes esse κακὸν ἄτερ αἰσχύνης, sed Polynicis κακὸν καὶ αἰσχρὸν, utpote parricidae.

645. Strophica haec esse, vidit Porsonus.

655. Sicci oculi Diris tribuuntur, ut inexorabilibus. Sch.

656. V. ὑστέρου μόρου, obscure significatur, mortem, seu maturius, seu serius acciderit, in lucro deputandam esse infelicissimo Eteocli. quod sensisse videtur Pauwius. exstat autem μόρον in Ald. Longius quidem repetitae mihi videntur aliorum explicationes.

659. V. μελ. δ' οὐκ, et seq. versu: Ἐρ., οὔτ' ἂν ἐκ χ., sententia metroque impeditis. Non apparet δ' in edit. Porsoni, qui et ὅταν reposuit. Sensus igitur est, a Furiis nihil timendum esse Eteocli, quandoquidem dii sacrificium (quod ante proelium committendum fieri solebat) lubenter acciperent.

664. V. παρέστακεν· ἐπεὶ δαίμων, etc. obscure. ἀνεπῆ, quae verbis carent, quae dici non possunt, infanda. Horatius:

— non, si male nunc, et olim
Sic erit.

675. κακὴν, ingloriam, hominis ignavi, aliorum virtute reportatam. Burton.

691. V. nunc legitur φθιμένους, sed recte habet Aldi, Robortelli, Turnebi denique, lectio φθιμένοις, nam intelligendum e proxime antecedentibus διαπάλλοι, locusque sic interpretandus est, secus ac vulgo: — „tantum terrae attribuens ad habitandum (filiis Oedipi), quantum et talibus attribuat peremtis, qui magnorum agrorum expertes sint," i. e. confundens fata Oedipodarum et Regum cum fatis militum gregariorum seu τῶν τυχόντων. in κατέχειν subaud. ὡς, ut passim. Ceterum Chalybes, Scytharum populus, ferri inventores ferebantur.

692. V. ἀμοίρους. vid. animad. anteced.

698. V. λούσειεν, m. l.

699. V. παλαιοῖς ξυμμ. κακοῖς, itidem inconcinne. cod. Mosq. 1. exhibet κακοῖσι. πάλαι κακὰ idem τοῖς παλαιοῖς κακοῖς.

702. V. αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει. inconcinne.

705. V. μεσομφάλοις. „Delphos in umbilico terrae, h. e. in terrae meditullio sitos esse fingebant." Sch.

V. quoque: χρης. θνάσκοντα γέννας ἄτερ. sed cur potius θνήσκοντα quam ζῶντα? nempe utrumque interpolatoribus permittamus, metro admoniti, nam αὐτὸν subaudiri satis est.

707. V. κρατηθεὶς δ' ἐκ, sententiae filo interrupto. φίλων in Reg. B. Brunckii recte explicatur per ἡδονῶν: nam amicorum quidem persuasiones intelligi, haud concedo, quia, si serio et deliberate acta res fuisset, dei certissime vicisset auctoritas. sic autem saepissime accipienda esse τὰ φίλα, et opponi, ex Pythagorae et Platonis doctrina, τὴν γνώμην (τὸν νοῦν, τὸν λόγον, τὴν φρόνησιν) τῇ ψυχῇ (τῷ πάθει, τῷ παθητικῷ), quomodo fere apud recentiores Graecorum philosophos τὸ πνεῦμα et τὴν ψυχὴν, et apud Paulum scriptoresque Novi Testamenti ἄνθρωπον πνευματικὸν et ψυχικὸν, egregie demonstravit Ioann. Luzacius in Obss. in Euripidis maxime Hippolytum, indicatis in ephemeridd. Ienens. 1794. nro. 251. Reponendum igitur in Antiopes Euripideae fragm. 9:

> γνώμῃ, φρονοῦντες, οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν,
> ψυχῆς τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

714. V. φρενώλεις, quasi dicas, insaniam insanos coniunxisse.

715. V. κακῶν, obscure. verte: „Pernicies, velut mare, flu-

ctus agit." V. quoque legitur κῦμ' ἄγει, sed magis poëtica est nostra lectio, formata ad exemplar τοῦ κυματωγῆ similiumque.

719. V. ἀλκὰ δι' ὀλίγου. cod. Mosq. 2.: ἀλκάν. sic autem accipe: πύργος δὲ μεταξὺ (ὢν) διατείνει ἀλκὰν ἐν εὖρει ὀλίγῳ, i. e. εἰς εὖρος ὀλίγον, per breve tempus.

723. V. παλαίφατοι ἀραὶ, pessimo hiatu, vixque tolerabili asyndeto. Aldus: παλαιφάτων.

735. V. ἀπετέλεσσε, metro dochmaico pessumdato. sequor Ald. Rob. Turn.

736. V. κρ. δ' ὀμμ. sed γε, i. e. γὰρ, sententiae magis convenit, quod sensit Sch. Oculos sibi confodisse Oedipum, communis fama est.

738. V. ἀραίας (pro ὡραίοις) ἐφῆκεν — σιδ. διαχειρίᾳ — τελέσῃ.

743. Nihil ineptius vulgata lectione παῖδες μητέρων τεθραμμέναι. Intelligendum ἐςὲ, et in μητέρα praepositio κατά: „Bono animo estote, virgines, propter matrem, quae vos aluit," i. e. propter patriam, Thebas. Similiter infra 1033. Antigone:

Δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον, οὗ πεφύκαμεν,
μητρὸς ταλαίνης.

751. Non erat, cur septimam portam caperet Apollo. quare haud probanda vulgata: τὰς δ' ἑβδόμας ὁ σεμνὸς etc. ἑβδ. quidem, ut Sch. observat, Tragico dicitur Apollo, quod ante septimam portam militaverit.

752. V. εἷλετ', Οἰδίπου γένει κρ. etc. γένη, duos filios.

754. Post hunc versum v. legitur:

Πόλις σέσωςαι, βασιλέες δ' ὁμόσποροι
ἄνδρες etc.

quae adumbrata ex versu 822., hoc autem loco ineptissima sunt. Uncinis inclusit Porsonus.

760. V. δ' οὖν legitur pro γοῦν, insolite.

762. Haec v. affirmative accipiuntur, minus quidem apte.

768. V. χθονὸς, merito improbante Brunckio. Sch. quidem ἀπὸ κοινοῦ repetebat παμπησίαν.

774. l. ῥύεσθ' αὖ, πότερον etc. — „iterum tuemini, utrum" —. Mosq. 1. ῥύεσθαι.

775. V. ἀσινεῖ σωτῆρι, ἢ etc. sed σωτῆρι neque sententiae satis congruit, et metrum turbat. nempe τῷ ἀσινεῖ, quod, pro

substantivo usurpatum, incolumitatem significat, alii adscripserunt interpretandi causa: ἐπὶ τῷ ἀβλαβεῖ (i. e. ἐ. τῇ ἀβλαβείᾳ), ut legendum est in Scholiis ad h. l.; alii, velut descriptores codicum Vitemberg. et Mosq. 1. σωτηρίᾳ, quod depravantes σωτῆρι exaraverunt sequiores librarii.

776. V. μογ. καὶ δυςδαίμονας, ἀτέκνους etc. Mirum, ni adscripserint quoque καὶ τοὺς ἀθλίους, καὶ δυςήνους, καὶ μελέους etc.

777. V. ὀρθῶς κατ' ἐπων. καὶ πολυνεικεῖς ὤλοντ' etc. sed verbis καὶ πολυνεικεῖς explicatum τὸ κατ' ἐπωνυμίαν, „secundum (Πολυνείκους) nomen."

780. grave in gravi sententia metrum usurpavi, trochaicum tetrametrum.

781. V. καρδίᾳ. correxit Brunck.

789. Hic in scenam inferuntur cruenta, nec iam decorata, fratrum cadavera. vid. Sch.

793. V. διδυμάνορα κάκ', αὐτοφόνα. sed κακὰ glossema est τοῦ πάθη.

795. V. πόνοι πόνων, me quidem haud intelligente.

796. Κατ' οὖρον γόων, ad auram querelarum, i. e. convenienter verbis nostris, „*zu den Hauchen (Worten) der Klage.*"

798. ὃς αἰὲν etc. „qui (planctus) semper deducit per Acheronta cymbam" etc. i. e. qui mortuos comitari solet.

800. V. Ἀπ., τὰν ἀνάλιον, πάνδοκον. Verba τὰν ἀνάλιον interpreti deberi, nemo non intelligat.

816. Haec strophica esse, pulcre vidit G. Hermannus in libro de Metris. quae vulgo aliter distribuuntur, ut personarum designatio in fabulis veteribus editorum fere permissa est iudicio.

825. V. omittitur praepositio, ruente versu. Aldus recte: σὺν σιδάρῳ.

826. V. φόνῳ διεκρίθητε· κ. δ' ἀλ. πατρὸς Οἰδιπόδα κατεύγματα, pessime deturpato glossematibus loco. et κατ. quidem abest Ald. Vitemb. Mosq. 1. 2. codd. Regg., Brunckio visis. cf. 711. et 946. 7., unde conflata haec videntur.

830. V. ἀντιφόνων legitur, minus eleganter.

834. V. ἀναυδάτῳ μένει ἀραίῳ τ' ἐκ π., metris exstinctis. ἀναυδητομενὴς fictum ut ἠπιόθυμος, πρευμενὴς, etc. haud indignum, ut spero, Aeschyleo ingenio verbum.

840. V. αἰνομόροις, δι' ὧν νεῖκος, itidem ex interp., metroque elegantissimo corrupto.

841. V. ὀξυκάρδιοι, inconcinne. versus est iambicus tetram.

842. V. διαλλακτῆρι — ἀμεμφία, corrupte. versus est dochmaicus, et, qui sequitur, dochmius, pro clausula rite usurpatus. cf. simillima 946. 7.

848. V. ἀχῶ, obscure quidem. Robort. ἀχὴν, quod ἀχῶν (i. e. ἠχῶν) fuisse puto. ἐπὶ pertinet ad δόμων.

851. V. δαΐφρων, inepte. ἐτύμως legitur in Turn. Victor. Porson, nec propter metrum quidem abesse potest. δαΐφ. construendum cum τοῖνδε δ. ἀ.

852. τὸ δ' exstat in cod. Vitemb. et Rob. v. autem legitur κλαιομένας μου, infra Aeschyli elegantiam.

856. V. πάντων, mendose.

857. V. δαΐδι, inconcinne. quod vidit G. Hermannus. et conspiciebatur δαΐ in quibusdam Stephani codd.

861. V. θεμένα, τούςδ' ἔτεχ', οἱ δ' ὧδ' etc. vitiose: nam sic oratio procedit: οἵδε δὲ, τοὺς (i. e. οὓς) ἔτεχ', ὧδ' ἐτελεύτησαν.

864. V. δὴ καὶ πανώλεθροι, inconcinne. sequor Aldum veteresque edd.

865. V. διατομαῖς οὐ φίλαις, ἔρ. μαινομένα. ἔριδι ἀφίλῳ διατομᾶς, „lite, quae odit compositionem." οὐ perdit metrum.

866. V. νείκ. ἐν τελευτᾷ. πέπ. δ' ἔχθος. putide, si quid ego sentio: nam quid differunt inter se νείκεος ἐν τελευτᾷ et πέπαυται δ' ἔχθος? sed vitam simul cum rixa finitam fuisse, ea quidem sententia digna Aeschylo. Asyndeta autem amat, praesertim in rebus concitatis. congruunt seqq.

870. πόντιος de Ponto Euxino accipio, ut alibi Scythicum dicitur ferrum. Sch. cf. 734. et Prom. 301.

874. V. πατρὸς, inconcinne.

875. V. ὦ μέλ. διοςδότων ἀχ.· ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς πλοῦτος etc. sed friget διοςδ., evertitque metrum. ὦ, quod οἱ fuerit, eodem nomine peccans deprehenditur. friget quoque σώματι, quod haud dubie a χώματος ortum, ut ex adscripto γᾶς intelligitur. ἄδαςος, non divisus, exstat apud Sophoclem. unde coniicias etiam διοδάςων pro διοςδότων.

878. V. ἐπανθήσαντες πόν. γε δόμοι. inconcinne quidem. Aldus: δόμοις.

880. V. τελ. δ' αἶδ' ἐπ. corrupte.

886 sqq. In his adornandis sequendam putavimus G. Hermanni rationem propositam in libro de Metris Graecorum et Romanorum, quo remitto lectores. Atque illud quidem prae ceteris vehementer probandum est, quod bis illata verba Ἰὼ Μοῖρα — τις εἶ inter duas sorores dividi iussit Vir Doctissimus. quod pulcre confirmatur glossemate isto (nam glossema est) πέλας δὲ αἱ ἀδελφαὶ ἀδελφῶν, quae verba superscripta fuerunt, ut mihi videtur, huic virginum colloquio: nisi praestet, interpretationem hanc existimare, ut Clariss. Schützio placet, antecedentis versus.

Simile glossema post versum 899. deprehenditur. Scripserit autem interpolator πρόκειται ὁ κατακτὰς, quibus verbis significare voluit, apportata in scenam et ante oculos sororum posita fuisse fratrum cadavera.

Neque vero ista, quae v. post versum 913. leguntur, Ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν, satis bonae videntur esse fidei, adscripta quidem, ut puto, interpretationis causa τῷ διαπερῶν, in quo Polynicis expeditionem recte intelligit Schützius: quibus deletis iam nihil est, cur mutilam uno versiculo existimemus stropham.

891. V. πολυδάκρυτε, metro laeso.

895. V. πρ. φ. γ' ἐφθ., labante versu. vidit G. Hermannus.

898. V. διπλᾶ λέγειν. — διπλᾶ δ' ὁρᾶν, duplici mendo, nam λέγειν referendum ad γόος. De verbo ὁρᾶν fefellerunt librarios sequentia ὀλοὰ δ' ὁρᾶν. ῥεῖν, ad effundendum, sive effusu.

899. V. corrupte: ἀχ. τοίων τάδ' ἐγγύθεν.

910. V. abest πάθη, quod conspiciebatur in Brunckii quodam cod., versuique necessarium est. δίςονα, dupliciter deflenda, perbene reponendum vidit pro vulgato δύςονα Clar. Schütz. ὁμώνυμα, cognata. κήδεα τριπάλτων (i. e. μάλα παλτῶν, ut dicitur τριπάλαιος, τριπλανὴς, τριπόθητος) πημάτων, sonat occisos per vehementer vibratas hastas: κήδεα enim recte audiunt peremti fratres, πήματα lanceae.

915. V. ὅλοὰ λέγειν, frigidissime, quod ex antecedentibus (διπλοῦς λέγειν) sumsit librarius. significant sorores, haec et fratribus gravia esse, qui passi fuerint, et sibi, quae adspiciant.

916. V. ANT. ἰὼ πόνος. ΙΣΜ. ἰὼ, ἰὼ κακὰ, solutis numeris.

917. V. ἰὼ ἰὼ καὶ πρόσω, inutiliter cumulatis interiectionibus. τὸ πρόσω, quod metro convenit, legitur in vett. edd.

919. V. ἄναξ, versu laborante.

920. V. ἰὼ π. itidem inconcinne. versus est glycon.

922. V. bis infertur ἰὼ, non sine versus detrimento. v. quoque: — χθονός; ἰὼ, ὅπου, inepte.

925. V. δόξαντ', frigide. indicat praeco, haec et nunc placere et semper placitura esse Thebanorum senatui.

929. V. εἶλετ' ἐν πόλει, perfrigide : nam et Polynices ἐν πόλει mortuus erat.

953. V. κοινώνει et seq. συγγόνῳ φρενὶ, sed allocutio illa minus apta est, et ψυχὴ (σὺν) φρενὶ absurdum quid sonat.

961. V. θάρσει, παρ., sententia obscurata. correxit Porsonus, ut θάρσει sit dativus.

964. V. ἐκφυγὼν, minus apte: nam rectius significatur, populum quovis modo effugere studere mala, quae sententia requirit ἐκφυγεῖν.

967. V. Ἤδη τὰ τοῦδ' etc.

981. V. Ἀλλὰ φοβοῦμαι κἀποτρέπομαι Δεῖμα πολιτῶν, sed manifestum glossema est φοβοῦμαι, nec secunda syllaba τοῦ ἀποτρέπομαι recte producitur.

986. V. δρ. τε πόλις καὶ μὴ δρ., absurde.

990. V. ἄχος, καὶ πόλις. Nostra sic vertenda: „nec frustra alias iusta laudare solet civitas;“ non frustra igitur, sed vere, ut reprehendendus non sit, nedum puniendus, qui iusta patrare ausus fuerit. Robortellus: οὐκ ἄλλως.

ANNOTATIONES
IN AESCHYLI PERSAS.

„In historia belli Persici, e qua tragoediae huius argumentum sumsit Aeschylus, multa esse, in quibus poeta ab historicis, nominatim Herodoto, dissentiat, facile deprehenditur; sive quod Phrynichi Persas, cuius fabulae meminit Suidas, in nonnullis fabulae partibus imitatus fuerit; sive quod suo potius ingenio, aut famae, quam certis historiae testimoniis obsecutus: sive quod in quibusdam rebus, ea quae ipse vidisset aut audivisset, aliorum narrationi anteposuerit, ut qui non solum Marathoniae pugnae, sed etiam proeliis Salaminio et Plataeensi non sine magna virtutis laude interfuisset. cf. Herodot. 6, 4. 7, 5. 7, 61 sqq. 82." Sch., quem vide.

„Personae dramatis praeter Chorum quatuor sunt, Atossa, nuntius, umbra Darii, Xerxes. Chorus constat senibus, principibus viris et summo loco natis, quibus Xerxes curam rei publicae ac domesticae demandaverat." Sch. Quibus, fortunam absentis regis virisque exhausti imperii deflentibus, supervenit Atossa, Darii vidua, mater Xerxis, „cum alias anxia futuri, tum hesterna nocte luculento somnio, quod mala regi portendere videbatur, maiorem in modum perturbata." — Accurrit nuntius, „totum Persarum exercitum deletum esse clamans," quam cladem deinde fusius describit. „Regina, quid in hac rerum adversitate senes facere velit, edicit," eorumque obsecuta consilio, deis superis inferisque sacrificia decernit, et Darium, cuius umbram noctu viderat, inferiis placat. „Quibus rite perpetratis surgit ab inferis anima regis, et accepta Xerxis clade," quam partim fati necessitate, partim ipsius filii temeritate accidisse ait, „quantum etiamnum calamitatis supersit, va-

ticinatus, unicum Persis malorum remedium esse docet, si memores Athenarum et Graeciae suis se finibus contineant. Quibus dictis ad inferos redit umbra. Atossa vero, mariti dicto audiens, vestes (spoliato) filio quaesitum domum regreditur. Chorus in laudes Darii effunditur. Scena ultima Xerxes ipse advenit, qui non solum, quantum ipsum fortunae suae pigeat, libere proloquitur, sed etiam Chorum ad societatem doloris provocat. Ita mutuo gemitu, planctu, moerore tragoedia finitur."

„Nuntius non ex eorum numero est, quos Xerxem per certa stationum intervalla disposuisse narrat Herodotus, sed ipse rerum gestarum testis." Sic enim solet, neque imprudenter, in hoc genere poëta noster. cf. Sept. 41.

„Xerxen non solum, sed comitantibus quamvis paucis asseclis, mutis personis, scenam ingressum esse coniicio."

„Agitur autem fabula Susis, scenamque aedibus regiis ac Darii monumento decoratam fuisse, res ipsa docet. Histrionem, qui Darii umbram imitabatur, habitu quoque spectri quandam similitudinem prae se tulisse certum est. Machinis quoque opus fuisse puto, quibus extolleretur Darii persona, cum surgeret ab inferis, atque ad eosdem rediens, deprimeretur."

„Diei tempus nuspiam in hac tragoedia diserte notatur. Actionis tamen initium ante meridiem poni exinde colligitur, quod Atossa somnii nocturni narrationem non videtur in postmeridianum tempus distulisse." Id.

Hoc drama ex Phrynichi tragoedia, Phoenissae inscripta, concinnatum prodidit Glaucus ἐν τοῖς ἐπὶ Αἰσχύλου μύθοις, a Scholiaste Aeschyli laudatus, quorum utrique diffidere licet.

Vicit Aeschylus hac tragoedia, teste Schol. in argumento, qui: Ἐπὶ Μένωνος (archontis, Olymp. 76, 4.), inquit, τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. quo tempore 49. fere annum egit.

Versu 1. τάδε, i. e. ἡμεῖς. nam sic passim, apud dramaticos praesertim scriptores, usurpantur ὅδε, ἥδε, τόδε, τάδε. vid. Suppl. 793. Sept. 975. Eurip. Med. 1309. Orest. 1162. 1219. infra 979.

4. κατὰ πρ. propter dignitatem. Hesychius: πρεσβείη, τιμὴ

μείζων. Rursum πρέσβεις, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμούμενοι. Noster infra 625 βασίλεια γύναι πρέσβος Πέρσαις. Sch.

5. Quovis pignore certarim, a mala manu profecta esse ista Ξέρξης βασιλεὺς, quae vulgo post ἄναξ leguntur: frigent enim, simul cum verbis exquisitis ἀν. Δαρ. illata, suntque interpretamenti horum, sumti ex versu 142., simillima.

8. πολ. ϛρ. Ingentem auri argentique vim in exercitu illo Persarum fuisse, narrant Herodotus 7, 41. 85. et historici. Sch.

12. V. νέον, satis obscure. Nostra sic verte: „puella (seu nova nupta) sponsum latrat,“ ut Lucretiano verbo utar, h. e. poscit, vehementer desiderat virum, diutius absentem.

13. V. βαΰζει. κοὔτε τις ἄγγελος, οὔτε τις ἱππεὺς, ex interpretatione, nam intelliguntur ἄγγαροι.

17. Cissia urbs fuit in agro Susiano, unde Susii quoque Cissii sunt dicti. Stanl.

20. leg. Ἀρταφ.

31. V. Φαρανδάκης Θ', ἵππων ἐλατὴρ Σωσθάνης. sed praeterquam quod versus parum recte ab enclitico incipit (quod tamen utcunque tolerandum), non solet quoque hoc metri genus anapaestici exire in molossum, sed in ionicum a minore. Δέ τε pro δὲ καὶ etiam Tragicis frequentatur. vidd. Prom. 593. Eurip. fragm. Temenid. 11.

Nunc tamen puto, 29 — 31. rectius sic describi:

Καὶ Μασίστρης,
Ὅ τε τοξοδάμας ἐσθλὸς Ἰμαῖος,
Φαρανδάκης δέ τε, Σωσθάνης
Θ', ἵππων ἐλατήρ.

34. V. Σουσισκάνης Πηγασαγὼν Αἰγυπτογενής. sed Πηγασαγὼν licet infra memoretur, carere tamen verbo finito vel participio non potest locus, ut de corruptione istius verbi vix dubitandum sit.

38. ἑλ. sive ἑλείους, incolas ἑλέων, regionum palustrium Aegypti, qui, teste Thucydide 1, 110. Aegyptiorum erant omnium bellicosissimi. Abresch.

46. τέλη, ordines curruum bellicorum. Sch.

50. Displicet propter ambiguitatem τὸ ἄκμονες, quod v. legitur h. l., nec de contractione ex ἀκάμων satis constat.

51. Mysi iaculis praeustis utebantur. Sch.

70. V. πεζονόμοις, corrupte. Ceterum in verbis ἔκ τε θαλάσσης subintelligendum νεμομένους ex πεζονόμους.

73. Xerxem e Persei χρυσογόνου posteris esse, similiter fingit Lycophron Cass. 1403. Persas vero omnes a Perseo nomen accepisse, auctor est Herodotus 7, 61. Sch.

74 — 86. Haec v. nomine monostrophicorum inscribuntur; sed apparet, strophica esse.

74. V. κυάνεον, inconcinne, quod dudum correxit Bentleius.

75. Σύριον, i. e. Ἀσσύριον. Herodot. 7, 63. de Assyriis: οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. Oritur differentia ex additamento articuli Arabici. Stanl.

82. De numinis invidia passim queruntur veteres. cf. Herodot. 3, 40. 7, 10.

99. Intelligo ἐςὶ in κένανδρον, vacuam viris, utpote quos occisos esse metuit chorus.

101. V. omittitur δὲ, pessimo asyndeto. nos quidem ἔσσεται ad ἀπύων referimus, coniugatione periphrastica, intelligimusque τότε, qualia omittere poëtae solent. τοῦτ' ἔπος: ἤγουν τὸ κένανδρα εἶναι τὰ πολίσματα.

109. ἀμφ. πρ. κ. αἶας, Chersonesum Thraciam, quae tanquam isthmus aut promontorium ab Europa versus Asiam procurrit, itaque utriusque communis dici potest. Sch.

114. Locus depravatus: nam et bis illatum πόθῳ vexat (legitur autem v.: ἀνδρῶν πόθῳ πίμπλαται δ. Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς, ἑκάςα πόθῳ φ.), et asyndeton τῶν ἑκάςα π. vix ferendum est.

125. τὸ πατρ. γ. ἀμ. i. e. τὸ πατρικὸν γ. ἀ., τὸ πατέρων ἡμετέρων (veterum regum) γένος. nihil novandum puto.

126. τ. ῥ. verbotenus est arcus tensio, intelliguntur Persae arcubus utentes, quemadmodum verbis δορ. λ. ἰσχὺς Graeci designantur, hastis armati. Sic supra 55. τοξουλκὸν λῆμα et 84. τοξοδάμνος ἄρης de Persis. Sch.

131. Moris erat apud Persas, ut regem adeuntes proni adorarent, priusquam in colloquium venirent. — Stanl. Vulgo autem legitur: προςπιτνῶ. Καὶ π. δὲ χ. αὐτὴν Π. etc., minus recte.

141. μῦθον, narrationem somnii, quod viderat. Sch. Versu praecedente v. legitur minus recte: καί με καρδίαν ἀμύσσει.

142. Hinc perspicere est discrimen πλοῦτον inter et ὄλβον, quod tangunt Ammon. Thom. Mag. et Eustath. ad Il. γ. p. 304. etc. Abresch.

145. V. legitur πλῆθος ἐν τιμῇ σ. — Φῶς, ὃ. σθένος πάρα. ἔστι γὰρ — Φόβος. quae corrupta esse, interpretum meliores viderunt. Versu 166. δὲ apodosin indicat, ut saepius. vid. Wolf. in Demosth. Leptin. 297. et ibi laudatum Mitscherl. ad Hom. hymn. in Cer. 37. ὀφθαλμὸς sive ὀφθαλμοὶ dicitur rex, ut ex sequenti versu, qui explicationis causa additus est, intelligitur. Φῶς σθένους, gaudium seu bonum fortitudinis.

157. Hesychius: Ἰάονες, οἱ Ἴωνες, ἀπὸ Ἴωνος, καὶ οἱ ἄποικοι αὐτῶν, Ἀθηναῖοι. sic enim legendum puto locum, secus ac vulgo, cum in verbo Ἀθ. incipit annotatio.

168. ἤρξαντο supplendum ad τεύχειν puto cum Clar. Schützio, quomodo Latini quidem infinitivo passim utuntur.

178. In luctu vestes lacerare mos erat apud Persas et orientales populos tum viris tum mulieribus communis. Curt. 3, 10. Herodot. 8, 99. Sch.

181. ἔψ. π. Notissima veterum in expiandis somniis superstitio; quod vel vini aspersione fiebat, vel, ut hic, aqua fontana. Stanl.

182. Haec sunt ab Herodoto prorsus aliena, qui de Persarum sacris ritibus verba faciens lib. 1. c. 132.: οὔτε, inquit, βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι μέλλοντες θύειν. (et sic fere omnes historici.) Quis vero nescit, poëtas sui res aevi ad tempora illorum, de quibus scribunt, transferre? Ceterum vel ipsi historici, geographi, aliique solutae orationis scriptores deorum Graecorum nomina diis Persicis accommodarunt. vid. Herodot. 1. Strabo 15. — Hic itaque per Phoebum intelligi videtur Sol, cui sub Mithrae nomine sacrificarunt Persae. Id.

188. ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο. Supple ἐποίει, cuius verbi frequens ellipsis. nec Latinis minus usitata. vidd. interpp. ad Livii 31, 24. Brunck.

192. V. πράξας, οὐχ ὑπ. π., σωθεὶς δ' ὁμοίως, merito offensis interpretibus. in πράξας gravissima fit ἀποσιώπησις, statim vero animum recipit, spesque plebis temerarias castigat prudens regina.

211. V. legitur δυσμὰς vel δυσμαῖς, omisso θ', intolerabili quidem tautologia, quod neque Schützium fugit. δυσμᾶς exstat in Vitemberg., et antique sic scripsit Noster, quomodo Homerus πρὸς βορέου, πρὸς νότου. vid. Stephani lexic. Copulam satius est addi. Herodotus, laudante Clar. Schützio, 2, 31.: ῥέει δὲ (ὁ Νεῖλος) ἀπὸ ἑσπέρης τε καὶ Ἡλίου δυσμέων.

217. Sectiones argentarias in Attica olim uberes fuisse refert Strabo 9. locus vocabatur Laurium. Stanl.

222. ἐπήλυδας, advenas aggressores. Sch.

223. Ad particulam ὥςτε intelligendum esse οὕτως, Abreschius probe admonuit. Sensus enim est: Quomodo vim hostium sustinere possint, quaeris? imo iam olim sic sustinuerunt, ut Darii magnum et bonum exercitum perdiderint.

Ceterum, quae hic quaerit ex senibus Atossa, leviora mihi videri, quam pro reginae, praesertim grandaevae, Dariique uxoris, dignitate, haud diffiteor. Sed delectabatur hisce populus Atheniensis.

226. Nihil pernicius fuisse nuntiis Persarum regiis, qui Angari vocabantur, memoriae proditum est. ex quibus non esse hunc nuntium, etsi versu 264. declaretur, tamen respectu habito ad eiusmodi cursorum celeritatem, Περσικὸν δράμημα vocatur h. l. cursus velocissimus.

229. V. legitur πολὺς pro πόλις, quam emendationem Schützii debemus ingenio. Intelligitur autem, inquit V. D., Susa, quam in urbem, tanquam in portum, omnes undique Persarum divitiae confluebant.

235. V. νεόκοτα καὶ δ., languide, laesoque metro. constat autem stropha duobus dochmaïcis hypercat., quod genus versuum affectui senum apprime convenit.

239. τὶς ad μακρ. retrahendum, notaque illa intendendi vi praeditum est. Sch. Possis tamen et cum ὅδε coniungere, ut Eurip. El. 107. aliisque locis ab Abreschio commemoratis, in ἀκούειν intell. ὥςτε.

244. V. Μάταν τὰ πολλὰ β. π. tautologice, metrisque parum congruentibus.

252. V. πλ. ἐν διπλ., satis inepte.

262. V. πάρα, Ὡς π. Περσίδων, sed τῶν, quod versui necessarium, apparet in Mosq. et Vit.

272. V. ὅς τ' ἐπὶ etc. male. ὅστε valet ὅστις, referturque ad τίνα. Sic supra 15. Eurip. Hecub. 444.

278. Sileniae ora erat Salaminis insulae praerupta et scopulosa. vid. Schol. ad h. l. Sch.

282. πολεῖν non solum est pascere, sed etiam habitare. Id.

284. Salaminem insulam Veneris in tutela fuisse, ex Homero discimus; unde probabile est, columbas summa cura incolas enutrivisse. Veneri enim sacra haec avis. Stanl.

287. V. καὶ Φερεσσεύης τρίτος, Φαρνοῦχος, pessimo asyndeto. et, tres tantum duces memoratos h. l. fuisse, tota orationis indoles ostendit. cf. 283.

289. V. Χρυσεὺς, Μάταλλος μυρ. quae itidem arena sine calce. Μάταλος legitur in Mosq. Equos Arabicos nigro plerumque colore esse, monet Schol.

293. Μάγος nomen gentilitium. Steph. de Urb. v. Μαγία: εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν. cf. Herodot. 1, 101. Stanl.

299. Λυρναῖος. Interpres Graecus, admonente Stanleio, Λύρνην χώραν memorat, in quo Anglus et Abreschius intelligunt urbem Lyrnessum, quae, teste Stephano de Urb., μία τῶν ἕνδεκα ἐν τῇ Τρωάδι. Atque Abreschio quidem dici videtur potuisse Λύρνη, per apocopen, pro Λυρνησσὸς, inde Λυρναῖος pro Λυρνήσσιος.

313. V. Ναυσὶ κρατῆσαι, minus bene.

314. Sic fere et Herodotus 8, 82., qui Graecorum classem 380 navium fuisse narrat, quarum 16 tantum Lacedaemonii, 180 Athenienses praebuerunt. Stanl.

319. V. μάχῃ legitur, ambigue.

321. Haud absimiliter Homerus Il. θ'. 70. et χ'. 210 sqq., ut bene annotat Clar. Sch.

323. Priorem τοῦ ἆρα syllabam etiam extra interrogationem et produci et circumflexu gaudere, secundum Dorvill.

vann. crit. p. 227. monuit Valck. ad Phoen. 569. nihil itaque mutandum.

330. ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην. cui nomen Sicinus. astutissimum hoc Themistoclis commentum memorat Herodot. 8, 76. Diodor. 11. p. 231. Stanl.

350. Persae semel tantum in die, idque ad coenae tempus, cibum capessebant. — Id.

354. ὅπλων ἐπιστάτης interpretor de milite classiario; nam quemadmodum remiges remorum ἄνακτες appellantur, sic milites armorum praefecti. Sch.

370. Insana ista, quae adhuc vulgantur, αὐτῇ πάντ᾽ ἐκεῖν᾽ ἐπέφλεγεν. sensit Clar. Sch. Καινὰ, i. e. nova et inexpectata mala, κακῶν πλῆθος, ut est 404.

372. Celeustes, hortator idem a Latinis dictus, vel pausarius, media in puppi stabat. Ovid. Metam. 3, 629. Sil. Ital. 6, 361. Sch.

381. Moris erat apud Persas, ubi manus consererent, clamorem tollere, quo et hostes terrerent, et incitarent suos. Curt. lib. 3. Diodor. 17. Stanl.

384. ἐμβολὴν navis rostrum denotare, probat Xenophon Hist. Gr. 4, 3, 6. ubi legitur: ἐμβολὰς ἐχούσῃ τῇ τριήρει. Sch. Ceterum v. legitur αὐτοὶ δ᾽ ὑφ᾽ αὐτῶν, et post παίοντ᾽ commate interpungitur. coniungenda sunt ἐπὶ et παίοντ᾽, h. e. παίοντα, στόλον. apodosis incipit in ὑπτ. versu 416., ubi δὲ ex vett. edd. revocavi cum Porsono. vid. ad 164.

394. Schol. Thucydid. ad 1, 50.: σκάφη. καλεῖ τὰ κοιλώματα τῶν νεῶν, ἃ ἡμεῖς γαστέρας καλοῦμεν. Sch. Hanc periphrasin in deliciis habere Euripidem, monet Abresch.

399. De dorica forma articuli vid. ad Sept. 37.

403. νυκτὸς ὄμμα periphrasis noctis est. sic et Eurip. Iphig. Taur. 5. 110., et similiter in Phoenissis νυκτός τ᾽ ἀφεγγὲς βλέφαρον. Monuit haec Stanl. cf. Eum. 905.

410. V. κακῶν, subobscure. sequor codd. Mosq. Vitemb. Guelf.

422. Herodotus νησίδα vocat 8, 76 et 93. Stanl. — ἣν ὁ φιλ. Πὰν ἐμβατεύει. Schol.: ἐρήμοις γὰρ τόποις οὗτος ὁ θεὸς ἐνδιατρί-

βειν εἰώθει. Ita sane insula describitur Straboni 9.: καὶ ἡ Ψυττάλεια νησίον ἔρημον καὶ πετρῶδες. — Stanl.

431. cf. Herodot. 8, 96. Id.

441. Pugnam hanc spectavit Xerxes de Aegialeo monte e regione Salaminis, in argentea sella sedens, quae postea in templo Minervae dedicata est, una cum Mardonii acinace. Id. Legitur autem vulgo ἀνῴμωξεν κακῶν, versu pessimo.

447. leg. φρενῶν.

448. πικ. τιμ. Ἀθ. acerbum exitum ultionis, quam Xerxes de Athenis ob cladem Marathoniam sumere decreverat. Sch.

457. στρ. δ' ὁ λ. Intelligitur terrestris exercitus. Sch. Ceterum de istis copiis dicere, quae sub Mardonio in Graecia relictae erant, et a proposito poëtae abhorrebat, quandoquidem in tali nuncio spes boni eventus aliqua infuisset, quam omnino abesse volebat ab Atossa et Persis, et nuncium *militem* minus decebat, narrare, quae tantum rumore accepisset, quam quibus ipse interfuisset.

460. V. omittitur prius τε, quod requiritur ab antecedentibus ἔν τε Βοιωτῶν χθονί.

463. γ. Ἀ. π. Achaia Phthiotis. cf. Strabo 1. p. 45. B. ed. Casaub. et 9. p. 433. D. Sch.

464. ὑπεσπ. Vacat in hoc verbo paucisque aliis praepositio ὑπὸ, non imminuit, quod monemus, ne quis eam connectendam existimet cum ἐδέξαντο. cf. Choëph. 375. Soph. Aiac. 755. Suid. v. ὑποσπανίζων. Abresch.

468. leg. Ἀξίου.

469. Lacum seu paludem Bolbes ad oppidum Bromiscum in mare ingredi refert Thucyd. 4, 103. Sch.

471. Contigit haec pugna appropinquante tantum hieme, circa 20. diem Boëdromionis, tertii mensis aestivi, ut testatur Plut. in Camillo. Stanl.

472. τις hic, ut alibi, pro ὅστις. tum θεοὺς νομίζειν, ut saepe, est deos agnoscere. Abr.

474. Coelum et Terram divinorum numinum in loco et numero habuerunt Persae; Coelum sub nomine Διός. vid. Herodot. 1, 131. etc. Stanl.

477. θεὸν absolute pro sole apud Graecos poëtas usurpari,

notissimum est. cf. Eurip. Orest. 1025. Med. 354. Maxime vero Persis convenit haec loquendi formula, quos Solem pro summo deo habuisse, Herodot. 1. aliique complures tradiderunt. Id.

507. V. Ἀλλ', ὦ Z. sed Ἀλλ' unde sumserit Turnebus, gnoratur. quo verbo deleto, Schützius reponebat νῦν μὲν Π. saepe autem repetitorum verborum alterum intercidit.

512. V. Πολλαὶ, nimis languide. Opponuntur vetulae novae nuptis, ἀνδρῶν ποθεούσαις ἀρτιζυγίαν. V. quoque legitur ἁπαλαῖς, minus significanter, quare nostrum ex Robortelliana revocavi.

516. V. ἁβρόγοοι — πενθοῦσι γόοις, haud magis χαρακτηριστικῶς, nam vetulae quoque feminae ἁβρόγοοι, molliter eiulantes, dici poterant. Νεόγυιος, ἀγλαόγυιος similiaque usitata sunt. Leviter autem distinxi post μετέχουσαι, ne πολιαὶ quoque eo non referretur.

533. V. π. τε γὰρ καὶ θαλ. αἴδ' ὁμόπτ., inconcinne, quod plures viderunt. γὰρ interpretamentum est τοῦ γε, quod orationis perpetuitati optime convenit.

538 — 543. Quanta per discrimina Sardes pervenerint copiae, quas secum Xerxes reduxit, narrat Herodot. lib. 8, 115., quippe coactae fructibus, herba, nec non corticibus et frondibus vesci, magnamque partem pestilentia ac dysenteria inter viam exstinctae. Quin et rex ipse naufragium non evitasset, nisi Persae desilientes in mare navem levassent. Stanl.

544. πρωτόμοροι, i. e. πρῶτοι, ut recte Scholiastarum unus. Intelliguntur enim Persae, continentis Asiae domini, quibus opponuntur 565. subiecti ipsis populi.

548. V. legitur ἀμφὶ Κυχρείας, ὀά. lacunam addito ὤλοντο explebat Clar. Schützius. sed vide nos ad 507. Ceterum Cellarius in notitia orbis antiqui, ubi de insula Salamine agitur: Sinum, inquit, Saronicum quoque Σαλαμινιακὸν dictum esse, Strabo auctor est, lib. 8., qui alia insulae vetusta nomina lib. 9. profert, quae sunt Σκιρὰς, Κυχρεία (sic enim legendum), Πιτυοῦσσα, illa ab heroïbus, hoc ab arbore inditum, quia pinifera est. Adde Pausan. Att. cap. 36. In ληφθέντες intell. ἦσαν.

564. V. κλύουσιν, insulse. κλείουσιν, ut supra 522. αἴρω. amat autem Ionismos Aeschylus.

569. V. προςπίτνοντες, inconcinne. senserunt Stanl. et Porson.

577. Telamonem, Aiacis patrem, Salaminiis imperasse, notum est.

579. V. κακῶν legitur ἀντὶ τοῦ βίου, merito improbante glossatoris foetum Clar. Schützio.

583. V. τύχης, ambigua verborum structura, cum et ἕνεκα intelligere possis in τύχης, et δαίμων cum τύχης, quamvis duriuscule, coniungere. accedit, quod active usurpari soleat οὐρίζειν.

590. Hos ritus non ex more Persarum, sed Graecorum describit. Stanl. Sic enim, ut bene monet Clar. Schützius, facere, sapientis erat poëtae officium, qui, ut in omnibus fabularum partibus, ita in moribus quoque populorum adumbrandis, non quid verissimum sit, sed quid verosimillimum, spectare debet.

594. λ. ὕδρ. Hanc aquam Latini veteres vocarunt arferiam adferiam et adferias. videsis Festum et Glossographos. Stanl.

610. Intelligitur Ἑρμῆς πομπαῖος, πομπὸς, χθόνιος, qui, ut loquitur Petronius, animas ducere et reducere solet. Stanl.

612. Pessime, Pauwium audientes, ἄκος in ἄχος mutarunt. sed fraudi fuit viris doctis corruptum πέρας, quod v. legitur versu seq. pro eo, quod nos restituimus, παρά σ', quae ad reginam conversi dicunt senes. πλέον ad sensum quidem fere abundat, quomodo et in forma πλέον ποιῆσαι.

615. βάρβαρα, i. e. non Graeca, Persica, quomodo Plautus se ipse barbarum poëtam versionesque suas barbaras, haud sane in contumeliam, vocare solet: quod quidem ab hoc verbo alienum est. cf. supra 166. 409. infra 768. 814.

624. V. omittitur τὸν, ruente versu. οἷον priorem corripit, ut passim apud Homerum.

630. V. Δαρεῖον, οἷον ἄνακτα Δαρεὰν (seu Δαρειὰν, ut est in Pauwiana), ηέ. Scholiastarum unus: — τὸν Δαρεῖον βασιλέα, οἷον (voluit dubio procul οἶον, μόνον, quae lectio notata

erat in Brunckii codd. Regg.) τὸν καὶ Δαρειὰν κεκλημένον. ἢ τὴν Δαρείαν ψυχὴν ἀναπέμψει (legebatur ἀνίη vel ἀνίει ante Brunckium, qui, glossam εἴθε ἀναπέμποις codicis A. secutus, ἀνείης dedit) ὁ ἅδης. — alter: Ἄλλως. τὸν μόνον γενόμενον βασιλέα, διὰ τὸ κηδεμονικόν. ἔοικε δὲ ὁ Δαρεῖος καὶ Δαρειὰν λέγεσθαι. Vides, lector, de nomine Δαρειὰν quam incerta sit res. Certe dubitandum non est, quin οἷον natum sit ex εἶον, cum et versum oneret, et sententiam nihil iuvet.

636. V. omittitur γ', additum a nobis, ne augmentum antecedenti adhaeresceret diphthongo. Ceterum ἐποδόω dicitur Ionice pro ἐφοδόω.

637. V. Βαλὴν, ἀρχ. βαλ. Ἴθι, ἵκου. perverse quidem. Hesychius: Βαλὴν, βασιλεὺς, Φρυγιςί.

642. V. Δαρειὰν, οἶ, satis inepte. vide ad 630. sic v. quoque 647.

651. V. Περὶ τᾶ γᾶ (Turn., incertum unde: τᾶ σᾶ γᾶ) δίδυμα διάνοιεν ἁμάρτια πάσα γᾶ τᾶδ' ἐξέφθινθ' αἱ τρ. νᾶες, ἄναες νᾶες (vel ἄναες). quae Oedipum expectant. ἁμαρτήματα fuisse in nonnullis codd., testatur Schol. γε, quod et sententiae et metro necessarium, a syllaba antecedenti absorptum fuit.

656. V. hic versus antecedit illa Ὑμεῖς δὲ, κ. τ. λ. Sed cur, quaeso, coniugem adspiciens tremat umbra? gauderet, opinor.

657. V. ςένει, κέκοπται, καὶ χ. π., ineleganter, nam prius, pro more manes evocantium, manibus pulsata erat terra, quam mugiret (si quidem mugiisset) atque aperiretur ad emittendam regis umbram.

658. V. λεύσσων, quod referebatur ad ταρβῶ. vid. ad 656. V. quoque legitur τάφου pro τάφρου, nimis ineleganter, cum statim sequatur τάφου. intelligitur scrobes seu foramen, unde exstitit umbra.

679. V. θνητοῖς, ὁ μάσσων βίοτος, quod ταυτολογίαν spirat, ut bene animadvertit Schütz. Maiora et plura hominibus ex terra, in qua maximam fere vitae partem degemus, mala oriri, facile concedatur.

680. leg. βροτῶν πάντων.

704. V. οἷαν legitur pro οἵην, quod longe fortius.

709. V. Ναί· λόγος κρατεῖ σαφηνής. absurde.

718. πέδ. σφυρ. anchoris ferreis, quibus Xerxes, teste Herodoto, pontem alligaverat. Sch.

721. Πρὸς τάδ'. Ita pro vulgato πῶς τάδ' legendum arbitror, i. e.: Proinde nonne (quod dixi iam antea 696.) insania invasit filium meum? Sic πρὸς τάδε et πρὸς ταῦτα noster saepissime aliique Attici. vid. Prom. 1017. Sept. adv. Thebas 281. Abresch. Assensu suo viri doctissimi emendationem Brunckius quoque et Schützius comprobarunt.

732. V. ἐξεκείνωσεν πεσὼν, ut dubites, referaturne πεσὼν ad ἄςυ an, sententia quidem sic iubente, ad οἶον. contra ἐμπεσὸν minime ambiguum.

736. Sagacissimus Schützius ad h. l.: Stanleio, inquit, Aeschylus multum a reliquis historicis in recensenda Persiae regum serie discedere videtur. Verum si rem attentius disquiramus, nulla fere inter Herodotum et Aeschylum discrepantia invenietur, certe non eiusmodi, quam conciliare difficile sit. Primum Persarum regem Aeschylus *Medum* dicit. Eundem Suidas nominat: Μῆδος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. Est autem ille *Darius Medus*, alias Astyages dictus. Quod ipse Stanleius Cedreni auctoritate confirmavit, qui pag. 142.: Μῆδος Δαρεῖος, inquit, καὶ Ἀςυάγης ἐλέγετο, πάππος δὲ ἦν Κύρου. Astyagis huius, seu Darii Medi, filius, quem Aeschylus non nominat, est Cyaxares. Eius filius Cyrus tertius a Nostro numeratur. Quartus Cyri filius est, Cambyses. Quintus Smerdis. Iam inter hunc et Darium in Aeschyleo verborum contextu sextus Maraphis, septimus Artaphrenas recensentur. Quod Stanleius ita explicat, necato a septem coniuratis Smerdi Mago non statim Darium regnum excepisse, sed e ceteris coniuratis (quorum certe unus apud Ctesiam vocatur Artaphernes, sed apud Herodotum Intaphernes) nonnullos ante eum regnasse, quibus ille de medio sublatis demum imperio potitus sit. Atque in eandem fere sententiam ivit Waltherus in Commentatione de antiquissimis Asiae monarchis ad hunc Aeschyli locum, existimans, poëtam ex antiquioribus Persicae historiae fontibus hausisse. Ego vero haud scio, an totus ille versiculus, qui vulgo post 748. legitur,

Ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομός τ' Ἀρταφρένης,

a glossatoris potius quam ab Aeschyli manu profectus sit. Cum

nimirum septem principes Persarum ad Smerdin tollendum coniurasse notum esset, scholiastes forte quidam ad explicanda Aeschyli verba οἷς τόδ' ἦν χρέος, adscripserat septem coniuratorum nomina, tribus senariis inclusa, e quibus tertius eo facilius in textum irrepere potuit, quod numerus ἕκτος ordini regum ab Aeschylo enumeratorum responderet. etc. Uncinis versum inclusit Porsonus.

737. τόδ' ἔργον ἤνυσε, h. e. regnum firmavit ac stabilivit. Schütz.

738. V. αὐτοῦ, ambigue, minusque eleganter.

754. sic ἓν εἰπὲ, Eurip. Phoen. 1090. ἓν οὐκ ἐπίςασθε, Hippolyt. 919. etc. V. autem legitur εὖ γὰρ σαφῶς, quae crimen ταυτολογίας aegre effugiant.

761. Μηδικόν. Ita et Herodoto bellum hoc Medicum dicitur, et Graeci passim Persas Medos, et Μηδίζοντας eos, qui Persis studebant: cum enim invaluisset Persarum nomen, etiamsi Medorum exoluit, non tamen penitus desuevit. Stanl.

765. V. εὐςαλῆ καὶ λ. ἄρουμεν, vel ἄρωμεν, inconcinne. codd. fere et vett. edd. pro καὶ exhibent τε, unde τοι effinximus, quod sententiae pulcre convenit: nam si καὶ retineas, τὸ λεκτὸν εἶναι τὸν ςόλον, quod pondus eius est, minus graviter pronuntiatur. ἂν absorptum ab antecedente syllaba. Intelligitur autem exercitus ille, qui in Graecia sub Mardonio remanserat, ut bene monuit Schütz.

780. Graecorum templa spoliasse et cremasse Persas, a Diodoro Siculo proditum est lib. 6., sive, quod Magi, quibus obsequebatur Xerxes, parietibus includi nollent deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera; quam causam refert Cicero de Legib. 2.; sive, ut Herodoto placet 5, 102., quod Athenienses Sardibus ignem intulissent, et templum Cybeles indigenae deae conflagrassent. vid. Stanl.

785. V. ἐκπαιδεύεται, quod egregie correxit Clar. Schütz. Ceterum de pugna Plataeensi in vulgus nota sunt omnia.

792. V. ἐξαμᾷ, intellecto τὶς, minus eleganter. subaudiendum ἐςί.

807. V. εὐφρόνως σὺ πρ., corrupte.

815. V. κακὰ, pessimo hiatu, satisque ineleganter. cf. 805.

Nativum autem et ex ingenio mulieris est, Atossam nulla re magis angi, quam quod comperit, inhonesto etiam vestitu Xerxem filium incedere.

826. V. Δαρεῖος inculcatur post Ἰσόθεος, ex interpretatione.

827. V. εὐδοκίμου στρατιᾶς ἀπεφαινόμεθ', ἠ. νόμιμα — ἐπεύθυνον, sententia et metro claudicantibus. στρατίας dedimus, i. e. στρατιίας, ut elidere solent in hoc genere alteram vocalem poëtae Attici. vid. Valck. ad Phoeniss. 1475. νόμισμα idem τῷ νόμος. G. Hermann comment. de metris Pindari p. 187. νομίσματα reponebat.

830. V. ἀπόνους ἀπαθεῖς ἡμᾶς εὐπράσσοντας ἆγον ἐς οἴκους, itidem ἀμέτρως. et ἡμᾶς quidem, quod in uno Brunckianorum codd. legebatur, glossema esse facile deprehenditur, sed εὖ quoque hoc crimen incurrere, metrum vincit. οἴκοις et exquisitius est quam οἴκους, quomodo certe legendum, versus caussa, pro ἐς οἴκους, et quominus cum πράσσοντας construatur verbum, prohibet. sic autem notissimum illud: It clamor coelo, similiaque passim dicuntur.

833. i. e. non invadens Asiam inferiorem, nam Halys, amnis istius tractus nobilissimus, inter Paphlagonas Cappadocasque interfluebat. Herodot. 1, 72.

835. Στρυμονίου, i. e. Thracii, a Strymone Thraciae fluvio.

836. Ἀχ., αἱ δίϋγροι. ἀχελῷον γὰρ πᾶν ὕδωρ λέγουσι. Schol.

838. V.: ἐκτ., αἳ κατὰ χ. ἐλ. περὶ πύργοι vel πύργον, ut murus intelligatur, seu castellum, quod interiores Thraciae incolas a Chersoneso Thraciae seiunxerit, cuius generis fuit μακρὸν τεῖχος, a Plinio memoratum, H. N. 4, 2. sed retinendum πύργοι, turres, i. e. urbes; metro autem laboranti sic opitulandum, ut tollatur* κατὰ, elegantioris περὶ interpretamentum.

Ceterum de ambitu Persarum imperii disserere, huius loci non est.

842. αὐχ., i. e. divites, potentes, quales erant Lampsacus et Abydus.

843. Πόντου, Bospori Thracii. Sch.

844. πρῶνα ἅλιον Persarum imperii interpretor totam eius partem editiorem, quae mari mediterraneo adiacebat, Asiam citeriorem.

845. T. γ. Asiae seu Persarum regno.

850. V. mendose legitur: ἀγχιάλους ἑ. μεσακτίους, sensu et metro laborantibus. μεσακτίους inductum ab Heathio pro vulgato μεσάγκτους, quoniam, Pauwio semper dubitanti obsecutus, Robortelli et Turnebi lectionem μεσάκτους bonae notae esse negaret. verum ut κηλὸς dicitur et μέσαυλος, ita et μέσακτος similiaque. usurpantur autem h. l. litora, αἰγιαλοὶ, pro ipsis terris, neque αἰγιαλοὶ μέσακτοι aliud indicant quam litora intermedia inter praedictas insulas, significatione τοῦ ἀκτὴ abundante.

854. Σαλ. Teucri in Cypro coloniam, cuius metropolis igitur est Attica Salamis. Sch.

863. V. μεγάλως legitur pro μεσογαίοις, frigide. Sic fere ubique in hoc dramate, ubi de Xerxis expeditione sermo est, duplex clades, terra et mari accepta, memoratur. vid. 651. 691. 900. 901.

870. V. ὤφελε, versu asperiore, ut bene monuit Arnaldus. ὄφελε praebet Turn.

877. τὰν ἐγγαίαν eam, quae sub terra est, interpretor. *Indigena* enim *Persarum iuventus* ταυτολογίαν spirat. Legitur autem v.:

Ἥβαν, Ξέρξα κταμέναν, Ἅιδου
Σάκτορι, Περσᾶν.

verbis partim tam frigidis, quis enim dubitet, Ξέρξου, κταμέναν adscriptum fuisse interpretandi causa, τοῖς Ἥβαν et Ἅιδου σάκτορα, ut reposui? partim tam impudentibus, senibus quippe regis consiliariis ipsum regem, quem consolari iussi fuere, ne quid gravius in se statueret, Ἅιδου σάκτορα appellantibus, ut mirer, haec talia doctissimis adhuc viris placuisse.

884. V.:

Ἀσία δὲ χθὼν, βασιλεῦ
Γαίας, αἰνῶς αἰνῶς
Ἐπὶ γόνυ κέκλιται.

metris nullis. γοῦνυ exstat in Vict. Cant. Stanl.

886. V. bis legitur οἲ et γᾶ, itidem luxato versu.

888. V. σοι νόσου, τὰν etc. ex interpretatione, quod vel versus indicet.

890. „Mariandyni, seu Mariandeni, Bithyniae populus.

Apud eos solemnis erat cantilena, qua hominem quendam priscum nomine Borimum inclamabant, quem viri illustris ac divitis filium, forma et aetatis vigore excellentem, cum, messoribus quod biberent praebiturus, aquatum exisset, evanuisse narrabant. Ideo quaerentes eum indigenae flebilium canticorum lamentis prosequebantur. Auctor est Nymphis apud Athenaeum Deipnos. lib. 14. c. 3. etc." Hactenus Clar. Schütz. Aliter tamen, Callistratum secutus, Scholiasta, cuius annotationem transcribere, quoniam haud contemnendus is auctor est, non gravabor. Sic autem ille: Μαριανδυνοὶ αὐλοὶ ἐπιτηδείως ἔχοντες πρὸς θρήνους. Καλλίςρατος, ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας, Τιτυοῦ παῖδας εἶναί φησι δύο, Πρίολαν καὶ Μαριανδυνὸν, ὃν κυνηγετοῦντα ἀπολέσθαι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μαριανδυνοὺς ἐν ἀκμῇ θέρους θρηνεῖν αὐτόν. τὸν δὲ Μαριανδυνὸν αὐξῆσαι μάλιςα τὴν θρηνητικὴν αὐλῳδίαν, καὶ διδάξαι ταύτην Ὕαγνιν, τὸν Μαρσύου πατέρα. καὶ αὐλοὶ γάρ εἰσι μαριανδυνοὶ ἐπιτηδειότατοι εἰς τὰς θρηνῳδίας. ὅθεν καὶ τὸ περιφερόμενον, „αὐλεῖ μαριανδυνοῖς καλάμοις κρούων ἰαςί."

892. V.:

Ἰετ' αἰανὴν καὶ πανόδυρτον
Δύσθροον αὐδάν.
Δαίμων γὰρ ὅδ' αὖ
Μετάτροπος ἐπ' ἐμοί.

Et primum quidem apparet, verba καὶ πανόδυρτον sublecta esse ex proxime sequentibus, quae v. sic habent: Ἥσω τοὶ καὶ πανόδυρτον λαοπαθῆ τε σεβίζων ἁλίτυπα etc. deinde ridicule dicitur: δαίμων ὅδ' αὖ μετάτροπος, „praesens fortuna rursus convertitur," quasi iam antea converti potuisset, quae praesens est. quae etiamsi minus urgeas, quaeritur tamen, quonam infortunio *iterum* plecti dicatur Xerxes, cum et ipse Graecorum virtutem tunc primum expertus esset, et pater Darius, dum vixit, felicissime administrasset rempublicam. Unde haec mala infra 948. dicuntur νέαι δύαι. Denique perversitas vincit metri.

894. Vide antecedentem annot. Adscribebatur autem ἥσω σεβίζων non intellecto σεβίζω, quod versus requirit. absurdum vero quid sonat λαοπαθῆ τε ἁλίτυπά τε βάρη, „et populum affligentia et marina mala," quasi haec recte opponi inter se possent. possunt et solent *terrestria* et marina. vid. ad 863.

898. Ἰώνων, Atheniensium. vid. ad 157. Strophica esse haec et sequentia, animadverterunt G. Hermannus et Schützius, a quibus tamen in singulis recedendum fuit.

900. νυχίαν, nocturnam, i. e. atram, funestam. Sch. Acta intelligitur insulae Psyttaleae.

902. V. ἐκπεύθου, versu exasperato dochmaïco.

903. Haec est vulgata eaque vera lectio, quod intelligitur ex versu antithetico, 914. V. ποῦ δέ σοι φ. ὄ.

906. V. Ἀγδαβάτας, corrupto metro anapaestico, invitisque edd. vett.

912. Ἀκράς. v. ἀκτὰς, putide. Correxit elegantissimus Schütz.

914. V. omittitur τ', labante versu.

925. V. τὸν Περσῶν αὐτοῦ σὸν πιςὸν etc. Adscripserat nimirum τῷ ὀφθαλμὸν nescio quis, sed sanae mentis, scholiasta Πέρσην, quod post corruptum est, ut ne proprie hoc intelligeretur, verum de Persa quodam, quod improbans alius longe insanissimus αὐτοῦ appinxit, i. e. Ξέρξου. Etenim, inquit Stanleius, Persarum reges ministros quosdam habuere nobiles, qui ὀφθαλμοὶ βασιλέως, Imperatoris oculi (reddente Apuleio) dicebantur a munere vel officio: quicquid enim in toto regno ageretur eorum erat ad regem deferre. Quanquam fieri potuit (Schützium audis), ut Aeschylus, hac translatione usus, neque ad illos proprie dictos βασιλέως ὀφθαλμοὺς neque ad eos, qui proprio nomine πιςοὶ appellabantur (erant autem Eunuchi, regi propter fidem spectatissimi), respexerit, sed potius πιςὸν ὀφθαλμὸν, suo ingenio obsecutus, dixerit *fidum regis amicum.*

926. V. Βατανώχου, invitis vett. edd. et metro. V. quoque legitur παῖδ' ante Ἄλπιςον, ex glossa.

929. V. ὦ bis infertur, ut modo repetere, modo omittere perperam solent talia metrorum ignari librarii. quod semel monuisse satis habeo. quis enim finis esset talium annotationum futurus?

930. V. Πέρσαις ἀγαυοῖς κακὰ πρόκακα λέγεις, sed πρόκακα ex sequentibus desumtum est, quod antitheticus ostendit versus, 940., qui tam manifestam anapaestici paroemiaci formam prae se fert, ut de corruptione horum dubitari vix queat.

934. V. μελέων, minus bene. ἔνδοθεν autem (sic enim ad-

huc legebatur) ferendum nullo modo, cum versum pervertat, dochmium hypercatalectum.

936. V. Ξάνθην et mox: Διαῖξίν τ', ἠδ' Ἀρσάκην Ἱππιάνακτας Κιγδαγάταν, metris item corruptis.

941. V. Ἔταφεν, ἔταφεν, οὐκ ἀμφὶ σκ. τροχηλάτοισιν, Ὄπισθε δ' ἑπομένοισι (al. ἑπόμενοι). βεβᾶσί γ' (al. γὰρ) οἵπ. ά. στρ., βεβᾶσιν, οἶ οἶ, νώνυμοι, et sententia et metris pessime adulteratis.

946. V. οἷον δέδορκεν, me quidem haud intelligente. τοῖον requirebatur a versu.

948. V. εὔδηλον sive εὔδηλα γάρ· νέαι νέαι δύαι δύαι. versus iam restitutus est Alcaïcus.

953. V. post οὐκ signo interrogandi distinguitur, minus apte.

954. Inter haec pronuntianda laceratas vestes demonstrat suas rex. et luditur ambiguo verbo στολή.

955. Deest vulgatis γ', non sine versus detrimento. In τανδὶ intell. φαρέτραν.

957. βελέεσσι, i. e. βελέων, forma Colophonia. iterum lusus hic est verbi θησαυρός.

961. V. Ἀγανόριος sive ἀγανόρεος, mendose.

962. V. δὲ legitur pro δή, et totus versiculus Xerxi attribuitur, istis Τραπέντα — ὅμιλον hic inculcatis; quod cui placeat, ei statuendum est cum G. Hermanno et Schützio, mutilam in fine esse antistropham; quae Criticorum ratio minime probabilis mihi videtur. Transposita igitur ista, censui, lacunamque explevi.

971. V. ναύφρακτον, claudicante versu. vid. annotat. praecedens. Aptissime autem hic illa inseri, memoratis a rege ποντίαις ἄταις, nemo non animadvertat. neque inaudita sunt, praesertim in laxioribus orationibus, eiusmodi librariorum errata.

975. V. Δίαινε, δίαινε πῆμα, sed vexat in pari senarii regione anapaestus.

974. V. Αἶ αἶ αἶ αἶ δύα δύα. sed sequor Robortellum, τὸ αἶ bis tantum exhibentem, quia verosimile non videtur, singulum hisce iambicis immixtum esse antispastum.

979. V. legitur: καὶ τόδ' ἀλγῶ, quasi novam nescio quam calamitatem sibi lugendam chorus diceret; quod non est. Sic

passim loquentes in semetipsis usurpant ὅδε, ἥδε, τόδε, τάδε. vid. supra 1. et Agam. 1449.

985. Vict. et Cant.: μεμ. μοι καὶ ς. π. alibi καὶ et μοι, vel alterutrum vel utrumque, desideratur.

987. V. κἀπιβόα, laeso metro.

988. Haec arcte connectenda cum illis, quae sequuntur, ἄπριγδ' ἄπριγδα, ut intelligantur vehementer tristia. Sic in similibus, 965. 986. 991. 998. et inprimis 1001. et 1002.

1000. V. Ἰὼ bis legitur, in sequentibus autem sic:

Ξ. Ἰωὰ δὴ κατ' ἄςυ.

Χ. Ἰωὰ δῆτα, ναὶ, ναί,

fracta vi orationis et corrupta epodi metrica ratione, qua singula versiculorum paria sibi respondent, praeter ista οἶ οἶ οἶ οἶ, quae ἀμέτρως, pro more, interseruntur, versumque ultimum, qui pro clausula habendus est.

1003. V. ὀλόμενοι, sed Robort. ὀλλομέναισι, i. e. ὀλομέναις, recte, ut Xerxes *propter* amissas naves ingemiscere iubeat senes choricos. Ceterum v. sic habet locus:

Ξ. Γοᾶσθ' ἅ.

Χ. Ἰὼ ἰὼ Περσὶς αἶα δυςβάϋκτος.

(quae male repetita sunt ex antecedentibus.)

Ξ. Ἢ ἢ ἢ ἢ, τρισκάλμοισιν,

Ἢ ἢ ἢ ἢ, βάρισιν ὀλόμενοι.

Χ. Πέμψω κ. τ. λ.

Sed manifesto impressa hisce est dochmaïcorum forma.

ANNOTATIONES
IN AESCHYLI SUPPLICES.

Ius filius Epaphus, Aegypti rex, Libyen ex Memphide susceperat. Libyes et Neptuni filii fuere Agenor et Belus. Belus Aegypti regnum adeptus uxorem duxit Anchinoën Nili filiam. Huius filii fuerunt Aegyptus et Danaus. Aegypto ex pluribus uxoribus 50 filii, Danao totidem filiae nascuntur. Aegypti filii Danai filias in matrimonium deposcunt, a quo tanquam impio ob sanguinis propinquitatem Danaïdes abhorrent, atque, ut sibi a vi patruelium caveant, patre Danao duce, nave parata clam Argos profugiunt.

Quibus, supplicum habitu, ad aram ἀγωνίων θεῶν considentibus, supervenit rex Argivorum Pelasgus, auditaque fugae caussa, quid faciat ambigere se professus, ne forte bellum civibus, ubi Danaïdes defenderit, ab Aegypti filiis oriatur metuens, tandem earum oratione vincitur, qua, nisi se in clientelam receperint Argivi, vitam se laqueo ad ipsam deorum aram finituras significant. Pollicetur igitur, causam se ad populum delaturum, monetque Danaum, ut supplices ramos in ceteris quoque deorum aris urbanis ponat: puellas vero in proximum lucum concedere iubet, quibus tamen trepidantibus, ne aram reliquisse detrimento sibi fuerit, concedit ut maneant, suadetque ut deorum pacem precibus exposcant.

Iam vero, receptis in Argivorum clientelam Danao cum filiabus, conspicitur Aegyptiadum classis, advenitque praeco virgines sequi se iubens, et, ni faciant, vi illas protracturus. Quas renitentes clamantesque in tutelam suam vindicat Pelasgus, neque curata belli denuntiatione, in hospitia iam parata discedere clientes iubet. *Ex Clar. Schützii argumento tragoediae.*

V. 3. V. ἀρθέντ' ἀπὸ προςομίων λεπτ. Νείλου, metro corrupto, cui opitulaturus Stanleius τῶν inculcabat ante λεπτ. sed glossatoris haud dubie προς. est, in quo etiam Abreschius haerebat. sic enim saepissime neutra usurpantur pro substantivis. vid. Vechneri hellenolex.

6. V. Οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημ., itidem ex glossa, quod et versus quoque ostendit, nam vix et ne vix quidem τὸ ἴ dativorum eliditur.

7. V. ψήφῳ π. γνωσθεῖσαι, adulterata paroemiaci forma.

8. V. φυξάνορα, inepte, quod et Schützius sensit, cuius tamen correctio φυξήνορες metro repugnat. φυξάρης formatum ad exemplar τῶν φυξήλιος, φυξίπολις similiumque. recte autem hic γάμος dicitur φυξάρης, bellum evitans, quia nuptias recusaturis Danaïdibus bellum denuntiarant Aegypti filii.

10. V. ἀσεβῆ τ' ὀνοτ., minus bene.

17. V. ἐξ ἐπαφ. κἀξ ἐπιπνοίας, ex versu 45.

18. V. τετέλεςαι, sed verissima videtur nobis Schützii coniectura, quam recepimus. in εὐχ. intelligendum ἐςὶ, forma Atticis perquam familiari.

23. V. Ὧν πόλ. ὧν γῆ, mendose. Stanleius, quem deinceps secuti omnes: ὦ πόλις, ὦ γῆ. sed quaeritur, quomodo, invocatis urbe, terra, aqua, diisque superis et inferis (sic enim vulgo sequentia interpretantur), hoc est quinque personis, tertio loco invocari dicatur Iupiter. Sextum quippe audire tunc deum oportuit, non tertium. Vide igitur, an rem expediverim. Videntur autem haec adumbrata ad veterem Aegyptiorum traditionem de duobus vitae animalis principiis, Nilo sive aqua, et terra. Heliodorus Aeth. 9. p. 423. 424., laudante eruditissimo Valckenario, diatr. in Euripidis perdit. dram. reliq. pag. 53.: θεοπλαςοῦσι, inquit, τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, — ἀντίμιμον οὐρανοῦ (quem cum terra omnia procreasse docuit Anaxagoras) τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες [Ὃς ἀντὶ Δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον — ὑγραίνει, Eurip. Hel. 2.] — ἃ καὶ ἐκθειάζουσιν ἐκεῖνα· τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἀνθρώπους ὑγρᾶς τε καὶ ξηρᾶς οὐσίας σύνοδον μάλιςα νομίζουσιν· — καὶ τὴν μὲν ὑγρὰν τὸν Νεῖλον, θατέραν δὲ τὴν Γῆν τὴν αὐτῶν ἐμφαίνειν· — πρὸς δὲ τοὺς μύςας Ἶσιν τὴν γῆν, καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον καταγγέλλουσι· — ποθεῖ γοῦν ἀπόντα ἡ θεὸς, καὶ χαίρει συνόντι.

Huc igitur respicientes Aegyptiae puellae Tellurem et aquam dicunt ὑπάτους καὶ βαρυτίμους θεοὺς, quae in terra habitent, χθονίους θήκας κατέχοντες.

27. ἀνδρῶν, ἱκετῶν, unde Ἱκέσιος dictus Iupiter. res nota.

28. αἰδοίῳ, reverente, i. e. nocere timente, parcente, fausto.

29. χώραις, i. e. ἐς χώρας. v. χώρας, inepte, nisi accusativum pluralis intelligas, subaudito ἐς, quod durius.

31. Recte habet, monente Abreschio, ἀσώδης ab ἄσις. paludosa enim fuit Argolis.

33. ξὺν ὄχῳ ταχυήρει, volitante curru, ut cum Catullo loquar, i. e. nave.

39. In σφετ. intell. τινά, ut passim.

42. Δῖον πόρτιν, Iovialem vitulum, Epaphum ex Iove et Ione vacca prognatum in Aegypto, unde vocatur transmarinus, ὑπερπόντιος.

50. τῶν π. π. laborum, ab Ione exantlatorum.

52. V. τεκμ., τά τ' ἀνόμοια οἶδ' (Ald. οἷ δ', Rob. ᾖδ'), ἄελπτα, sententia et versu perditis. τῶν ἀνυμνῶ, generis sui a Iove et Ione deducti, cuius rei fidem Argivo populo se facturam sperat, ut mox facit. In ἀέλπτοις intelligendus Aegyptiadum adventus.

55. Nimirum quia augures avium callere linguas putabantur, facilius hos cantus inter se compararent. Sch.

56. V. οἶκτον οἰκτρὸν αἰων, frigide, corruptoque metro.

57. V. ἀκούων, quod et alio nomine parum placet, et propter antecedens αἰων ambiguae est relationis, ita ut ad protasin pertinere videatur. sequor igitur Heathium.

58. V. μήτιδος legitur pro ματέρος, omisso τ', male, nam proclive esset coniungi Τηρείας cum μήτιδος, quod fieri non potest. Retinentibus tamen vulgatum verba sic ordinanda sunt: τᾶς ἀλόχου Τηρ., οἰκτρᾶς (ἕνεκα) μήτιδος, quae quam dura sit ratio, unusquisque videt.

Ceterum recte monet Schützius, secundum Tragici nostri mentem uxorem Terei Philomelam fuisse, non, ut alii perhibuerunt, Prognen; ideoque κιρκ. δ' ἀ. per appositionis figuram additum esse existimandum. Historiam harum sororum narrat Ovid. Metam. 6, 412 sqq. cf. Agam. 1086.

60. V. Ἀτ' ἀπὸ χώρων ποταμῶν εἰργ., ridicule, quasi ab omnibus locis et fluviis exclusa fuisset Philomela. quod sensit Heath. Turn.: ἃ τόπων. Ἐπίχωρος aeque bene dicitur atque ἔγχωρος etc. vid. ad Pers. 850.

61. νέοικον ἠθέων, novum habitationum, i. e. novas habitationes, Thraciam, cum Attica commutatam, eleganter ad sensum abundante τὸ — οικον. amantissimi huius figurae Attici. V. autem legitur Π. νέον οἶκτον ἠθέων, satis obscure.

67. V. Ἀπ. τε καρδίαν, pessumdato versu Anacreonteo.

70. Ἀερίας. Hesychius: Ἀερία ὀμίχλη παρὰ Αἰτωλοῖς· Θάσον τε τὴν νῆσον, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, καὶ Κρήτην, καὶ Σικελίαν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Κύπρον οὕτως ἐκάλουν. De Aegypto et Creta confirmat Gellius N. A. 14, 6. cf. Apollon. Rhod. 1. Sch., qui cur in minore editione θερίας dederit pro Ἀερίας, non intelligo.

73. V. Ἦ καὶ μὴ τ. δ. ἔ. π. αἶσαν. Schützius: ἥβαν. A et H literae passim confusae inter se reperiuntur.

74. V. ὕβριν δ' ἑτοίμως ςυγοῦντες, sententia et metro obscuratis. Ἐτύμως, Arnaldi emendationem, Porsonus quoque merito recepit.

75. V. Πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις, estote iusti circa nuptias, quo quid frigidius inveniri possit, equidem nescio.

76. V. Ἔςι δὲ κἀκ πτολέμου τ. β. Ἄρης φυγάδι ῥ. δ. σ. Ald. et Turn. κακοπτολέμου. Heath. Ἀρηφυγάσι.

79. V. Εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς. Schützio debetur θεός. Abundant eiusmodi sententiis scripta Graecorum, praesertim poëtarum, vetustiora.

81. V. μέλαιναι vel μέλαινα, ridicule, nam si atra est ἡ Ξυντυχία, non potest φλεγέθειν. nec metro conveniunt istae lectiones.

84. V. τέλειον, obscure.

85. V. δ. τε τείνουσιν πόροι, vacillante versu. verosimile autem est, similes syllabas τε τι ται omittendae mediae ansam praebuisse.

87. V. δὲ ἀπιδὼν vel δ' ἀπιδὼν legitur pro eo, quod nos dedimus, δαπέδων, manca sententia. sic passim Euripides quoque δάπεδα θεοῦ, Θέτιδος δάπεδον, etc.

91. V. Ἦ. ἄνω φρόνημά πως, inconcinne.

96. V. γάμον τοι θάλος, inepte.

98. V. Καὶ διαν. — ἄταν δ᾽ ἀπάτᾳ μετ.

101. V. Θρ. λέγω, perfrigide.

105. V. Ζῶσα γόοις με τιμῶ, ineptissime.

107. V. Καρβᾶνα δ᾽ αὐδὰν εὐάκοοις. Πολλάκι δ᾽ ἐμπ. ξὺν λ. λίνοισιν, ἢ Σ. κ., nec metris nec sententiis satis recte se habentibus.

Ceterum de Phoenicibus, quorum antiquissimi Sidonii, sic elegantissimus A. H. L. Heeren in *Ideen über die Politik, den Verkehr und Handel der vornehmsten Völker der alten Welt*, 2. *Th. S.* 568. 571.: „*Die Phönicier besuchten (in Homers Zeitalter) die griechischen Inseln und die Küsten des festen Landes, als Räuber oder Kaufleute, je nachdem die Gelegenheit sich darbot. Sie kamen mit Spielwaaren und glänzenden Kleinigkeiten, die sie den unerfahrnen Griechen theuer verhandelten, und dabei gelegentlich ihre Knaben und Mädchen raubten, die auf den Asiatischen Sklavenmärkten theuer verkauft wurden, oder auch mit schwerem Gelde von den Eltern wieder eingelöst werden mussten. Man sehe Homers Od.* 15, 402 *ff. und Herodot, gleich im Anfange seines Werks. — Diese Art des Verkehrs konnte indess länger nicht dauern, als die Griechen selbst in ihrer Kindheit blieben. — Stets aber behielten die Phönicier das Vorrecht, den Griechen einige der gesuchtesten zugleich und kostbarsten Waaren allein zuzuführen, die ihre eigenen Colonien ihnen nicht liefern konnten. Dahin gehören zuerst alle Räuchwerke und Specereien, welche die Phönicier selber aus Arabien holten, und deren die Griechen bei ihren Opfern nicht entbehren konnten. Ferner die Tyrischen (und überhaupt Phönicischen) Fabrik- und Manufaktur-Waaren, wie Purpurgewänder, Putz- und Spielsachen, die man entweder nirgend von gleicher Vortrefflichkeit fand, oder wo auch der herrschende Geschmack einmal für die Phönicier entschieden hatte.*“

110. V. Θ. δ᾽ ἐνάγεα τέλ., π. κ., Ἐπιδρομῶσ᾽, ὅθι θ. ἀ. Ἐπιδρόμους se vocant puellae, ut 180. ἐπήλυδας.

115. βοῦνιν, collibus frequentem, qualis erat Argolis. cf. Inttpp. ad Hesych. v. βουνὶς γῆ. Sch.

123. πατὴρ ὁ παντόπτας, Iupiter.

126. V. ἀνδρῶν, sed dochmius seorsim usurpari solet, singulum antispastum vix memini.

128. V. ἀδάμαντον, pessumdato glyconeo.

130. V. κόρα, Ἔχ. σέμν᾽ ἐν., itidem inconcinne.

140. V. γένος τοὔγγαιον, quae simili vitio laborant. Ceterum significantur Gigantes, Terrae filii, Iovis fulminibus adusti.

146. Malus poëtae Genius hic grassatus est, nam v. legitur: Ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς ἰὼ μῆνις μάςειρ᾽ ἐκθέει· κοννῶ etc. Ald. uno ductu: ἀζηνιοῦσιω, Turn. ὦ Ζεῦ ἰοῦσα.

151. τὸν βοὸς παῖδα, Epaphum, de quo supra.

164. V. commate distinguitur post αἰνῶ, unde ad inanes coniecturas delapsi sunt. sic enim construenda verba: αἰνῶ φυλάξαι λαβεῖν προμήθειαν καὶ νῦν τἀπὶ χέρσου.

165. V. omittitur γε, ruente versu. Abreschio placebat τὸν ἄναυδον.

171. ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ἀπήμων etc. Subaudiendum ex antecedentibus ἀρχηγέτης. Frequens est, inquit Clar. Schütz, apud Aeschylum enallage numeri. sic etiam 169.

174. Ἀγώνιοι θεοὶ, οἱ τῶν ἀγώνων προεςῶτες. Hesych. Fuerunt Iupiter, Apollo, Neptunus, Mercurius.

182. V. φθογγὴ δ᾽ ἐπέσθω, πρῶτα. Porson. φθογγῇ, Schützius, Heathium secutus, φθογγῆς.

186. τὸ — γένος. Pelasgus infra: Μακράν γε μὴν δὴ ῥῆσιν εὖ ςέργει πόλις. nec loquaces sunt populi bellicosi.

192. V. μηχανῆς, minus bene.

197. Ideo Solem ἀλέκτορα appellat, quod uterque dormientes excitet, ut observat Scholiastes. Eadem ratione Ion Chius tibiam ἀλέκτορα vocavit, apud Athenaeum lib. 4.

Ἐπῇδ᾽ αὐλὸς ἀλέκτωρ
Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν. Stanl.

199. Φ. ἀπ᾽ οὐρανοῦ. quo tempore e coelis relegatus a Iove fuit ad Admeti armenta. Id.

210. V. ὁμαίμων καὶ μιαινόντων, mendose.

212. V. γάμων, itidem vitiose. sic passim audit γαμεῖν, velut Eurip. Orest. 19.

214. V. αἰτίας, obscure. sic saepe αἴτιος adhibetur in malam partem. vid. Eurip. Alc. 5. Hippol. 933. Androm. 501.

216. V. ὑςάτας δίκας, solito errore.

219. V. Ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ' ἀνέλληνα ςόλον — προςφωνοῦμεν; sed male collidunt ποδαπὸν ὅμιλον et ἀνέλληνα ςόλον, neque utro referas τόνδ', apparet, quales ambiguitates vitare solent probi scriptores. et vide, quam frigeat ἀνέλληνα sequentibus πέπλοισι βαρβάροισι κ. τ. χλ. — Verius tamen videtur ἀνέλληνα ςόλου, intell. ἕνεκα. Certe ςόλον ferri nequit.

228. μόνον τόδε. supplices vos esse. Sch. V. autem legitur ξυνοίσεται, ut passim inter se permutantur a librariis εἴσομαι et οἴσομαι. vid. Valck. ad Phoen. 260. Atticae autem dialecti est εἴσομαι, communis γνώσομαι, notante Moeride, ut monet idem vir doctus.

233. V. ἱεροῦ ῥάβδον, mendose; quod sensit Clar. Schütz. intelligendus praeco, cuius munus et insigne, caduceus, sacra habebantur.

234. Hic versus v. Pelasgo attribuitur, male; quod pulcre vidit Valck. ad Phoen. p. 447.

239. V. Ἄλγος legitur ἀντὶ τοῦ Ἄψος, ut emendari iussit Stanleius, nisi cui magis arrideret Ἄξιος, quoniam Axius fere diviserit Thessaliam. sed istarum regionum fines orientales et occidentales denotasse mihi videtur Tragicus Strymone et Apso fluviis, quorum alter in Aegaeum mare, alter in Ionicum, effunditur. Amplissimum fuisse Pelasgorum regnum, testatur Herodotus 1., quo loco: τὸ δὲ Ἄργος, inquit, τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχεν ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. quae monuit Stanl. Ceterum Perrhaebi et Paeones populi Thessaliae, ut notum. nec de Dodona memorando rem actam agam.

244. V. τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ, ex coniectura Stanleii, asperioribus quidem numeris. Alii: τῶνδε τἀπὶ τάδε κ. vero proxima Turnebi lectio est: τῶν δ' ἔτ' ἐπὶ τάδε κ. Positus autem articulus pro relativo, ut passim fit, praesertim apud Nostrum et vetustiores.

245. Peloponnesum Apiam ab Api dictam tradit, quae prius Aegialea, quem sequuntur Pausanias et Rhianus. Stanl.

Apud Homerum autem ἀπίη γῆ longinquam terram quamque sonat, quod pueri sciunt.

251. V. corrupte: μηνεῖτα, ἄκη vel μήνη καὶ δάκη, quae Stanl. durissime interpretabatur iratas beluas, per figuram ἓν διὰ δυοῖν. Sic Eurip. Electrae 1261. Μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων. Intelliguntur autem ἄχη, orta ex istis μιάσμασι.

252. V. divulsis vocibus: δράκονθ' ὅμιλον, quae Schützius accipiebat δρακόντων ὅμιλον, sed non dracones tantum intelligendi in κνωδάλοις βροτοφθόροις.

253. V. καὶ λυτήρια, frigente coniunctione. ἄκη τομαῖα, secandae plantae medicinales, ut dicitur τινὸς seu τινὶ φάρμακον τέμνειν, Plat. 11. legg. 677. f. 8. 645. etc. ut monet Abresch.

258. V. γε legitur pro δὲ, sententia vitiata.

261. Abreschius ad h. l.: Sensus verborum, inquit, est, tanquam scriptum legeremus, ποιήσω ταῦτα, ἃ λέγω, ἀληθῆ προςφῦναι τῷ λόγῳ. *Efficiam, cuncta haec, quae dixero, vera esse adpareat.*. Aristoph. Nub. v. 371. Νὴ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γε τοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ προςέφυσας.

267. Κύπριος, Recte idem Vir eruditissimus: Quum notissima huius nominis insula huc non conveniat, intelligam de Cypro Libyae, cuius apud Stephan. Byzant. mentio. πέπληκται valet εἴωθε πλήττεσθαι.

269. V. Ἰνδούς τ' ἀκούω, graviterque interpungitur post ἀςυγειτονουμένας. verum non id Danaïdum intererat, Pelasgum eiusmodi quid inaudiisse, sed, tales se ipsi videri feminas. nempe sequens verbum absorpsit τὸ ν.

De Indis Nomadibus vid. Herodot. 3, 98 sqq. Camelis equorum loco populos illos uti, et aliunde satis constat, et ex eiusdem libri capite 102. intelligitur.

278. V. ἦν, ὡς μάλιςα. Ζῆν' Stanleii sagacitati acceptum refer, quanquam is tertium casum accipiebat, reponens μιγέσθαι pro γενέσθαι in antecedentibus. similiter erratum Ψυχοςασίας fragm. 3. Verecundum, virginibusque dignum, est μέλεσθαι ἀντὶ μίσγεσθαι. quod verbi cum subobscure dictum videretur regi, iam quaerit, an Iovem etiam concubuisse cum Ione putent. Ceterum καὶ, ex poëtarum libertate, postposi-

tum est, ut mox 280. ταῦτα, nam sic verba ordinanda, ἧς καὶ Ζῆνα μέλεσθαι, Φάτις πολλὴ κρατεῖ.

282. Ἀργεία θεός, Iuno, Argivorum princeps dea.

283. V. legitur: Οὔκουν π. Ζ. ἐπ' ε. β. Schütz. dedit ἔτ'.

286. V. πάνθ' ὁρῶντα, minus poetice.

293. Hic versus v. Pelasgo tribuebatur, recte improbante Schützio.

295. V. ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον. Quidni naso, secundum Bourignoniae doctrinam? Κουροφιτύειν aeque bene dicetur ac κουρογονία, κουροτροφέω.

298. V. abest ὄνομα, sententia et metro mancis. addidit verbum, e codd. MSS. haud dubie petitum, Porsonus, itaque locum sanavit, non persanavit, vulgata quippe μεγίστης et καρπουμένη haud tangens. ὄνομα periphrasi, ut passim, inservit, neque igitur aliud sonant illa μέγιστον ὄνομα γῆς quam μεγίστην γῆν, Aegyptum.

301. V. πάνσοφον, nimis absurde, nam si Danai nomen ignoret Pelasgus, ignorat autem, quomodo significationem verbi sciat? πανσαφεῖν recte dicitur, ut ἀποσαφεῖν, διασαφεῖν.

310. V. πόνου — ταυτὸν πτερόν.

317. Quaerit rex, utrum male habitum se iri, ut servas, metuant, an de illicitis nuptiis loquantur.

318. i. e. quis dominos, quorum in potestate omnia nostra sunt, pretio dato, cum proprii nihil habeat, amicos emere sibi possit?

326. πρύμναν πόλεος, i. e. ipsam civitatem; sed imagini puppis conveniebat τὸ στέφεσθαι ramis supplicum. Eumenid. 16. Delphus sic audit πρυμνήτης ἄναξ. Imitantur et Latini.

327. κατασκίους, iisdem ramis.

333. Quae v. addita versui leguntur haec, Φράζουσα βοτῆρι μόχθους, frigidissima illa quidem, redire iubeo, unde malum pedem tulerunt; nam pro interpretamento adscripta esse, ex antistropha intelligitur. Versus est dochmaïcus hypercatalectus, apte pro clausula usurpatus.

334. V. Ὁρῶ κλάδοισι ν. κ. Νέον δ' ὅμιλον τῶνδ' ἀ. θ., et sequente versu ἀστοξένων. — Retineri potest ὁρῶ, eadem qua ὡρῶ potestate. Verte: Curae mihi est ramis etc.

337. V. κἰπρομυθήτων, solito errore. legitur quoque πόλει pro πολὺ, quod et alias displicet, et quia statim sequitur πόλις.

340. Διὸς κλαρίου. παντάπασι κληροῦντος καὶ κραίνοντος. Schol.

342. V. pro ὧν ὕπερ legitur οὗπερ, deceptis per compendium monachis.

351. „Regibus olim non belli solum et armorum cura et legum custodia demandata fuit, sed et sacrorum administratio. Cicero de legibus lib. 2.: Apud veteres, inquit, qui rerum potiebantur et auguria tenebant, ut sapere, sic divinare, regale ducebant. Rex Anius rex idem hominum Phoebique sacerdos dicitur Virgilio. Ἀσιάρχαι, Στεφανηφόροι, Πρυτάνεις et sacrorum et reipublicae curam habuerunt.“ Bruningsii compend. Antiqq. graec. e profanis sacrarum, p. 117.

362. τοῖς πέλας rectius interpretaberis: aliis.

364. V. Z. Ἱκταίου κότος, metro perdito.

365. V. παθόντος οἴκτοις.

372. ὕπαστρον, i. e. in orbe terrarum, ut nostrates quoque dicunt *unter den Sternen.*

374. V. φυγᾶ. ξύμμαχον, et mox: κρίνε σέβας τὸ πρ. θ.

379. V. λεὼς, εἴ που τὶ μὴ τοῖον τύχῃ. Tritum verborum ordinem sectantibus librariis, cum exaratum esset εἴ που τι μάταιον τύχῃ, defectum aliquis versiculi sentiens reposuit μὴ τοῖον, i. e. inquit Abreschius, μὴ ἀγαθὸν, *sensu scilicet ita suadente accipi.* Atqui Hesychiana ista, quae profert vir doctus, τοῖον, οὕτως ἀγαθὸν, si tamen genuina sint, huc spectare, nemo affirmaverit, nec similis est euphemismus, εἴ τι ἄλλο συμβαίη.

388. οἰνωμένον, inebriatum, i. e. perturbatum, parum recte enim vident ebrii. magisque digna metaphora Aeschylo vinoso.

407. V. ἱππηδὸν, inconcinne, et mox ἐπιλαβὰς, duriuscula verborum constructione.

411. Pro δοριπόνον, quod nos reposuimus, Aldus exhibet corrupte δρεικτίνειν, Rob. δρεικτείνειν, quae vero propiores lectiones quam Turnebi et Victorii ἀντιτίνειν (saltem dedissent ἀντίτιτον), ut scripsisse librarios puto, Δ et A confundentes, nec compendia assecutos. Confirmant emendationem sequentia Pelasgi verba: ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν, πᾶσ' ἐς' ἀνάγκη. Ceterum v. quoque legitur inconcinne μένει.

416. γρ. — προςήμενον, sic ut mox navalibus exire possit, ut bene explicat Clar. Schütz.

418. V. δόμων, incerta τοῦ πορθουμένων relatione.

427. V. Ἦ κάρτα, merito offensis interpretum melioribus. passim inter se permutantur literae A et H, K et X.

431. V. Ἤκουσα, vitiose. λέγοις ἂν, loqui soles, ut passim consuetudinem designat ἂν cum optativo.

445. Post hunc versum v. talia circumferuntur glossemata, in versus formam conglutinata: κακῶν δὲ πλῆθος, ποταμὸς ὣς, ἐπέρχεται. Ridicula vero ista ὡς ποταμὸς, quasi omnes fluvii impetuosi essent.

454. V. Σὺ μὲν, corrupte.

460. V. οἶκτος legitur pro οἰκτρά γ', obscure.

468. V. βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας, verbo πολισσούχων corrupto. sedes virginum prope aram θεῶν ἀγωνίων dici puto ἕδρας προνάους, i. e. sedes, ad quas pervenires, priusquam ipsa urbis templa accessisses, quasi dicas protemplares.

469. V. Εὕρωμεν, quod haud convenit τῷ παλιςείχων. iam sibi respondent quoque μὲν et δέ.

471. Ἰνάχῳ, i. e. Ἰναχείῳ; ut Romula gens pro Romulea, similiaque pleraque dicuntur.

482. V. λευρὸν, sed quale sit nemus planum, seu levigatum, equidem haud intelligo.

486. Vertendum: bonis utatur verbis bonis verbis excepta.

487. V. Φρενὸς, difficillima verborum constructione.

501. V. καὶ γενέσθω. sed quid tandem fieri iubent puellae? nam hoc eiusmodi non est, quod sua sponte intelligatur. Iam sic procedit oratio: πιθοῦ τε γενέθλῳ καὶ ἄλευσον γενέθλῳ ἀνδρῶν ὕβριν etc. dedimus autem πιθοῦ pro vulgato πείθου, quod et inusitatius est et versui minus aptum.

505. V. τὸ πρὸς γυναικῶν, corrupte, ut mox, v. 510., τοι γένος pro τοὐγγενές.

512. V. εἰς, sed in re laeta suave metri genus usurpari consentaneum est, et passim corripitur Ἀ in Ἆσις sive Ἀσία, velut Pers. 884.

517. V. Φῦλα. διχῆ δ' ἀντίπορον, quae quicunque explicare studeat, nae is operam et oleum perdiderit. γ. ἀντίπ., Asiam.

519. ἰάπτει de celeri gradu; unde ἰάπτειν ὄρχησιν. Stanl.

521. Teuthras, Mysorum in Asia rex, notus ex historia Telephi.

522. Planam fuisse Lydiam, innuit adagium Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖν. vid. Scaligeri Coniectanea ad Varronem de lingua lat. Stanl. Caesura tolluntur τε et extrema syllaba τοῦ γύαλα, figura in dactylicis metris frequentatissima.

523. Recte insulam Cyprum, Veneris cultu et summa fertilitate celebrem, intelligit Clar. Schütz. Male autem v. graviter distinguitur post αἶαν, nam in ἱκνεῖται δ' incipit apodosis, ut passim adhibetur δέ.

524. V. χθόνα, καὶ τᾶς 'Αφ., quasi alia rursus terra intelligeretur, quod secus est.

526. V. ἱκ. δ', εἰςικνουμένη. Abresch. εἰςκινουμένη, minus probabiliter.

527. Βουκ. ππ., oestri. Omnibus autem hisce epithetis unice Aegyptum describi certum est. Δῖον π. ἄλσος notat planitiem et fertilitatem Aegypti, λειμ. χιον. exundationem Nili ex nivibus Aethiopiae resolutis, etc. Sch. Legitur autem v. Τυφῶ μένος, quasi Aegyptus tantum a ventis perflaretur, quod absurdum est. Atque Aldus quidem τυφώμενος, vero propius; apte enim quivis morbi graviores dicuntur τυφούμεναι, insolentes. Landatur autem Nilus a salubritate, referuntque, ut Stanl. monet, Strabo lib. 15., Theophrastus, Seneca et Plinius, mulieres aqua Niliaca adeo fecundas reddi, ut uno partu plures (ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα, inquit Strabo; 'Αριστοτέλης δὲ καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι) enitantur. „Idem de vaccis Aegyptiis narrat Aelianus de animal. l. 3, c. 33., subdens: λέγεται δὲ αἴτιος ὁ Νεῖλος εἶναι, εὐτεκνότατον παρέχων ὕδωρ. Accedit etiam ad salubritatem eius demonstrandam, quod eos, qui ex ipsa bibissent, pingues redderet. Plutarch. de Iside et Osir.: ἀλλὰ πιαίνειν δοκεῖ καὶ μάλιστα πολυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νειλῶον ὕδωρ. Porro hodie in Aegyptia metropoli Caïra ad primum incrementi Niliaci momentum subsidit pestilentia. nemo tum moritur, licet pridie quingenti.“ Stanl.

532. Versus recte habet, dochmius ille quidem hypercatalectus, neque hilum novandum est.

540. V. continue:

Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου

* * * * * *

Βίᾳ δ' ἀ. σ.

Καὶ θείαις ἐπιπνοίαις

Παύεται, etc.

sed cuinam placeant composita βίᾳ et σθένει? et facile intelligitur, nihil deesse, sed obscurata esse, hic lectionum depravatione, illic interpolatione, metra et sententias. quales nos maculas detergendo, operam poëtae utcunque navavimus. et κρέων quidem glossema puto, adscriptum a lectore quodam antiquissimo, corruptam lectionem sublevaturo. alius vero πάνολβον adscripsit τοῖς αἰῶνος ἀπαύστου, quasi longaevitate potissimum cerneretur, ut sane plerisque placet, beata vita; praetereaque ista verba explicavit per αἰῶνος μακροῦ: quibus ex interpretamentis conflatus est locus Δι' αἰῶνος μακροῦ πάνολβον, qui v. habetur inter ἀμεμφῆ et Ἔνθεν 546. 547., quo deleto, nec sententiis ibi nec metris ad integritatem quicquam deerit. Porro autem in vulgatis et frigide infertur post fortiora illud καὶ θείαις ἐπιπνοίαις, et non dicitur, cuius rei vel quid agens, quid patiens, παύεται mulier. quod sane indicandum fuit. facile autem sic depravari potuit, inducta a nobis, seu potius reducta, certe sententiae perapposita, lectio: nam in malam aeque ac bonam partem usitantur ἐπιπνεύειν et ἐπίπνοια, velut Eurip. Phoen. 796. ed. Valck. Mars dicitur αἵματι ἐπιπλεύσας Argivos, i. e. caedis amorem eis inspirasse.

553. V. ἐξ Ἐπάφου, absurde, nam de ipso Epaphi natu agitur.

556. V.:

Π. φ. αὐτ. ἄναξ * *

Γένους παλ. μέγας etc.

sed neque hic quicquam deesse puto.

558. V. τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς, satis obscure. Mihi quidem, antitheticum versum comparanti, postquam ibi δολοφρονεῖ, certa, opinor, emendatione, reposuissem, vix dubium videbatur, quin corruptum esset μῆχαρ, natumque — αρ ex syllaba sequente. iam plana omnia.

559. V. θοάζων et mox: σέβει κάτω. Πάρεςι δ' ἔργον etc. Sed cur, quaeso, θοάζει Iupiter? et quomodo Iuno (nam de illa inprimis, certe non de solis hominibus, sermo est) dici potest τὶς κάτω? nempe τῷ ἄνωθεν τὸ κάτω opposuerunt librarii. recepto πάρα, i. e. πάρεςι metrum restituitur.

561. leg. ἥμενος.

563. V. Στ. τι τῶν δούλιος φέρει φρήν. Stanl., reliquis intactis, οὔλιος, Abresch δαύλιος, Pauw, Heath et Schützius βούλιος. saltem eruissent δόλιος, proximum a scriptura codicum. sed nec φέρει satis placet; sententiae et metro plenissime satisfacit δολοφρονεῖ, quod unde corruptum fuerit, facile apparet.

564. In vers. dele verba: *Apud — gestae*, quae me imprudente remansere.

565. V. Δήμου legitur pro δήπου, sententia obscurata.

566. V. ἀγγέλων, sed vix recte nuntius vocatur senex, quasi ab alieno missus ad chorum. Recte infra 724 se ipse vocat ἄγγελον, utpote ad Argivos missus, classis adventum nuntiatum.

568. V. depravate: Δήμου κρατοῦσα χεὶρ ὅποι πληθύεται. Turnebus: ὅπως. beneficium, χάρις, est narratio rei gestae, a choro expetita.

581. V. μέγαν, quo recepto sequentia frigent.

582. V. πόλιν, mendose. Sequente autem versu legitur λέγων pro φλέγον, inutiliter. saepe confusa inter se haec verba.

586. V. ἔκραν', quod statim sequente ἐπέκρανεν offendit.

587. 588. V.:

Δημηγόρους δ' ἤκουσεν εὐπειθεῖς ςροφὰς
Δῆμος Πελασγῶν· Ζεὺς etc.

quae tautologiae crimen tam male effugiunt, ut primo adspectu alterutrum distichon delendum censeas, quasi ex aliqua dramatis alia recensione adscitum. re tamen subtilius explorata corruptum statues locum. quem vide an satis feliciter emendarim. Δέμας Πελασγοῦ, i. e. Πελασγός. adisis hanc similesque periphrases docte et copiose recensentem Valck. ad Phoeniss. 415. cf. et 298.

592. τιμὰς, preces chori pro salute Argivorum. cf. 613.

594. V. Νῦν ὅτε καί. Pauw νῦν ποτε. Heath. νῦν ἔτι. sed

non sic defungaris; nam et γένει, absolute positum, significare non potest: huic generi, seu: populo Argivorum. ἀτεχνὴς γένος, genus sine fraude agens, aptissime dicuntur Argivi.

596. V. πυρ. Τὰν Πελασγίαν πόλιν, inconcinne. quod sensit Pauw, quem sequor.

598. V. βρ. ἐν ἄλλοις, corrupte. Clar. Schütz: Ἐν ἀρόταις θερ. βρ. ἀλωαῖς, mortales in aratis agris (ubi proelia committuntur) demetens. Euripides Phoen. 797., Aeschylum, ni fallor, pro more suo imitatus, de Marte:

— σὺν ὁπλοφόροις, στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας
Αἵματι, Θήβας κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.

603. ἀρσένων, patruelium nostrorum.

605. V. Πράκτορά τε σκοπὸν, sententia laborante, versu autem seq. δυςπολέμητον, versus detrimento, et: ὃν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι, obscure, itidemque ἀμέτρως.

607. V. μιαίνοντα. Pauw μηνίοντα, Heath. ἀμύνοντα, Schützius κοταίνοντα.

612. ὑποσκίων, supplicum ramis. Mox ἐπιχωρίοις πτώμασιν, vitiatis metris.

621. V. ἄωτον, frigide, nam modo habuimus ἄνθος, quod ipsum intelligitur in ἄωρον.

622. V. corrupte: καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων θυμέλαι φλ. θ', ὥς (Turn. τ' ὥς, Ald. Rob. τῶς) etc., quae quovis aenigmate obscuriora. nec recte haec utcunque de sacrificiis accipiunt, quae ultima demum antistropha commendantur. Θυμέλαι sonant muros, urbem, ut Eurip. Iphig. Aul. 152., quem locum suppeditavit eruditissimus Schneider in lexico graeco-germanico h. v. φλέγειν passim μεταφορικῶς usurpatur. Agitur autem h. l. de regali potestate tuenda, infra 648. de summo populi imperio.

625. V. νέμοιτο Ζῆνα μέγαν σεβόντων Τὸν ξένιον Δί' ὑπέρτατον, glossematibus obscurato loco. Iupiter κατ' ἐξοχὴν vocatur ὁ Ξένιος.

627. V. Ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ, corruptissime, quod vel metrum indicat.

630. Nota Ἄρτεμις λοχεία.

634. V. Ἄρη, male, nam de bello supra dictum 596.

635. V. ἐξοπλίζων, e Stanleii coniectura, sed codd., mendose quidem, ἔξω παίζων, et mox sequuntur persimilia πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη, ut haec ferri vetet Nostri copiosa eloquentia.

638. Ac propitius sit Lyceus (Apollo) universae iuventuti; nempe valetudinem eius tuendo, quod in deum ἰατρικὸν cadebat. cf. de Apolline medico Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll. Sch. vid. et supra ad Sept. 124.

640. V. Καρποτελεῖ. Emendavit Schützius. Stanl. haud male καρποτελεῖν.

642. V. Πρόνομα δὲ βοτὰ τῶς πολ. τ., nec sententiis nec metris sinceris. προνόμια, i. e. προλήμματα, primitiae animalium, quae diis sacrificabantur. vid. Suid. in illa voce.

645. V. Θεοὶ, nimis anguste. nam rectius et Apollo et Pan, et quicunque deorum cantum amat, intelligitur.

647. V. φῆμα, sed proxime antecedit εὔφημον. et saepius illae voces inter se confunduntur.

648. V. εὐτιμίας, ridicule, vel insulse ἀτιμίας, quod alii aliter emendabant. pacta et foedera inviolata esse cupit chorus.

649. V. κρατύνοι προμαθεὺς, pessumdato versu, nimisque ἀσυνδέτως.

656. δαφνηφόροις. notum, et sacerdotes et victimas coronari solitos fuisse apud Graecos. Versu seq. v. τὸ γὰρ, satis frequenti errore.

658. Τρίτον, non ordine tertium, sed ex tribus unum. Porphyrius de Abstinent. lib. 4.: Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι, τούςδε·*) Γονεῖς τιμᾷν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι, etc. Stanl.

664. Haec v. sic distinguuntur: — πλοῖον. Εὔσημον γὰρ οὔ με λανθάνει· Στολμοὶ etc., lectore nesciente, unde pendeant verba ςολμοὶ etc. Εὔσημόν (εἰσι) ςολμοί τε λαίφους καὶ παραῤῥύσεις νεὼς dictum ut: Triste lupus stabulis, similiaque.

668. V. κλύουσά γ' ὡς ἂν οὐ φίλη. Sed Ald. τῶσ', Rob. τῶς.

669. μελ. γ. i. e. nigri, nam servis Aethiopibus usos fuisse Aegyptios, auctor est Herodot. 3, 114.

*) Sic legendum et distinguendum, non, ut vulgo, hoc modo: Ἐλευσῖνι· τοὺς δὲ γονεῖς etc.

670. λευκ. ἐκ πεπλ. linteorum et xylinorum, praesertim linteorum, nam lini feracissima Aegyptus fuit.

680. Schützius: βραδύνοι μὲν βοή. βοὴ pro βοήθεια etiam alibi reperitur, velut Sophoclis Oed. Col. 1030.

695. De nigris militibus classiariis vid. ad 669.

696. V. corrupte ἐν μεσημβρίᾳ. Schützius μεσημβρίας, qui tamen recte monet, caloribus homines robustiores non fieri, neque id persuadet, intelligendos esse palaestrae labores ad meridiem usque continuatos potius quam, levi correctione usurpata et subaudito μᾶλλον in πολλοὺς, Aegyptum, terram versus meridiem sitam, calidissimam. De ista ellipsi vid. Bos.

700. V. δὲ καὶ δολομήτιδες, sententia et metro laesis; nam quis ferat ταυτολογικῶς composita δολόφρονες et δολομήτιδες? versus autem esse debet dochmaïcus. κυνωδαλόμητις neque ab analogia linguae abhorret, neque aut affectui puellarum aut Aeschyli ingenio non convenit.

705. τριαίνας. pluralis pro singulari usurpatus, nam solum Neptuni insigne intelligendum, quod ostendunt verba καὶ θεῶν σέβη, i. e. καὶ τῶν ἄλλων θ. σ., velut dicimus: Pindarus et Lyrici, Aeschylus et Tragici, etc.

709. Hunc versiculum Clar. Schützius supplevit e schedis Spanhemianis, in bibliotheca regia Berolinensi asservatis, ubi e MS. Paris. enotatus est.

710. 711. Lupi fortiores canibus. nihil amplius quaerendum. Aegyptios autem papyrum et in varios usus et cibi loco adhibuisse, testantur Dioscorides lib. 1. cap. 116. et Theophrast. hist. plant. l. 4. c. 9., quos locos protulit Stanleius. Sensus est, ut monet Schützius, Aegyptios Argivis non magis esse praestabiliores, quam papyrum spica. quae locutio in proverbium abiit.

715. V. ἔχοντας, obscure. in ἔχοντος intell. τινὸς, et sic procedunt verba. ὡς χρὴ φυλάττεσθαι καὶ κράτος ὀργὰς ἔχοντος (τινὸς) κνωδάλων ματαίων ἀνοσίων τε. adversandi autem vim habet τε, valetque δὲ, ut saepius, quod et Latini imitantur, velut Tacit. Hist. 5, 6. extremo. cf. Horat. Tursell. de Partic. lat. orat. v. Que.

718. Importuosa erant sinus Argolici litora, neque ulla fere memoratur ibi statio navalis praeter Naupliam, quae et

ipsa Pausaniae tempore erat ἔρημος, et vix τειχῶν ἐρείπια, murorum vestigia reliqua, ut monet Cellarius in notit. orb. ant.

726. βοῦνις. vid. ad 115.

731. V. sic legitur et interpungitur: — Διὸς, τὸ πᾶν δ' ἄφαντος· ἀμπτᾶσα δ' etc. nec sententiis nec metris recte se habentibus.

732. V. κόνις, inconcinne.

733. V. 'Α. δ' — πέλοι κέαρ, quod egregie correxit Schützius. Ἄφυκτον recte retinebitur. vid. ad 664.

734. V. Μελανόχρως, claudicante versu. formae μελαινόχρως, quam Pauw invexit, auctoritatem desidero. μελαγχρὼς exstat apud Eurip. Orest. 321. intelligitur autem cor atro sanguine suffusum, ut recte παραφράζει Schützius.

740. V. γένοιτ' ἂν αἰθέρος θρόνος, male, nam alienam haec sententiam praebent, optativo cum ἂν futuri significationem accipiente.

741. V. ν. δ' ὑδρ. γίγνεται χιὼν, corrupte.

742. V. Ἢ λισσὰς, quasi alius esset ille thronus aethereus, alia haec altissima petra, quod secus esse, tota loci indoles docet. Legitur quoque ἀπρόςδεικτος, quod dudum Abreschius correxit.

743. V. ἀπρ., οἰόφρων, ἐρημάς. Rob. κρέμας. προκρεμὴς formatum ut ἐπικρεμὴς, ἐκκρεμὴς, ἀμφικρεμής.

747. V. γάμου inculcatur ante κυρῆσαι, ut in extrema antistropha ante λυτῆρα, utrobique ex interpretatione.

750. Τὸ θανεῖν, i. e. θάνατος, pro νεκρῷ ponitur, neque mutandum quicquam censeo.

754. V. Τιν' ἀμφ' αὐτᾶς ἔτι πόρον Εὕρω (sed Rob. τέμνω, quod iam Porsonus revocavit) γάμου καὶ λυτῆρα. Correxit Schützius, nisi quod γάμου retinuit. de quo diximus ad 747.

756. V. Ἴυζε δ' ὀ., corrupto metro, nam haec quoque strophica sunt, secus ac vulgo accipiuntur.

759. V. Πελόμενά μοι λύσιμα μάχιμα δ' ἔπιδε, quae nemo sanus sana arbitretur.

764. V. ὕβριν, ubi nescias quo referendum sit δύςφορον.

765. V. ἄρσεν., inconcinne.

767. V. φυγάδα μάταισι πολ.

771. V. *θνατοῖς*, invito versu.

772 — 779. Haec v. sic eduntur, sententiis partim per pravas lectiones partim interpretantium diligentia obscuratis, metris vero nullis:

Ο', ό, ό, ά, ά, ά.
"Οδε *μάρπτις νάϊος, γάϊος.*
Τῶν *πρὸ μάρπτι κάμνοις, ἰοφ, ὃμ*
 Αὖθι *κακκας νο*
Δύϊαν *βοὰν ἀμφαίνω.*
'Ορῶ *τάδε φροίμια πόνων*
Βιαίων *ἐμῶν. ἲε, ἲε,*
Βαῖνε *φ. πρ. ἀλκάν·*
 Βλοσυρόφρονα *χλιδᾶ*
 Δύςφορα *ναῒ κὰν γᾶ*
 "Αναξ *προτάσσου.*

Γάϊος vitio calami exaratum pro *νάϊος*, ut temere repetere verba solent librarii. in *ἀμφαίνων* elegante Atticismo intelligendum *ἐςί*. Vid. Aristoph. Eccles. 1027. ed. Invernizz. Platon. Gorg. tom. 4. p. 13. Charmid. tom. 5. p. 112. 126. Sympos. tom. 10. p. 170., quae loca suggessit doctissimus Aristophanis Invernizziani iudex in ephemeridd. Ienensibus. quibuscum confer Xenophont. Anab. 1, 8, 14., locum iam aliis laudatum. Schützio placebat *ἀμφαίνει*. Correxit idem vir eruditissimus clamoris nautici scripturam ex Aristophanis Ran. 180. 210., metro quidem ad amussim congruente. Exclamationes *ἲε, ἲε*, aptius inferuntur eo loco, ubi primum conspicitur Aegyptiadum praeco. quae metri regulis haud adstringuntur. *iter*, in Aegyptum.

780. V. *Σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ*, etc. invito versu. nam haec quoque ad 805. usque strophica sunt, non solum inde reliqua huius scenae, quae tamen vulgo itidem male 4 strophis (806 — 813, 814 — 819, 820 — 826, denique 827 — 832.) continentur. Porro legitur: ΧΟΡΟΣ. Οὐκοῦν, *οὐκοῦν τιλμοὶ* etc., non recte digestis personis, et inconcinne.

781. V. *Φόνιος*, pessima tautologia, versuque laborante.

782. V. *ὀλόμεναι ὀλόμεν' ἐπ' ἀμίδα*, sententia et metro nullis. nam cur, quaeso, matula dicatur navis? *ἐπωμίδα* scripsi,

partem conspicuam navis, utpote in qua elogium scriptum erat, pro ipsa usurpans. Ald. ὀλοίμεναι.

783. V. pro κεῖτα legitur εἰ δ', sin minus, quod ineptum.

786. Rursus legitur ἐπ' ἀμίδα, altero quippe ἐπ — facile absorpto, et τῷ A, ut passim, cum Ω permutato. Porro legitur Ἢ δουπίαν σ' ἔπειτα, perditis numeris, nec sententia sincera.

787. V. μεθέσθαι ἴχαρ, φρενὸς ἄταν, pessime; quod omnes viderunt.

788. V. Ἰὼ, ἰοῦ, itidem ἀμέτρως.

789. V. κί' ἐς δ., ἀτίετ' ἀνὰ πόλιν, quae eodem vitio laborant.

790. V. εἴδοιμ', inconcinne.

793. V. βαθυχαῖος, sententia obscurata. metaphorice autem, quicquid antiquum est, βαθυχαῖον dicitur.

794. V. corruptis numeris: Σὺ δὲ ναΐ.

795. V. inter ἀθέλεος et φροῦδα (sic enim legitur) haec circumferuntur: Βίᾳ τε πολλᾷ, quem glossatoris foetum esse, omnia demonstrant.

796. V. Βάτεαι βαθμὶ προκακοπαθῶν ὀλομέναις παλάμαις. Ὀλομένας a Schützio est.

798. αἶ, αἶ. V. haec quater leguntur, et οἶ in antistropha sexies, sed uterque versus dochmius.

802. V. Εὐρείαις εἰν αὔραις, frequentissimo lapsu, metro etiam depravato. per longas horas, i. e. diu.

805. V. Ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχ., οἰζύος ὅ. ἔχων, mendose. et verba quidem καὶ βόα glossatoris. Ceterum eiulatus, qui οἰζὺς vocatur, nihil aliud est, quam exclamatio οἶ οἶ, qua iam utitur chorus.

807. V. Λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ὑλ., corrupte.

808. V. Περιχριμπτὰ βρ. ὃς ἐρωτᾷς, obscure et ἀμέτρως.

810. V. ἄϊσον praeponitur τῷ ὕβριν, iugulato versu.

814. V. Οἶ, οἶ πάτερ, βρέτεος ἄρος ἄτα μ' ἄλαδ' ἄγει, ἀραχνὸς ὡς βάδην· ὄναρ, ὄναρ μέλαν, corruptissime. Araneis certe hic nihil debetur. — Sed vers. 814. haud dubie sic legendum est:

Βρέτας ἄρος, ἄττα, μαλθακόν!

Πάτερ interpretamentum verbi ἄττα.

817. V. Μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοᾶν φ. ἀ., satis inepte.

818. V. Ὦ βᾶ Γᾶς παῖ Ζεῦ. sed quis Iovem Terrae filium dixerit? et versus meris monosyllabis longis, et accentu gaudentibus constans, qualis hic foret, prorsus intolerabilis.

822. V. Ἔχ. ὡς με μάτευσι πόδ' ἐνδακοῦσα.

824. Vid. ad 818.

827. V. ἔργ. οὐ κατοικτιεῖ.

828. V. πόλεως ἀγοὶ, ex interpretatione, vitiato metro.

829. 830. et 832. 833. Haec disticha v. sedes inter se permutarunt, quod cuivis apparere censeo consideranti, verbo ἄνακτας praeconem irridere invocatum a puellis ἄνακτα.

830. Ald. Ἐπεὶ οὐκ ἀκοῦ ἔξυτων. Rob. ἐ. ο. ἀκούεις σὺ τῶν. Turn. mance: ἔποι ο. ἀκούεις τῶν ἐ. λ. Schützius: ἐ. οὐκ ἀκ. ὀξὺ τ. ἐ. λ. Ionicum ἔπειτε ab usu Nostri non alienum.

831. V. Διωλόμεσθα, inconcinne.

841. Irridet homo dicta regis. nam plene sic sonaret oratio: (ξένος μὲν εἶναι οὐκ ἐπίςαμαι·) πῶς δ' οὐκ ἐπίςαμαι ἐγὼ εἶναι εὑρίσκων τἀπολωλότα; ἐπίςαμαι δέ.

843. Mercurius dicebatur μαστήριος, quatenus res amissas recuperare et, ubi delitescerent, inquirere credebatur. Sch.

844. V. Θεοῖσιν εἰπὼν τοὺς etc.

852. V. ἐμοῦ, frigide.

855. ἀφαιρεθεὶς medii significationem hic habet: cum me hinc abstulero.

861. V. — χρή; τοὔνομον χ. μ. Ἴσωσον αὐτὸς etc. -

865. V. T. δ. ἐκ πόλεως μίᾳ ψ. κ., procul dubio mendose.

867. Petita metaphora a legum tabula aerea aut lignea, clavis affixa. Sch. Ceterum v. verba τῶνδ' — ἀραρ. Pelasgo tribuuntur, ταυτολογικῶς.

869. Aegyptium, verniliter iocatum, graviter retundit rex.

873. V. Ἴσθι τάδ', inconcinne.

876. οὐ — μέθυ. Ut Aegyptii solebant, de quibus Herodotus lib. 2.: οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται· οὐ γάρ σφί εἰσιν ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι. Stanl.

882. V. Εὔθυμόν ἐςιν, corrupte. εὐτ. δ. domum Pelasgi.

892. πρόνοον καὶ β. i. e. καὶ πρ. β., ut passim postponitur ea copula. vid. Heynii Pindar. noviss. ed. in indice et ibid. G. Hermann. de metr. Pindar. pag. 243. cf. Eurip. Med. 181.,

ubi legendum versus gratia: φίλα καὶ τάδ' ἀ., et eiusdem Suppl. 325.

894. V. ναίειν, καὶ τόπος εὔφρων, satis inepte.

898. V. λαῶν ἐν χώρῳ τασσ., ex interpretatione.

899. V. φίλαι, καὶ δμωΐδες, οὕτως ὡς ἐφ. ἑ., metris nullis.

909. V. δορὶ, pessimo hiatu. δορὸς ἀνημέρῳ, saevo, i. e. saevitia, hastae. sic Sept. 775. πόλεως ἀσινεῖ, urbis incolumitati.

910. V. divisim ἀεὶ ζῶν, minus bene.

911. V. εὐπρυμνῆ — τιμιωτέραν, interpretibus loci sensum haud assecutis. Potentiorum societatem commendat Danaus, plebeculae reprobat.

915. V. ἐλέγχεσθαι, aliena sententia.

924. V. Χἄλωρα κωλύουσαν ὡς μένειν ἐρῶ, corrupte.

927. V. ἱμέρου, minus bene.

929. V. ἐκληρώθη, merito reclamantibus interpretibus. ἐπληρώθη, quod proprie convenit τῷ πόνος, refertur quoque ἀπὸ κοινοῦ ad πόντος.

940 — 971. Haec strophica esse, facile intelligitur.

941. Nobilis Argivorum fluvius Erasinus.

944. V. προχ. σέβωμεν ὕμνοις, inconcinne. Ald. recte σέβομεν.

946. V. θελεμόν. sed vid. Clar. Schneider in lexico h. v.

948. Versus anacreonteus antispasticus. Metrum enim hoc choriambicum dimetrum catalecticum, modo ipso choriambo modo pedibus ἰσοχρόνοις usurpatis, quatuor formas accipit, has:

— υ υ — | υ — $\bar{υ}$
υ — υ — | υ — $\bar{υ}$
— υ — υ | υ — $\bar{υ}$
υ — — υ | υ — $\bar{υ}$

qua de re alibi copiosius disserui.

952. θεσμὸς hic cantus regulas ipsumque adeo cantum sonat, ut alibi νόμος. indicat autem quamvis formulam seu legem.

955. V. Μετ. δ' αἱ φίλαι ματρὶ πάρεισι, Πάθος (Ald. recte πόθος) τ' οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει Θεάκτορι πιθοῖ. Δέδοται δ' ἁρμονίᾳ μοῖρ' Ἀφροδίτας. Ψεδυρὰ τρίβοι etc. Verbum πάρεισι glossema esse, metri ratio vincit. Vox θεάκτωρ Schneidero quoque dubiae videbatur fidei. quae neque ipsa versiculo convenit. Verba δέδ. — Ἀφρ. spuria esse, itidem clamat versus.

Ἁρμονίαν Graeculus eandem dixisse videtur, quae poëtae Πειθὼ audit, miratusque esse, illi partes Veneris οὐδὲν ἀπάρνου, τελείας, θέλκτορος denique attribui. Schützius non male dedit ψεδυραί.

958. V. Φ. δ' ἐπ., inconcinne. Intelligo autem inspirationes, i. e. consilia, quasi divinitus animum incessentia, quale illud Danaïdum fuit, quo manus sibi ipsae violentas inferre cogitarent. Sunt igitur ἐπ. Φυγάδες insaniae, quales esse solent exulum, deque salute sua desperantium.

963. V. Διὸς οὐ παραβατά (Schütz. παρβατός) ἐςιν μεγάλα φρὴν ἀπ., sed interpretantis sunt verba παρ. et μεγ.

965. V. τέλοι, pessumdato metro.

970. Μέτρ. ν. ἕ. ε. His vulgo praescribitur persona Semichori 2.

977. V. Εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας, obscure.

981. V. corrupte: καὶ δίκα δίκας ἕπεσθαι.

983. V. θεοῦ πάρα, ex male intellecto scripturae compendio. θεὸς πατὴρ est Iupiter, Danaïdum proavus.

ANNOTATIONES
IN AESCHYLI AGAMEMNONEM.

Di, coeptis (nam vos mutastis et haecce)
Aspirate meis!

„Agamemnonem a Clytaemnestra eiusque adultero, Aegistho, eodem die quo redierit in patriam, occisum esse, Homerus auctor est. Cui si credimus, Agamemnon ad bellum Troianum proficiscens ἀοιδῷ cuidam, probo et spectatae fidei viro, uxorem commendaverat, cuius monitis non magis, quam ipsa animi indole, utpote quae per se bona esset, regina sublevata, diu restitit Aegisthi precibus, ad indignum adulterii facinus eam sollicitantis. Postea vero Aegisthus ἀοιδὸν istum in desertam insulam deportari iussit, itaque sibi ad expugnandam reginae pudicitiam munivit viam. Odyss. 3, 264 sqq. Quam cum deinde morigeram sibi habuisset, consilium cepit Agamemnonis, cum primum rediisset, insidiis interficiendi. Odyss. 4, 91. Itaque duobus auri talentis conduxit speculatorem, qui reditum Agamemnonis observaret. Is totum fere annum excubias agens, diligenterque ne se effugeret cavens, tandem, ubi eum procul advenientem conspexerat, illico Aegistho nuntiavit. Re comperta is viginti homines robustos in insidiis constituit, regemque convivio exceptum adortus est; pugnaque inter utriusque socios coorta, et Agamemnon trucidatur, et socii ab utraque parte mutuis caedibus conficiuntur. Odyss. 4, 250 sqq. Tristem hunc vitae exitum ipse Agamemnon Ulyssi flebiliter exponit apud inferos. Quam narrationem multis mo-

dis immutavit Aeschylus. Primum enim Iphigeniae mactatione Clytaemnestram, ut maritum ulcisceretur, incensam esse perhibet, Homero minime adstipulante. Dein Aeschylus caedem Agamemnonis in ipsius aedibus perpetrari fingit, Homerus in Aegisthi domo occisum narrat. Denique Aeschylus in balneo, singulari quodam strategemate, indusio manicis carente, irretitum ipsius Clytaemnestrae manu confectum, Homerus autem inter convivium a delecta armatorum manu ex insidiis circumventum esse dicit."

„Pindarus quoque Pyth. 11, 26. Agamemnonem a Clytaemnestra una cum Casandra, quam servam adduxerat, interfectum scribit, non tamen indicata tanti furoris causa, unde coniicias, Homeri in hac quidem parte vestigia pressisse Lyricum."

„Scenam dramatis Argis esse ante Agamemnonis regiam, Aeschylus ipse diserte annotavit. Ac speculator ille quidem, φύλαξ, in tecto palatii excubiarum causa constitutus erat. Chorus vero et ceterae personae partes agebant in platea, quae longa conspiciebatur, passim aris deorum exornata, cuiusque in anteriore parte Agamemnonis palatium visebatur."

„Actio fabulae matutino diei tempore incipit, quod e v. 25. colligitur, ubi speculator se reginam e somno excitatum ire declarat." Sch.

„Chorus constabat 15 hominibus (Argivorum principibus, vid. 804. 1334.) teste Scholiasta ad Aristophan. Equit. Cave vero hoc intellexeris factum esse lege Attica, qua cautum est, ne chorus personis ultra 15 constitueretur: etenim lata est lex ista post hanc tragoediam exhibitam, occasione Eumenidum, fabulae huius tragoediae, quae ORESTIAS (Ὀρέστεια) dicta, tertiae." Stanl.

Scholiastes in argumento haec habet: Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ (sic enim recte reposuit Stanl. pro vulgatis εἰκοστῇ ὀγδόῃ), ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς. Quo tempore Aeschylus natus erat, secundum Stanleii rationem, annos 66.

Vers. 4. Ὁμήγυριν ἄστρων Musaeus quoque dixit. Λαμπροὺς δυνάστας praeter lunam signa zodiaci intelligo, quae sane astrorum domini, ἐμπρέποντες αἰθέρι, dici possunt, utpote per quae viam facere suam videtur sol, annuarum temporis vicissitudinum auctor. Schützius solem ac lunam intelligebat. „Ac si quis quaerat," inquit, „quomodo vigil nocturnus solem contemplari potuerit, facile respondetur, eum occidente sole in stationem suam concessisse, neque eam, priusquam sol ortus esset, praesertim aestivo tempore, reliquisse." Quod duriusculum.

6. Post hunc versum v. legitur:

Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.

Valck. ad Phoen. 506: „Adscripserat quis ad hunc versum Ἀστέρας· hinc, ut suspicor, orsus, ineptum nescio quis nobis senarium tornavit, Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν, qui prioribus proxime subiectus nunc in Editis legitur tanquam Aeschyli, sed, nisi fallor, Achilli Tatio fuit incognitus. vid. Isagog. in Arati Phaenom. p. 122. D." Uncinis inclusit Schütz.

7. V. Καὶ νῦν, frequentissimo errore.

10. ἐλπίζων. sic Guelf., et in Rob. operarum, nisi fallor, vitio pro eodem exaratum est ἐλπίζον. V. minus eleganter, ἐλπίζω. Sensus est, interprete Schützio: spero me effecturum, ut, cum audierit Clytaemnestra maritum ad patrios lares reversurum, a licentia in posterum abstineat, maritoque potius quam adultero obsequatur.

13. V.:

Ἐμὴν, φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,

frigente τῷ ἐμὴν, neque ὕπνου satis placente, cum sequatur statim ὕπνῳ. quod et alii viderunt. sed neque γὰρ convenit. Schützius tamen in novissima editione, Astium Gothanum secutus, reposuit: Ἐμοὶ φ. γὰρ ἀθλίῳ π., parum verosimiliter. πνὶξ i. e. πνιγαλίων, ἐφιάλτης, cuius superstitionis antiquitatem quis definiat? quanquam et angorem interpretari possis, quomodo πνίγω quoque usurpatur μεταφορικῶς. Non semel lapsi in hoc verbo librarii. cf. Eumenid. 785. Senes autem, qui somno facilius resistunt, ad obeunda vigilis et speculatoris munera perquam apti. qualem hunc φύλακα fictum esse a poëta, multis

argumentis intelligitur. Scripsi quoque ἦ μὴν, quae referenda ad ὅταν δέ.

Sed hunc versum, tum quia πνὶξ a ductibus literarum vulgatae nimium abhorret, tum praesertim, quia παραστατεῖν incuboni minus convenit, sic potius emendandum nunc censeo:

— ἐπισκοπουμένων,
Ἦ μὲν Φόβος γέροντί που παραστατεῖ, etc.

Ἐμὴν enim, quod adhuc legitur, frigidiusculum esse, nemo, puto, inficias ibit. Contra ἦ μὲν Φόβος — eleganter respondet sequentibus Ὅταν δ' ἀείδειν —.

22. Φάος, lucem, i. e. felicitatem. ἡμερήσιον φ. felices dies, felicem vitam. Luditur verbis λ. ν. et ἡμ. φ.

25. σημαίνω. ita Guelf. Ald. Rob. Turn. recte, nam in eo iam erat, ut significaret reginae, vigil.

26. V. ἐπαντ., pendente verbo εὐνῆς.

Ceterum quod ad faces istas in speculis montium per intervalla dispositas, quibus Clytaemnestrae Troiae expugnatio nuntiata fuisse dicitur, recte Vossio Obss. ad Melam pag. 119. concedit Clar. Schützius, narrationem quamvis fabulosam, ideo tamen in dubium vocandam non esse, quia faces in Ida accensae facile conspici potuerint ab iis, qui summo Athone versarentur, unde similiter propagati fuerint nuntii. De quibus signis, aliisque similibus, praesertim militaribus, quorum apud Polybium et historicos mentio fit, in ephemeridd. germanicis inscriptis: Der Musaget, docte disseruit Gabriel Bredow, professor histor. Helmstadiensis.

32. τρὶς ἓξ β. τ. μ. φ. i. e., inquit Schützius: cum ista speculatio optime mihi evenerit; sumta comparatione e lusu tesserarum, ubi, si ternis tesseris ludas (ut solebant veteres Graecorum, teste Zenob. 4. Adag. 23.), optimus iactus est, ter sena puncta iecisse.

33. Manum domini contrectare cupit, ut advenientibus solent gratulantes.

35. βοῦς ἐ. γ. μ. β. Proverbium notissimum de iis, qui pecunia corrupti ea tacent, quae prodere deberent; translatum deinde ad hos, qui propter timorem, sive ob mulctae metum, libere loqui non auderent. Et hanc quidem rationem hic valere, e reliquo speculatoris sermone colligitur, fidi quippe Agamemnoni

hominis, ut in quem corruptelae suspicio non cadat. Suidas: Βοῦς ἐπὶ γλώττης· ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσθαι· ἢ διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ζώου, ἢ διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα βοῦν ἔχειν ἐγκεχαραγμένον, ὅπερ ἐκτίνειν ἔδει τοὺς παῤῥησιαζομένους. (cf. Henr. Steph. in lexico.) Eadem habet Hesychius. cf. etiam Polluc. lib. 9. s. 62. Theognis, laudante Stanleio:

Βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων
Ἴσχει, κωτίλλειν καίπερ ἐπιςάμενον.

Athenaeus lib. 12. c. 12. e Menandri piscatoribus, ubi quosdam exules Heracleotas induxerat, hoc senarii iambici fragmentum profert: παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ᾽ ἐπὶ ςόμα, quae Casaubonus in eandem sententiam interpretatur.

36. οἶκος — λέξ. Haud obscure tangit Clytaemnestrae adulteria. Sch. Similia passim scriptores. vid. Abresch. ad h. l.

38. μαθοῦσιν, mulieris vitam aeque bene atque ego perspicientibus. Cavere se dicit, ne aliis harum rerum ignaris aliquid impertiat, verens quippe, ne forte quis, reginae quam ipsi benevolentior, quae dixerit, renuntiet. Sch.

41. V. ἄναξ, quasi solus Menelaus diceretur ἄναξ τιμῆς διθρόνου, quod absurdum. hyperbaton hoc est, sic accipiendum: — ἐπεὶ Π. μέγ. ἀντ. Μενέλαος ἠδ᾽ Ἀγαμέμνων, ἄνακτε διθρόνου etc.

49. V. ἄλγεσι παίδων, corrupte.

50. Hic locus v. sic exhibetur:

Στροφοδινοῦνται
Πτ. ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,
Δεμνιοτήρη
Πόνον κ. τ. λ.

sed duplex est anapaesti monometri usus, ut aut paroemiacum antecedendo casum, ut ita dicam, systematis praeparet, velut 45., aut gravissima verba seorsim posita σεμνοτέρως efferat, velut supra Μέγας ἀντίδικος, hic δεμνιοτήρη, mox Ὑςερόποινον. Neutrum horum cadit in verbum Στροφοδινοῦνται, vexatque insuper huius metri frequentior usurpatio; ut nullus dubitem, verbis ςροφ. πτ. ἐρ. forte sic scriptis et dispositis:

Στροφοδινοῦνται
Πτερύγων ἐρετμοῖσιν,

verbum ἐρεσσόμενοι additum esse ad explendum versum.

53. V. ἤ τις 'Απ., prorsus insolito usu τοῦ τις. ἤτοι sic passim adhibetur, velut infra 673.

55. V. haec ita digeruntur:

— — οἰωνόθροον
Γόον ὀξυβόαν
Τῶνδε μ. ὑς.
Πέμπει π. 'Ε.

sed vide ad 41.; duplicis enim ibi commemorati monometrorum anapaesticorum usus est 'Υστερ., quicum ubi compares verba γόον ὀξ., leviora sane videantur.

59. Ξένιος Ζεύς. laesus ille Paridis in hospitem Menelaum perfidia.

61. V. παλ. καὶ γυιβ., languide.

62. Haec de Graecis accipio peremtis in bello, sequentia διακν. — κάμακος de Troianis occisis tanquam sacrificio lustrali, propter crimen Paridis.

69. 'Απυροι ἱεραὶ, i. e. θεαὶ, dicuntur Furiae, quarum sacris neque ignis nec vinum adhibebatur. quod pulcre vidit Schützius.

72. V.:

Τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
Μίμνομεν, etc.

laceris versibus, pingui sententia: interpretationis enim causa ὑπολειφθέντες adscriptum τοῖς ἀτίται τῆς τότ' ἀρωγῆς, quibus significant senes, se non dignos habitos, qui in Troiano bello, ut olim, stipendia mererent.

74. V. νεαρὸς, male.

75. V. Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρα, obscure.

77. V. φ. ἤδη κατ., mendose.

79. V. ἄρειον. correxit Schütz.

91. παρηγορίαις, admonitionibus, i. e. fomentis, elegantissima metaphora.

94. Tecte Clytaemnestrae cum Aegistho commercium notat chorus. fieri enim potuit, ut gaudii signa ista essent ob mortem Agamemnonis.

97. V. ἀγανὰ φ., minus bene.

99. V. mendose: T. θ. λύπης φρένα. Bene convenit λιπόχροιον, colore carentem, i. e. pallidam, neque insoliti quid ha-

bet literarum φ et χ permutatio. Fingitur Cura quasi vultur quidam Promethëus, quem fugat Spes.

100. V. θρ. ὅδιον κράτος. Vertunt: faustum virorum principum ad bellum proficiscentium robur quae quid sibi velint, equidem haud intelligo. Quodsi nostram emendationem sequaris, chorus significat, se male ominatis verbis abstinentem, ὁσιόκροτον (vid. 94. 115.), de illo tantum augurio locuturum, quod felix oblatum olim fuerit Atridis ad bellum proficiscentibus.

103. V. αἰών. correxit Sch. ξύμφ. ἀ., i. e. ἀειξύμφυτον, quae nunquam nos deserit.

104. V. ὅπ. Ἀχαιῶν δ. κ., male collidentibus Ἀχαιῶν et Ἑλλάδος.

105. V. ἥβαν legitur pro ἀκμᾶς, ex interpretatione. Stanleius: „Schol. Aristoph. in Ran.: αὐτόν τε καὶ τὸν Μενέλαον. ἀκμὴν δὲ τὴν νεότητα. Videtur legisse ἀκμὴν pro ἥβαν." Sic ille. recte quidem. qui et ἥβας reposuit, sententiam certe sanans.

108. Inter sex aquilarum species ab Aristotele recensitas, de hist. anim. lib. 9. c. 32., prima πύγαργος dicta, quod habeat caudam albam, tertia a colore itidem μελαναίετος et λαγωφόνος. Hanc igitur Aeschylus κελαινὸν, illam ἐξόπιν ἀργίαν nominat. Stanl. Ceterum aliud portentum, passerculos cum matre a dracone devoratos, narrat Homerus Il. 1. De aquilarum in auguriis praestantia vid. Choëph. 249.

111. χ. ἐκ δ. i. e. a dextra, unde omina felicia veniebant.

113. Leporem omnium animalium fecundissimum esse, asserit quoque Oppianus, Cyneget. 3, 521. cf. Aristotel. problem. 10, 7. et de generat. animal. 4, 5. etc. Stanl.

114. Recte Schol.: πρὸς τὸ σημαινόμενον. subintelligendum enim λαγωὸν, cum ad γένναν referri non possit. Stanl.

115. Hesychius: Αἴλινος, ὕμνος, θρῆνος, lessus, naenia, item telam texentium cantilena, αἴλινος ᾠδὴ τῶν ἱστουργούντων apud Eustathium. — Τὸ δ' εὖ νικάτω bene ominandi formula est, ut infra, τὸ δ' εὖ κρατοίη. (et apud Aristid. tom. 1. p. 30. νικώη δὲ τὰ βελτίω, ut monet Abresch.) Eiusmodi sunt quoque: Ἀγαθῇ τύχῃ· Ἔσται μὲν εὖ· Καλῶς γένοιτο. Romanis: Bene eveniat; Quod felix faustumque sit; Feliciter; Fors fuat. Id.

Ceterum hic versus est quasi intercalaris; qualis, ni fallor, et iste, quem suggillat apud Aristophanem Euripides, Ἰήκοπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν. Αἴλινος ab αἶ et λίνος, ut ἰήκοπος ab ἰὴ et κόπος. Id.

122. Κτήνη, pecora, ad similitudinem leporum vocantur Troiani. Similiter αἰπολεῖσθαι iubentur Furiae Eum. 184. 85.

124. V.:

Οἷον (Ald. et Rob. οἶον) μή τις ἄτα
Θεόθεν κν.
Προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας,

sententiis et metris laborantibus.

129. αὐτότοκον. Schol. σὺν αὐτῷ τόκῳ. ut αὔτανδρον. Hesych. αὔτανδρον, σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι. cf. Choëph. 151. Stanl.

133. V. Δρόσοισιν ἀέπτοισι, inconcinne. Ceterum versus 132 — 144. v. Calchanti tribuuntur. sed alius orationum propheticarum color. Uncini v. absunt.

135. V.: — ὀβρ., τερπνὰ Τούτων αἰτεῖ (Schützius αἰτῶ) ξ. κ. Δ. μ. κατ. δὲ Φάσματα στρ., tautologice compositis τερπνὰ et δεξιὰ, ξύμβολα et Φάσματα. et hoc quidem manifestum glossema est τοῦ ξύμβολα. Istud δὲ et metro officit, et sententiam evertit. Αὐτὴ, Diana. Ipsam, quae infaustum dedit omen, invocat, ut felicem exitum largiatur.

137. Κατάμομφα, ipsi Dianae. Ceterum στρουθὸς de avibus in genere usurpari, non est quod dubites. vid. Schütz. ad h. l. et Schneider. in lexic. vv. στρουθοφάγος et στρουθόω.

138. Ἰήϊος, ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, a medendo. metaphoricῶς autem usurpatur vix, precantibus quippe deum senibus, ut irae sororis medeatur.

139. V. ἐχενηΐδας, minus bene; versus enim hexameter heroïcus.

140. Ἑτέραν. Haec si statuas, ut sane statuendum est, ex persona chori dici, aliud intelligendum est sacrificium, immolationi Iphigeniae simile, quali ne itidem opus sit Agamemnoni, reditum paranti, ad avertendum Dianae odium, timent senes. Sin ἑτέραν interpreteris κακὴν, ut sane, monentibus Schützio ad h. l. et eidem laudato Valck. diatr. in Eurip. deperdit. dram. reliq. p. 112., ἕτερος δαίμων, ἑτέρη τύχη, ἑτέρως, similia-

que pleraque, dicuntur, frigebit verbum. Ceterum sic et plebs nostras: *er wird ihm etwas anderes thun*, aliud illi infliget, i. e. malum.

141. ἄδαιτον, quoniam a funesto illo Iphigeniae sacrificio epulae aberant, in ceteris celebrari solitae. Sch.

143. V. παλίνορσος. Schützius παλίνορσον, ad sensum satis bene; sed idem elegantiore forma indicat παλινόρσους, et propius a vulgato abest.

144. V. Οἰκ. δολία μνάμων. saltem dedissent coniunctim δολιομνάμων: nam offendunt nimis cumulata adiectiva. sed nihil aptius lectione, a nobis reposita, nam sane δολιχομνήμων fuit Clytaemnestra, utpote quae mortem filiae, si Aeschylo credamus, post decem annos ulcisceretur; δολία vix dicenda erat, quae odium et amorem suum tam male tegeret, ut vigil et chorici senes, quid rerum agitaret, probe scirent. Ceterum optime vulgata τέκτονα et δεισήνορα emendavit Schütz.

154. V. Π. Διὸς, εἰ τόδε μάταν, sententia et metro obscuratis. Porson. τὸ μάτ. Ald. πλὴν Δία.

158. V. λέξαι, πρὶν ὢν, tautologicῶς. Intelligitur autem Coelus, a Saturno debellatus, quomodo vicissim hic, ὃς ἔπειτ' ἔφυ, a Iove, ut probe admonuit Clar. Schütz.

164. V. πάθη μάθος, sed subridicule Iupiter *legem sanxisse* dicitur, ut nocumenta eadem sint documenta, quasi id non sua sponte, per mentis naturam, fieret. nec non κυρίως sic friget.

166. V. πρὸ καρδίας, obscure.

169. V. δέ που, minus bene.

170. V. βιαίως, ex interpretatione, metro luxato.

178. Παλίρροθοι Αὐλίδος τόποι dicuntur propter aestum Euripi, cui Aulis adiacebat, sive eius fluxum et refluxum. cf. Lucan. 5, 235. Sch.

Markland. ad Eurip. Iphig. Aulid. 120. observat, Chalcidem in Euboea et Aulidem in Boeotia tam vicinas fuisse, Euripo solum discretas, ut ponte iungerentur.

179. ἀπὸ Στρυμόνος, i. e. a septentrione, nam Strymon nobilissimus Thraciae fluvius, quae ad septentrionem Graeciae iacet.

180. νήστιδες venti vocantur adversi, quibus naves frumentariae detinentur.

183. V. παλιμμήκη, quod quo iure interpretentur immensum seu longum, nescio.

184. V. Ἀργείων, impedito versu. sic in verbis, qualia sunt Βακχεῖος, Ἀγαμεμνόνειος, αὐθάδεια, diphthongi alteram vocalem elidere solent Iones et Atticorum poëtae.

194. V. χέρας, β. π., itidem turbato metro.

194. V. πῶς λιπόναυς τε (Schütz. δὲ) γένωμαι, frigide.

197. V. ὀργᾷ περιόργως.

203. V. βροτούς. nostrum Pauwio debetur, ceterum loci sensum haud assecuto.

205. V., inconcinne: Ἔτλα δ' οὖν θυτ. γεν. θυγ., ut mox: Καὶ προτ. ναῶν — παρθένων — Φιλόμαχοι. Φιλεσίμαχος formatum ad exemplar τοῦ Φιλεστεφάνος apud Aristidem. Intelligendus autem Agamemnon.

209. π. ο. ἔθεντο. Audacius idem dictum Eum. 788.

213. V. pro πανωδύνῳ (Agamemnoni) insulse legitur παντὶ θυμῷ.

215. Φίλοικον. codd. et vett. edd. fere Φυλακὰν, mendose.

220. V. Ἀπ' ὄμματος, male, nam non visu tantum, sed totius corporis adspectu, sacerdotes commovit virgo, quomodo et apud Euripidem Polyxena. Metrum una opera sanavimus.

221. V. προσεννέπειν, metro difficiliore.

222. V.:

— ἐπεὶ πολλάκις

Πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους ἔμελψεν,

sententia absurda, metro nullo. Nempe corrupto verbo εὐτραπέζους nescio quis addidit κατ' ἀνδρῶνας, alius quidam πατρὸς, alius denique πολλάκις, quod sua sponte subaudiri poterat ad ἔμελψεν, saepius hoc factum existimans, quod meretricem magis decebat quam virginem regiam. Ἔμελλεν obtinuit in Turnebiana, in quo intell. ex antecedentibus προσειπεῖν.

223. V. Ἀγνὰ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς φίλου τρ. εὔποτμον αἰῶνα, nec sententia sincera, nam tacuisse Iphigeniam, ex antecedentibus apparet, nec metris incorruptis. et ἁγνὰ quidem τοῦ ἀταύρ. interpretamentum, εὔποτμον vero τοῦ τρίσπονδον, quod Schol. male sic explicat: πολλὰς θυσίας ποιοῦντα καὶ εὐωχίας καὶ συμπόσια. neque de Agamemnonis, sed de Iphigeniae, vita infe-

riali, *τρισπόνδῳ* (nam tribus, mellis, lactis et vini, *σπονδαῖς* inferiae constabant), hic agitur.

225. V. *οὐκ εἶδον, οὔτ' ἐννέπω*, satis inepte, versuque vacillante.

227. V. *μαθεῖν*, inconcinne. De non finita cum versu sententia vid. ad Eum. 256.

230. V.:

Τὸ δὲ προκ.
Ἐπιγ. ἂν ἤλυσις, προχαιρέτω.
Ἶσον etc.

quae indicasse satis habeo.

232. V. *ξύναρθρον ἄταις*, mendose.

233. V. *τούτοις* legitur pro *τοῖσιν*, inconcinne quidem.

234. V. male: *τόδ' ἄγχιστον ἀπίας*, et seq. versu *ἀμέτρως: μονόφρ.*

236. V. *τίειν*, frequentissimo librariorum lapsu: nam *τίειν* priorem syllabam producit, *τίνειν* corripit. quod semel moneo.

250. V. sic interpungitur: Ἔστιν· τί δ' οὐχί; μὴ δολώσαντος θεοῦ, quasi nullo deorum unquam fallente, cum passim de dolis et fraudibus deorum querantur veteres. Iam, subaudito ex antecedentibus *τέκμαρ*, sic oratio procedit: Ἔστιν (τι τέκμαρ) θεοῦ (τινὸς) μὴ δολώσαντος. Intelligitur autem Vulcanus, non fallax ille dictus ob splendorem ignis longe lateque conspicuum. cf. 258.

259. V. *ἀπ' ἀγγάρου*. Stanl.: angariantis, quasi nostrum legisset saepissime autem in compositis *ὑπὸ* similitudinem rerum inter se denotat, velut in *ὑπόγλυκυς, ὑπόγρυπος, ὑποδακρύω.*

260. Ἑρμ. λ., ὄρος Λήμνου, ἐν ᾧ ἐτιμᾶτο ὁ Ἑρμῆς. Schol.

262. De Atho, Macedoniae monte nobilissimo, sic Mela 2, 2.: Athos mons adeo elatus, ut credatur altius etiam, quam unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet.

263. V. *ὥστε νωτίσαι*, Ἰσχὺς πορ. λ. πρ. ἡδονὴν Πεύκη, τὸ etc. Et de inutilitate quidem τοῦ *ἡδονὴν* fere conveniunt interpretes, verbum *νωτίσαι* frustra defensum eunt. Non immerito autem distantiae intervallum inter Atho montem et Messapium

nimis longum videbatur Clar. Schützio, ut corruptionem vel τῶν πρὸς ἡδονὴν, vel τοῦ Πεύκη (uterque vero depravatus locus) etiam ipse suspicaretur. Et si quidem situs locorum addiceret, de Ἡδονὴν, intell. γῆν, Thraciam, cogitares. (corripitur autem verbi media syllaba Lucano Pharsal. 1.) Unice convenit mons Thessaliae, Pelion. nec vero difficile est causam depravationis explorare: cum enim compendium τοῦ πρὸς omittendae literae Π ansam praebuisset, abiissetque, facillima permutatione, ΛΙΟΝ in ΔΟΝ, verbum mancum ΗΔΟΝ addendo ΗΝ sanare sibi visi sunt librarii. πεύθη servatum ab Hesychio. Schützius: πεύκης, duplices certe nominativos vitans.

266. Μακίςου, speculatoris, sic appellati.

270. Pausan. 9, 22.: Τῆς δὲ Βοιωτίας τὰ ἐν ἀριςερᾷ τοῦ Εὐρίπου Μεσάπιον ὄρος καλούμενον.

272. ἐρείκη, arbor fruticosa, cremando apta, praesertim γραῖα, itaque aridior.

274. Asopus fluvius agri Thebani nobilissimus. Ibidem mons Cithaeron.

279. Hesychius, laudante Clar. Schützio: Γοργῶπις· Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ. Λίμνην Φασὶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ, εἰληΦέναι δὲ τοὔνομα διὰ τὸ Γοργὼ (sic enim leg. cum Schützio pro vulgato Γόργην) ἐμπεσεῖν εἰς αὐτήν.

280. Αἰγιπλ., ὄρος Μεγαρίδος. Schol.

283. Φλ. μ. π. Schol.: πώγωνα λέγει τὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν ἀκμὴν τοῦ πυρός· καὶ ὁ πώγων γὰρ εἰς ὀξὺ λήγει. Iisdem verbis rationem praebet Schol. Homeri antiquus, quare Πώγων, Latinis Pogonus, Troezeniorum portus appellatus fuerit. Πώγων δὲ, inquit, ἐκλήθη ἀπὸ μεταΦορᾶς τοῦ πώγωνος, διότι λήγει εἰς ὀξύ. Stanl. sic et βόςρυχος usurpari, monet Sch.

284. πρῶνα hunc Spiraeum promontorium intelligo: nam, quem Heathius volebat, mons, cuius in vertice Hermione sita erat, remotior ille quidem a viae directione. Ceterum v. leg. ὑπερβάλλειν. correxit Sch.

285. V. Φλέγουσαν, mendose, ut passim inter se confunduntur Α et Ι.

286. Ἀρ. α., collem Argis vicinum. Sch. ὄρος Ἄργους. Schol.

296. V. διηνεκῶς θ. ἂν, ὡς λέγοις π. Sed, ut concedam, verba ὡς λέγοις πάλιν recte sic verti: „itaque iterum dicas," nimis pro imperio dictum hoc, ni fallor, esset. cf. 240.

310. V. τύχης, frigide.

311. leg. οἰκήμασι.

313. V. — ἀπαλλαγέντες, ὡς δυςδαίμονες, sententia obscurata.

315. Post hunc versum v. interpretatio τοῦ πολιςςούχους legitur, in versus modulum redacta, haec:

Τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς, θεῶν θ' ἱδρύματα.

Verebatur interpres, ne quis urbis Argorum deos intelligeret, quod nisi ineptus nemo facile potest. verba θεῶν θ' ἱδρ. petita ex versu 492.

322. Recte haec ita παραφράζει Schützius: fieri facile posset, ut clades eorum, qui perierunt, ad vindictam excitaretur, diis quippe iratis.

326. ἁπλῶν ἐσθλῶν, bonorum sincerorum, i. e. malis haud contaminatorum sive adulteratorum. ἀπροςδιόνυσον est vulgatum πολλῶν. excidit autem, ut passim, versus litera initialis. Similiter peccatum in Antonini Liberalis Metamorph. Cap. 4., ubi v. legitur: καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον. Scribendum: κ. π. τ. ἁπλῶς ἀ. τ. Φ. 'Απλῶς, facile, ut Eurip. Iphig. Aul. 897.

330. κάμψαι. Subaud. ὡς: integrum enim esset: ὡς αὐτοὺς ('Αχαιοὺς) κάμψαι etc. Schützius: Δίαυλος proprie est cursus, quo quis in stadio, postquam a carceribus ad metam excurrit, ab altera parte a meta ad carceres redit. Et haec duo quidem curricula κῶλα appellabantur. Apta igitur metaphora exitum ad bellum Troianum τὸ πρῶτον διαύλου κῶλον, reditum vero alterum κῶλον vocat.

341. V. ἄςρων, obscure. ἄςων, Troiae, plurali singularis vicem praestante. ἄςη legitur apud Euripidem. quod nisi placeat, reponere quoque possis ὑπέρακρον.

Sed legendum procul dubio ὑπεράκρως pro ὑπὲρ ἄςρων vel ὑ. ἄςων, quorum hoc frigidiusculum est, illud sensu cassum. Dicit chorus, deum nec parum vires intendisse, nec nimium, sed iuste iaculatum esse.

342. V. B. ἤ. σκήψειεν. sed prorsus inusitatus anapaesticus

paroemiacus, in molossum exiens, ut de mala fide verbi dubitari vix queat.

343. V. ἔχουσιν, fluctuantibus interpp. ἔχουσιν, ἡμῖν, choro. Διὸς πλ. Troiae expugnationem. cf. antecedentia.

344. V. τοῦτό γ', mendose.

345. V. ἔπραξεν, refragante metro. sensit Arnaldus.

346. τὶς, i. e. nonnulli anterioribus temporibus: nam ab sua memoria tantam insaniam amolitur Noster. cf. 350.

351. V. omittitur γε, quod et sententiae aptissimum est, et, quominus versus pro glyconeo hypercatalecto habeatur, prohibet.

354. Ὑπὲρ τὸ βέλτιστον, i. e. τὸ ὑπερβέλτιστον, ut dicitur ὑπεράγαθον de valde bono.

362. V. inepte: προβουλόπαις. Ἀποβουλόπαις idem atque ἀπόβουλος παῖς, quomodo apud Euripidem Proserpina audit καλλίπαις, i. e. καλὴ παῖς, ut recte Scholiastes interpretatur. dicitur autem ἀπόβουλος pro ἄβουλος, ut ἀπόθριξ, ἀπόνοια, ἀποστέργω, pro ἄθριξ, ἄνοια, ἀστέργω.

364. Retinendum esse φῶς (nam φὼς placet Schützio), sequentia αἰνολαμπὲς σίνος ostendunt, quibus eadem metaphora et continuatur et explicatur. Intelligo autem facem illam, quam parere sibi visa est Hecuba, Paridem enixura. quem cum occidi iussisset Priamus, οὐκ ἐκρύφθη, i. e. e conspectu hominum ablatus non est, sed vixit et inter cives versatur, imo, quamvis malus, divinisque etiam oraculis insignitus ad perniciem, iustus habetur, δικαιωθεὶς πέλει, ceu malus numus.

367. προσβολαῖς, commixtione cum aliis numis, unde sordes contraxit: sive allisione ad res immundas. quamquam priorem explicationem praefero.

370. παῖς, Paris. ποτ. ὀρ., Helenam.

373. τὸν ἐπίστροφον τῶνδε, ὃς ἐπιστρέφεται εἰς τάδε, qui talia curat, talia appetit, talium gnarus est, ut fere usurpatur ἐπιστρεφής.

384. V. πολὺ δ' ἔστενον, ruente versu.

385. V. δόμων προφῆται, sed cavendum erat, ne verbum ἐπέστενον penderet.

386. V. Ἰὼ, ἰὼ δῶμα, δῶμα καὶ πρόμοι, corrupte, quod vel metrum ostendebat.

388. V. Πάρ. σιγᾶσ' (quod fuerit σοὶ γὰρ, ex interpretatione) ἄτ. — σοὶ, τῷ λέχει.

392. κολ., statuarum Helenae, quas habuisse domi probabiliter fingitur Menelaus. Sch.

394. ὀμμ. δ' ἐν ἀχ., propter defectum oculorum. Quamvis enim eleganter fabricatae sint statuae, carent tamen oculis, adeoque admirationem quidem excitare possunt, amorem non item. Id.

397. V. πάρ. δόξαι Φέρ., refragante versu antithetico.

399. V. Μάταν γὰρ, εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν, quae vitiosa esse, Schützio quoque suboluit. sensu autem non carent ista, sed frigent, eadem sententia modo elegantius enuntiata. vide an rem tetigerimus. certe ὄναρ frequentissimo vitiorum genere in ὁρᾶν videtur abiisse, nec multum absimilia δυςτυχοῦντ' et τις δοκῶν.

400. V. παρ. διὰ χ., intolerabili, etiam apud Aeschylum, asyndeto.

402. V. ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθοις, male concurrentibus dativis.

403. κατ' οἴκους, quasi non haec omnia *domibus* accidissent. cuius domo evenissent, quae iam exposita sunt, id dicendum fuit. lego itaque κατ' ἄκρας, in arce Menelai, cui recte opponuntur ceteri Graeci.

405. V. τὸ π. δ. ἀφ' Ἑλλ. αἴας συνορμένοις, inconcinne.

409. τις optime additum a Clar. Schützio, ut sententia requirit. nec probabiliorem emendandi viam reperias.

412. V. ἐκ. τοὺς δόμους εἰςαφικνεῖται, metro perdito. Schützius: ἐκ. δόμους ἀφικνεῖται.

414. V. σώμ., καὶ ταλ. ἐν μάχῃ δορὸς, invito versu antistrophico, cuius genuinam scripturam quoniam satis certo reperisse mihi videor, hic ad illius exemplar refingendus fuit.

420. V. ἀλλ. διὰ γυν., itidem ἀμέτρως.

423. V. Ἀτρείδαις. Οἱ δ' αὐτοῦ π. τ. θ. Ἰ. γ. Εὔμορφοι κ., sententia loci prorsus obscurata. nam id crimini dari Atridis significatur, quod neque ipsi occubuerint, et hostium terra expugnata opes accumularint (ἔχοντες, 427.).

429. V. *δημοκράτου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.* Schützius *δημοκράντου.* Dicit chorus, plebiscita tutiora esse quam regum imperia, quae odisse soleat populus, plebiscita non item.

437. V. *ὄσσοις*, vitiose. *ὄσσαις*, *ἐπὶ ὄσσας*.

444. V. *διήκει θοὰ βάξις*, corrupto metro.

445. V. Τίς *οἶδεν; ἤτοι θεῖόν ἐςι μὴ ψ.*

447. V. *παραγγέλμασι*, inconcinne.

450. V. *αἰχμᾷ. ἀκμὰν γυναικὸς* accipio quasi summum naturae muliebris, ubi reperias quicquid consuetissimum est feminis. totum pro parte usurpans, *naturam* verti.

452. V. *πιθανὸς ἄγαν ὁ θῆλυς ὅρος ἐςιν.*, procul dubio mendose.

455. V.:

T. *εἰσ. λαμπάδων φαεςφόρων*
φρυκτωριῶν τε καὶ πυρὸς παραλλαγάς,
εἶτ' etc.

scilicet de facibus accepto *φωςφόρων* nescio quis adscripsit *λαμπάδων φρυκτωριῶν*, alius ineptior *πυρὸς*, ineptissimus vero omnium, reponendo *φαεςφόρων*, et glossemata ista utcunque coniungendo, novo, si diis placet, versu poëtam donare sibi visus est.

459. V. *δέ μοι κάσις.* sed solus rei testis neque esse poterat exortus pulvis, neque, secundum Nostri narrationem, erat, quoniam et ipse praeco iam videbatur. nempe cum *καὶ* a simili, quae sequitur, syllaba absorptum esset, *μοι* inductum est ad sarciendum versum. *τάδε* vel *ταῦτα* familiariter significat res, de quibus paulo ante actum est.

461. V. *φλόγα*, mendose. per contemtum cortex tantum nominatur, tota arbor intelligitur.

465. His dictis intus abit Clytaemnestra, funesti quid paratura. cf. 550.

469. V. *δεκάτῳ*, merito improbantibus Stanleio et Fourmontio, Hist. de l'Acad. des Inscriptt. tom. 3. p. 81. Vere autem decimi anni capta Troia. vid. Stanl. ad 59.

474. *ὁ Πύθιος.* cognomen Apollinis ab urbe Delphorum, quae olim Pytho. Hostem Graecorum in bello Troiano fuisse deum, aeque notum est.

476. V. ἀνάρσιος, nimis inelegante metro. dicitur autem h. l. Apollo sic ἄρσιος, ut Dirae Εὐμενίδες, pro more Graecorum, male ominatis verbis abstinentium. Abresch. ad h. l.: „Ἦλθες ἀνάρσιος, inquit, h. e. *fuisti* immitis, ut recte interpres, ἔρχεσθαι posito pro εἶναι, ut ἥκειν Oed. Tyr. θεοῖς ἔχθιστος ἥκω. Oed. Col. 1240. ἔχθιστον φθέγμα τοῦτ' ἥκει πατρί.“ — Sic et οἴχεσθαι Cho. 617.

478. De ἀγωνίοις θεοῖς vid. Suppl. 174.

480. Tutorem et patronum suum Mercurium venerabantur praecones. Sch.

481. Heroas πέμψαντας intelligo Castorem et Pollucem, nautarum deos, et Argivorum patria numina, unde recipere iubentur exercitum reversum.

485. τοῖσιδε, hisce, quibus me adspicere videmini. De πάλαι vid. ad Choëph. 205.

493. V. Καὶ σπέρμα πάσης, languidiore metro.

495. V. τίεσθαι, inconcinne, ut passim errarunt librarii.

501. V. ἔθρισεν, sed vix ante mutam cum liquida verbale hoc augmentum producitur.

508. V. Πῶς δὴ διδαχθεὶς etc., vel: Πῶς δή; διδ. sed δὴ haud dubie natum ex δι — . Ceterum tralatitie δεσπότης et δεσπόζειν, ἄναξ et ἀνάσσειν, in rebus inanimatis usurpantur, quae ad nos spectant, quasve intelligendo quasi potimur, ut dicitur δεσπότης τέχνης, qui artem callet, δεσπόζειν λόγου is, qui intelligit sermonem. Exempla passim obvia. quomodo et nostrates dicunt: *einer Sache Meister werden*, *eine Sache inne haben*, i. e. *sie verstehen*.

510. V. haec affirmative accipiuntur, minus bene.

511. γ' additum est ab Heathio, ut versus flagitat. sententiam quoque iuvat.

514. V. τῶν abest, tractum id quidem ab antecedente syllaba, legiturque ἔτρεις. Canterus reponebat κοιράνων pro τυράννων, et sic fere sequiores.

515. V. Ὡς νῦν τὸ σὸν δὴ καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις, quae ita utcunque explicare sibi videntur, ut sententiam praeconis, versu 504. declaratam, recoli a choro putent; quod ingenio Tragici fecundissimo parum dignum. imo significant senes,

tantum nunc ipsorum gaudium esse, quantus adhuc metus fuerit.

520. V. καὶ δυςαυλίας. sed dubium non est, quin mala navigationis molestiis opponantur in continente exantlatis. ista igitur dicuntur μόχθοι δυςήλιοι, quoniam solis lumine per nubes intercepto tempestates oriri solent.

522. V. λαχόντες, quod fere omnes mendosum indicarunt. Schützius tamen tentabat οὐ λαχόντες, ut haec participia verborum rectorum instar posita essent, q. d.: τί δ' οὐκ ἐςένομεν, οὐ ἐλάχομεν, ἤματος μέρος. sequor Heathium. λακόντες, latrantes, i. e. vehementer (terram) desiderantes, vehementer vociferantes. cf. Pers. 12.

Ceterum hanc ἀποσιώπησιν accipio, quomodo et 531.

527. V. τιθ. ἔνθηρον τρίχα, quibus merito offendebatur Stanleius.

Sic olim placuit; nunc perincommodum videtur τὸ ἐμὲ in communi narratione, itaque retineo veterem lectionem: τιθέντες ἔνθηρον τρίχα, ut ἔνθηρος utcunque dicatur capillus feris similis, ob madorem.

531. V. εὖδοι, soloece.

533. V. παροίχεται δὲ τοῖσι etc. sed tantum abest, ut in verbis παρ. δὲ peculiaris quaedam inveniatur ἐνάργεια, ut ne sententia quidem reprehensione careat. nam falsum est, mortuos tantum supersedere belli laboribus; supersedebant iis tum quoque viventes. sic autem τὸ εὖ et διδόναι εὖ similiaque passim usurpantur.

534. V. τὸ μ. α. μηδ' ἀναςῆναι μέλειν. sed occisos ante Troiam Graecos ne resurgere quidem, si datum fuerit, desideraturos, cum bellum feliciter finitum sit, triste et μισάνθρωπον commentum est, Graiorum ingenio, minime mystico, indignum.

535. V. ἐν ψήφῳ λ., mendose. ἐν ψέφει, in Orco.

536. παλίγκοτος translatum a vulneribus semper recrudescentibus, quae fere insanabilia sunt, ad mortem.

544. V. ἀρχαῖον γάνος. sed quomodo antiqua vocari possint spolia modo allata, non intelligo. ἀκραῖον γάνος recte appellantur praedae, in templis suspensae, quae montibus edi-

tisque locis inaedificari solita. Simile erratum obscuravit Sphingis fragm. 1. et Vitae locum quendam.

551. V. ξὺν δὲ πλ., sed τε ab antecedente καὶ requiritur.

552. Intus ituro in palatium praeconi obviam fit Clytaemnestra. cf. 465.

557. V. haec ita concipiuntur: — αἴρεσθαι κέαρ." Λόγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ' ἐφαινόμην. sed inepte proprium feminarum dicitur, αἴρεσθαι κέαρ, quasi non viri quoque laetarentur, λόγοις τοιούτοις reginam efferri, id vero culpandum videbatur illis, de quibus dicit.

567. V. — ἥδιον, δρακεῖν Ἀπὸ στρατείας ἄ. σ. θ., Πύλας τ' ἀνοῖξαι; Et τε quidem male additum a Pauwio.

577. Ἢ χαλκὸς βαφάς. Minime inepta haec est Pauwii coniectura, quam felicissimis potius viri commentis annumero. Cogitanda est regina dicere haec verba submissa voce et a choro et praecone aversa, quos irridet contraria, atque illi expectabant, oratione: cum enim dicit, se alieni viri tam inexpertam esse, quam ferrum tincturae, significat nimirum, adulterio se minime abstinuisse. V. χαλκοῦ β., quod Schützius interpretabatur: vulnera ferro inflicta.

580. V. corrupte: εἶπε μανθάνοντί σοι et sequente versu εὐπρεπῶς.

581. τορ. ἑρμ., interpretem, i. e. oratorem, qui eloquitur, quae palam omnes audire liceat. Intelligitur ipsa Clytaemnestra, praeconem publice gratis verbis allocuta.

585. V. λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά. τἀψευδὲς, ἀψευδῶς. — Praestat tamen servari veterem lectionem, commate posito post λέξαιμι, ut sensus sit: Nequaquam dicam, pulcra mendacia per longum tempus amicos esse iuvatura. [i. e. nequaquam ea iuvant. cf. v. 1299.]

587. Valckenar. in Eurip. Hippol. 208. „Marklandus," inquit, „in Eurip. Suppl. 796. πῶς ἂν ὀλοίμην optime reddidit *utinam peream*. Utinam, εἴθε, εἰ γὰρ, ὡς, praesertim in Euripideis, dicitur πῶς ἄν. Alc. 864. Med. 97. Iphig. Taur. 627. Hippol. 345.: Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας· utinam tu mihi diceres. Orest. 1057.: Πῶς ἂν ξίφος νῷ ταυτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι, Καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν. Saepius ὡς, fortasse non nisi semel in Sopho-

cleis πῶς ἂν hoc sensu reperitur, Philoct. 791. Nusquam ista ceperunt interpretes, in minutis saepe voculis lapsi."

594. leg. ξυντόμως.

598. Φύσιν, i. e. φυτὰ, quicquid in terra crescit sive alitur.

600. V. κότῳ. sed quis tempestatem finiri dixerit δαιμόνων κότῳ? Ipsa vero recte et eleganter sic appellabitur.

602. V. μαίνειν· χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν. quae alii aliter explicare student, ut fieri solet in corruptis locis.

608. Constat, binas lanceas a singulis, qui in proelio manus consererent, gestas fuisse. Sch.

610. π. τ. Ἐρ., hunc cantum Furiarum, i. e. Furias decentem. Intelligitur autem expetita a choro narratio tempestatis.

619. Θρήκιαι πνοαὶ, septentrionales venti procellosi.

621. V. βίᾳ χειμῶνι, τυφῶ ξὺν etc. β. χ. Abresch. accipiebat βιαίᾳ χ., Sch. βιαίως χ.

622. ποιμ. κακοῦ, venti.

624. Ab nostro usu, inquit Clar. Schützius, abhorret hoc, quod florendi et florum notionem plerumque tantum ad res bonas et gratas transferimus, cum Graeci eandem etiam in malis et adversis rebus adhibeant. Sept. ad Theb. 952. Choëph. 147. 1019. cf. Abresch. ad h. l.

625. V. ναυτικῶν τ' ἐρειπίων. Sch.: ναυτικοῖς τ' ἐρειπίοις, minus probabiliter.

626. V. δὴ, ναῦν τ' ἀκ., mendose. sic passim σκάφος periphrasi inservit navis.

629. V. ναῦν legitur pro νιν, τὸν θεὸν σώζοντα, sed tunc dedisset, opinor, Noster ἐνέζετο. et longe concinnior iam imago exsistit.

630. V. μήτ' ἐν ὅρμῳ κύματος ζ. ἔ., mendose.

648. V. Μή τις, ὅντιν' ο. ὁρ. π. τ. π. γλ. ἐν τύχᾳ νέμων. procul dubio corrupte. Divinae sapientiae tam apti nominis, quam ei videtur esse Helenae, inventionem tribuit chorus.

652. convenienter nomini suo. Sch.

653. Ἑλένας. Malim propemodum Ἑλενῆς sive Ἑλενᾶς, i. e. Ἑλενηΐς, verbo formato ad exemplar τοῦ ἐχενηΐς. sic pro Νηρηΐς, Νηρηΐδες, per contractionem, dicitur Νηρῆς, Νηρῆδες.

655. πρ. h. l. eadem sunt quae alias παρακαλύμματα, vela,

quibus ianuae thalamorum aut cubiculorum obtendebantur. Itaque ἐκ πρ. est i. q. ἐκ θαλάμων. Sch.

656. Quis fando inaudivit, Gigantum e numero esse Zephyrum? v. tamen legitur Z. γίγαντος αὔρα.

659. V. κελσάντων. Schützius κέλσαντες. sequor Stanleium: nam quem omittere quidem amant in nominibus propriis Attici articulum, interdum tamen et ibi addunt. exempla passim obvia. vid. Sept. ad Theb. 450.

662. Lusus verborum, nam κῆδος et affinitatem et luctum sonat.

664. μῆνις, Graecorum. Sch.

670. γαμβροῖσιν, Paridis. Id.

673. V. πολύθρηνον μέγα που. sed haec consistere simul nequeunt. Fertilem fuisse Troadem, inter omnes constat. Homerus, laudante Cellario, Il. 2. sub finem:

Τῶν οἳ Λάρισσαν ἐριβώλακα ναιετάασκον, κ. τ. λ.

Fuit autem Achaeio contigua Larissa et Colonae, ipsis quoque oppidis Troianis.

675. V. παμπρόσθη, vitiose. nostrum Heathio debetur.

676. V. πολιτᾶν, inconcinne.

680. V. Οὗτος, male, quod vel metrum ostendebat, neque Heathianum γε admittendum est, ne Paris intelligatur, quod a sententia loci alienissimum.

694. V. δὲ legitur post ἄμαχον, invito versu, et puncto, quod vocant, distinguitur post πολυκτόνον, sententia impedita.

698. παραυτὰ (παρ' αὐτὰ), hisce similiter, ut recte interpretatur Heathius. Fugit haec verbi significatio lexicographos.

704. V. γάμου πικρὰς τελευτὰς, exstincto metro, minusque eleganter.

705. V. Δύσεδρος, inepte. Δύσερως erga Paridem, δυσόμιλος erga ceteros Priamidas, fuit Helena.

721. V. νεαρὰ φάους κότον, mendose. Schützius, ad τίκτειν haec referens, legebat νεαρὸν φάει σκότον.

722. V. Δαίμ. τε τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ex interpretatione, quod versus clamat.

723. V. μελάθροισιν ἄτας, sed abesse nequit coniunctio.

724. V. εἰδομέναν, vitiose.

725. V. δυςκάπνοις δώμασιν, τὸν δ' ἐν. τίει β., inconcinne.

727. χρυσόπαςα ἐσθλὰ, auro picta bona, seu sedilia, seu strata et vestes intelligas, haud peius dictum atque infra 872. ἐν ποικίλοις κάλλεσι βαίνειν.

729. V. ὄμμασιν ὅσια προςέβα, τοῦ (quod fuerit τὰν) δύναμιν, corruptissime, quod vel metrum indicabat. et ὅσια quidem natum ex antecedente — ασιν.

738. V. προτίουσι, solito errore.

746. Φωτὸς, τοῦ ἀγαθοῦ προβατογνώμονος.

749. V. ἐπικεύσω, inconcinne. nostrum a Pauwio est.

755. V. πόνος, obscure. πόνον, bellum.

757. τὸν ἀκαίρως οἰκουροῦντα. Clytaemnestram, ut passim, sugillat chorus.

762. V. Δίκας γ. ο. ἀπὸ γλώσσης θ. Κλ., ἀ. Ἰλίου φθοράς. De ἀπόγλωσσος, i. e. ἄγλωσσος, vid. ad 362.

766. V. Ἐ. προςήει χειρὸς οὐ πληρουμένη. Describitur vasculum tanquam Amaltheae quoddam cornu.

768 ζῶσι, vigent. sic passim ζώειν. vid. Musgrav. ad Sophocl. Oed. T. 44.

774. V. abest τε, quod fieri per sententiam nequit.

779. V. ἐς τὸ σὸν φρόνημα, satis inepte. τὸ συμφρόνημα, i. e. τὸ τῷ δυςπραγέοντι ἐπιςενάχειν, καὶ τὸ ξυγχαίρειν, de quo chorus supra 736 — 743.

799. V. Πειρασόμεσθα πήματος τρέψαι νόσον, sed loquacis esset, idem simul proprie (πῆμα) et figurate (νόσον) dicere.

800. V. δόμους ἐφεςίους, obscure.

813. Describitur nunciorum alius post alium adventus celer, ut, cum unus adstet (ἥκει), alter iam superveniat, peiora narraturus (ἐπειςφέρει κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα).

825. V. Πολλὴν ἄνωθεν (τὸν κάτω γὰρ οὐ λ. χθονὸς) τρίμοιρον κ. τ. λ. Laena terrae seu terrena dicitur tumulus, quomodo lapides iniecti λαΐνεος χιτὼν apud Homerum.

826. τρ. χλ. ἐξ. λ., i. e. ter mortuus, ter humatus foret.

831. ἐκ τῶν, i. e. ἐξ ὧν, qua de causa. Vulgata ἐκ τῶνδέ τοι vitio non carere, sensit quoque Schütz.

842. V. — ἀμφί σοι πάθη Ὀρ. πλ. τοῦ ξυνεύδοντος χρ. Τῶν

ξυνευδόντων χρόνῳ, i. e. earum calamitatum, quas per somnum, sero tandem captum, conspicere mihi videbar.

Nunc 843. sic legendum puto: πλείω τοῦ ξυνείδοντος Χρόνου: plura, quam, revera accidisse tibi, Tempus conscium est. Personificatio est χρόνου.

851. V. Τερπνὸν — ἐκφυγεῖν ἅπαν. Τοιοῖσδε — προσφθέγμασιν. ἐκφυγόντα, Agamemnonem.

854. V. Νῦν δ', ἐμοὶ φ. κ., minus bene.

860. V. ὡς ἂν ἡγῆται δίκη.

865. Ἐξ. Intell. λόγον. sic passim ἐκτείνειν et τείνειν, velut infra 1237.

867. V. Κ. τ. μὴ γυναικὸς ἐν τ. ἐ. Ἄ., μηδὲ β. etc.

886. Haec de Priamo intelligenda arcteque connectenda cum antecedentibus regis dictis, neque hilum omissum est.

891. V. νίκην τήνδε δήριος τίεις. Auctoritate caret δήριος.

892. V. Πιθοῦ· κράτος μέντοι παρεὶς, versu pessimo. τῶν, τούτων. Callidam his verbis inesse ambiguitatem, unusquisque sentit.

894. V. τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν π., me quidem haud intelligente.

899. Τούτων. intell. ἕνεκα. vid. Bos v. ἕνεκα. Formula satis nota.

909. V. παγκαίνιστον, quod (quo iure, nescio) vertunt *semper novum.* Forma παγκοίνιστος pro παγκοινότατος hoc loco probatur. Ceterum similiter lapsi librarii Eum. 649., ut facile confunduntur literae α et ο.

918. V.:

— — δόμοις·
Ὅταν δὲ τεύχῃ Ζ. ἀπ' ὄ. π.
Οἶνον, τότ' ἤδη ψ. ἐν δ. πέλει,
Ἀνδρὸς κ. τ. λ.

Quomodo Iupiter ex acerba uva vinum procreet, ita calorem in hiemis frigore imperare dicitur Agamemnon.

Iam vero considera verborum τελεῖ, τελείου, τέλειε, τέλει et τελεῖν paronomasiam, quae frigide argutantem consiliaque secum agitantem mulieris animum bene exprimunt. ut illa quoque supra 845 — 850.

923. MSS.: δέ τι σοὶ, mendose.

932. V. ξυνεμβόλοις ψαμμίας ἀκάτας, obscure.

943. V. πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν, male concurrentibus dativis, minusque poëtice.

945. V. Εὔχ. δ' ἀπ' ἐμᾶς τι (vel τιν') ἐλπίδος etc.

948. V. abest τὸ, recte id quidem additum a Schützio, qui et ἀχάριστον reponendum vidit pro vulgato ἀκόρεστον.

953 — 966. Significat chorus, opum iacturam ferri posse, vitae esse irreparabilem.

955. πρὸ coniungendum esse cum βαλὼν, vidit Sch.

963. V. προπ. ἀνδρὸς μέλ. αἷμα, ex interpretatione.

965. V. Οὐ δὲ τὸν ὀρθοδαῆ τοὺς φθιμένους ἀνάγειν Ζεὺς αὐτ' ἔπαυσεν; quae de Aesculapio accipiunt, Iovis fulguribus occiso, quod Hippolytum ab inferis revocasset. sed τοὺς φθιμένους ab interpretante esse, ostendit versus. adscripta ista fuere τῷ τινά.

968. V. Μοῖρα Μοῖραν ἐκ θεῶν εἶργε. Μῶρον ἐχθέων, insanum i. e. acerrimum odium, quo Clytaemnestram et Aegisthum persequitur chorus. Quod hic significant senes parum abfuisse quin facerent, infra 1559. sqq. revera faciunt, unde μωρίας accusantur ab adultero.

972. βρέμει. intell. καρδία.

975. V. ἐκτολυπεύσειν, ζωπ. φρενός.

977. V. ἀμηνίτως. Auratus apud Stanl. ἀμηνίτοις, minus bene.

978. κοινωνὸν εἶναι χερνίβων, i. e. ut Schützii verbis utar, victus consortem esse, nobiscum vivere, quoniam ante cibum capiendum abluebantur manus.

986. V. πάντα καὶ παρὰ στάθμην, sententia perversa.

989. V. Ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μ. ἀγρ.

993. V. — κεκτημένη Ἔσω φρενῶν λέγουσα, quae interpretari conantes operam oleumque perdunt editores.

996. V. θ. τήνδ' ἐμοὶ, ut τήνδ' ad πάρα referatur, intelligaturque Casandra. male: nam unusquisque demonstrativum illud, si verum esset, cum θυραίαν coniungendum esse existimaret, ut ambiguitatis vitio non careret locus.

997. V. Τρίβειν· τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσ. Ἕστηκεν ἤδη μῆλα etc.

sed quae tandem sunt μῆλα ἑςίας μεσομφάλου? num alia quaedam ac quae vulgo mactantur? Legitur porro: μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρὸς, inepte. Clytaemnestra, dictura: τὸ μῆχαρ τῆς τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀναιρέσεως, quam paratum it, repente obmutescit, callideque addit: — ἑςίας μεσομφάλου, quasi de adornando tantum sacrificio cogitasset. Haec digna, opinor, Aeschylo sententia.

1005. V. καὶ κακῶν κλύει φρενῶν.

1022. V. Ἀγυιεῦ τ' Ἀπόλλων ἐμός.

1023. τὸ δεύτερον, nunc Argis, ut olim apud Troianos incredulos, itaque una cum Casandra perditos.

1033. V. Ἀνδρὸς σφαγεῖον καὶ πέδον ῥαντήριον. sed quomodo domus σφαγεῖον appellari possit, non video, nec scio, quid sibi velit πέδον ῥαντήριον.

1037. Atrei et Thyestae inimicitias chorus tangit. vid. ad 1132.

1042. V. ἄχθος, corrupte, quod vel metrum indicabat.

1051. V. προτείνει δ. χ. ἐκ χειρὸς, inconcinne.

1053. V. O. ξυνῆκα· νῦν γὰρ ἐξ αἰνιγμάτων ἐπ. θ. ἀμηχανῶ. Παρεξαίνιγμα formatum ut παρεξέλεγχος et quae sunt huius generis alia non pauca.

1057. Haud incommode Clytaemnestra, ἡ ξύνευνος, appellatur ἄρκυς.

1058. V. ἀκόρεςος, minus apte ad versum. Exhibetur ἀκόρετος in Ald. versu 1084, ibique sustentatur etiam a Porsono. recte quidem.

1058. V. Κατολολυξάτω.

1064. V. ξυναντεῖ. De verbo ξυναυθεῖν vid. ad 624.

1068. V. λαβοῦσα μηχανήματι Τύπτει.

1070. V. Δολ. δὲ λέβητος, vitiato metro. ΔΕ natum ex ΛΕ —.

1076. V. φέρουσι μαθεῖν, sententia aeque ac metro laborantibus. cf. 1092.

1078. V. πάθος ἐπαγχέασα s. ἐπεγχέασα, quae simili crimine tenentur. ἐπ' ἀγχιςεῖ πάθει, post expositum cognatum (i. e. mei simile) Agamemnonis fatum.

1079. Agamemnonem alloquitur.

1086. Ἀηδών. Progne. vid. ad Suppl. 58.

1095. ὅρους θεσπεσίας ὁδοῦ. Apte Schützius comparavit Pindari ἐπέων οἶμον λιγύν, Ol. 8, 92.

1097. V. γάμοι bis legitur, quomodo et in antithetico versu πόνοι, et hic φίλων, illic τοπᾶν ad sequentes versus referuntur, pessime quidem divulsis sententiis.

1106. V. δυςαλγεῖ τύχᾳ μ. κακὰ θρ. Κακὰ, quod a versu abundat, glossema est τοῦ θραύματα.

1113. V. ἐμπέδῳ, vel ἐν πέδῳ, βαλῶ. Subiunctivus, ut passim, futuri vicem praestat. Eurip. Bacch. 846. — ἀνὴρ ἐς βόλον καθίςαται. Scriptor Rhesi 730: ἐς βόλον τις ἔρχεται, h. e. ἐμπίπτει.

1116. V. Τίθησι δαίμων ὑπ. ἐμπ., inconcinne.

1117. V. μελ. πάθη γ. θ. duris numeris.

Obiter monebo lectores, versus 1060 — 1065, 1071 — 1076, 1081 — 1086, 1091 — 1096, 1105 — 1107, denique 1114 — 1118 v. ferri strophas et antistrophas ς′, ή, ί, itemque versus 1077, 1087, 1097, 1108, nominibus inscribi stropharum atque antistropharum ζ′ et θ′, tenore quidem orationum pessumdato, quo admoniti nos ita, ut factum, digerenda ista existimavimus.

1122. V. ἐξήξειν, languide. Describitur πῆμα quasi sol sive aliquod sidus, χρησμὸς quasi turbatum mare, quod assurgens superare solem videatur, nubibus obductum.

1127. χορὸς, Furiarum.

1130. Vid. seq. annotat.

1132. V. Ὑμνοῦσι δ' ὕμνον. „Recte, ut opinor, Heathius hanc primam noxam interpretatur Myrtili caedem a Pelope patratam, conferri iubens Sophocl. Elect. 506 — 527. Eurip. Orest. 992 — 999." Sch.

Historia talis est. Pelope mortuo filii Atreus et Thyestes de regno disceptantes, pacti sunt tandem, imperium illius fore, qui prodigium primus exhibuisset. Occiderat autem Pelops Myrtilum, Mercurii filium, aurigam Oenomai, regis Eliorum, quamvis hominis artibus victoriam currus de Oenomao reportasset, regiaeque nuptias filiae, Hippodamiae, adeoque regnum adeptus esset. Quod facinus ulturus Mercurius agnum aureo vellere praeditum nasci curavit in Atrei gregibus, quod animal cum exhibere hic vellet regni causa, subla-

tum est traditumque Thyestae ab Aërope, Atrei coniuge adultera. Non tulit iniustum fratris imperium Atreus, sed tribus illius filiis clanculum mactatis, patrique pro cibo appositis, ipsum insuper occidit. Cf. infra 1496. et 1510. sqq.

1136. Similia habes 1214.

1137. προὐμόσας. prius iurans, quam cetera, quae futura sunt, dicam.

1138. λόγῳ, mente sola et τῇ μαντικῇ, absque experientia, quae denotatur verbis ὥςπερ εἰ παρεςάτεις 1142.

1144. V. — τέλει. Πϱοτοῦ μὲν etc. πϱὸ interdum idem valere atque ὑπὲϱ, in vulgus notum: quomodo dicitur πϱὸ παίδων μάχεσθαι.

1147. V. ἐμοί. correxit Sch.

1155. V. Ἰοὺ, ἰοὺ, ὢ ὢ κακά. prorsus ἀμέτρως. et ista ὢ ὢ valde κακόφωνα.

1157. V. Φϱ. ἐφημίοις, quae varie tentantur.

1160. V. θανόντες ὡςπερεὶ πϱὸς etc. Ὡςπερεὶ frigere, quisque, opinor, sentiet: vates enim tam graviter affecti sunt, ut, si ipsis fidem habeas, miraculosa quaecque videant, non videre videantur. Ἄσποϱοι, sine sobole, utpote pueri. quod miserationem auget.

1165. Λέοντ' ἄναλκιν. Aegisthum, qui Thyestae ex posteris fuit.

1169. V. οἷα γ. μ. κ., Λέξασα κ. κ. φ., etc. Canterus male κἀκτείνασα.

1171. Ἄτης λαθϱαίου, occisorum ab Atreo clanculum Thyestae liberorum. vid. ad 1152.

1176. V. τ' legitur pro γ', invito loci sensu. Ἅιδου μητέϱα, Orci matrem, i. e. infernalem, diram. Sic Eurip. Suppl. 773. dixit ᾅδου μολπὰς flebiles cantus, quales inferis conveniunt, Cyclop. 338. ᾅδου μαγείϱῳ (Polyphemo), Orci coquo, i. e. diro, abominando, Phoen. 1442. Βάκχα νεκύων, i. e. illaetabilis Thyas. Nostrates: *eine Satansbrut*, similiaque.

1180. V. Καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ π., corrupte. τὸν, τοῦτον, Agamemnonem.

1182. V. Ἄγαν γ' ἀλ., sed non indiget fulcro verbum ἄγαν, siquidem eius syllaba posterior per se longa est.

1185. V. ἀληθῶς.

1195. V. ἄγαν γ' Ἑλλ. sed vid. ad 1182.

1196. V. mala interpunctio sententiam obscurat, commate vel colo, quod vocant, post πυθ. posito, nec recte δὲ legitur pro γε. Significat chorus, quamvis Graece loquentes vates difficiles esse intellectu.

1197. V. πῦρ ἐπέρχεται δέ μοι, linguae ingenio et versu laesis. δέμας Stanleio debetur.

1202. V. κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσει κότῳ.

1203. V. Ἐπεύχεται θήγουσα φ. φ., intolerabili asyndeto, et friget τὸ θήγειν.

1204. V. Φόνον.

1208. V. — πεσόντ' · ἀγαθὰ δ' ἀμείψομαι, horridis numeris. — θὰ natum ex δ' ἀ —.

1217. V. Ἀπήγαγ' ἐς, minus bene.

1219. V. Φοινίῳ.

1225. Ut ὑπτιάζειν negligere interdum sonat, ita ὑπτίασμα h. l. id quod neglectum est. et aptissime ἄξεινος dicitur Orestes, ut paulo ante ἀπόξενος. Iacobi autem apud Stanl. emendatio haec est: nam v. legitur ἄξειν νιν vel ἄξει νιν.

1226. V. τί δῆτ' ἐγὼ κάτοικος ὧδ' ἀ.

1230. V. Ἰοῦσα πράξω, τλ., corrupte. ἄπρακτα, ἔπη, inania verba, oracula non-credita, qualia fuerunt Casandrae.

1238. θεηλάτου βοὸς, Iûs furentis.

1240. V. οὐ ξένοι, χρόνου πλέω. Stanl. ὦ ξ., Schütz. πλέων.

1248. V. Φεῦ, Φεῦ, rei non convenienter: nam a foetore quodam refugere se dicit virgo.

1249. τοῦτο, οἱ δόμοι, ut τόδε 1251.

1251. Καὶ — ἐφεςίων. Haec v. uno tenore sic exhibentur, quasi chori quoddam enunciatum, Casandrae orationem confirmans. quod quam aptum rei sit, alii viderint.

1253. Σύριον ἀγλάϊσμα. Nardum vel lirinon, quorum fertilissima Syria. δώμασιν pro δωμάτων positum, forma Colophonia.

1257. θάμνον, virgam viscatam.

1263. V. ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω Ἐμὸν τὸν αὐτῆς, Αὐτοῖς, Agamemnonis occisoribus.

1264. V. Ἡλίῳ, sed Solis non intererat vindictam de istis interfectoribus procurare.

1266. V. Ἐ. φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ, corrupte. ἐμοῦ a Schützio est.

1269. V. εἰ δὲ δυςτυχῆ, Βολαῖς etc., sententia aut nulla, aut inepta. Duplicia queritur Casandra: primum fortunae mutabilitatem tantam, ut vel σκιά τις res evertat humanas; tum multo magis (ἐκείνων πολὺ μᾶλλον) hominum levitatem, qua, rebus tantum non infeliciter gestis (εἰ δ᾽ οὐ δυςτυχῆ πράγματα), memoriam ante factarum iacturarum (βολῆς, i. e. ἀποβολῆς), quasi scripturam uda spongia deletam, prorsus excidere animo patiantur, itaque denuo imminentia mala nec praevideant nec caveant.

1273. Δακτυλόδεικτον. sic Stanl., optime. Δακτυλόδεικτον, seu τὸ δακτυλόδεικτον, i. e. δακτυλοδεικτεῖσθαι, digitis monstrari. „quod de viro beato dici," inquit Anglus, „sciunt omnes." Antea legebatur δακτυλοδεικτῶν.

1275. V. Μηκέτι δ᾽ εἰςέλθῃς τάδε φωνῶν.

1280. V. θανὼν, ἄλλων Ποινὰς θανάτων ἄγαν ἐπικρανεῖ, Τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν ἀσινεῖ etc., metris vitiatis, sententiaque per insipidum interpretamentum ἄλλων θανάτων deturpata.

1281. ἁγνῇ, sanctam, peccata expiantem.

1290. V. βοὴν, sed auctoritate idonea caret iste τοῦ βοὴ significatus, quo pro βοήθεια accipitur.

1295. V. Φροιμιάζονται γὰρ ὧς Τυρ. σημ. πράσσοντες πόλει. sed vix et ne vix quidem graecum est σημεῖα πράσσειν. πράσσειν πλέον seu τι πλέον dicuntur singulare quid tentantes. Eurip. in fragm. Philoctetis:

Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ᾽ ἐν πόλει νομίζομεν.

1297. V. μελλούσης κλ. Πέδον πατοῦντες.

1300. πέρα. Sic perbene Schütz. V. enim legitur πέρι. Sed interrogationem hanc nunc arbitror, haud mutato verbo πέρι. Verte: Nescio, quod consilium me invenisse dicam. [i. e. nullum inveni.] Atque consilia agitare num plus valet agendo? i. e. num profutura sunt consilia nostra, Aegistho et Clytaemnestra facinus iam patrantibus? τοῦ δρῶντος pro τοῦ

δρᾶν, ut passim adhibentur participia. Praecedente versu τυχὼν λέγω ferri potest, τυχὼν pro τυχεῖν accepto. cf. tamen Cho. 12.

1515. V. Πᾶς γάρ τις, inepte. Schütz: ὧς γ. τ.

1518. V. ἀφρ. πάλαι, quod propter statim sequens παλαιᾶς fraudis suspicionem movet.

1519. V. σὺν χ. γε μήν· Ἕϛηκα δ' ἔνϑ' ἔπεσ' ἐπ' ἐξ., nec sententia nec metro sinceris. Stanl. ἕϛηκε. ἔνϑ' εἴποις, int. ϛῆναί νιν, ubi dixeris, seu conieceris (i. e. ubi iustum fuit), eum substitisse (i. e. quievisse, occidisse) propter scelera, Iphigeniae caedem, quae mihi punienda fuit.

1521. V. ἔπραξα, languide, et invito linguae ingenio, nam retento ἔπραξα, vix abesse poterat nomen seu pronomen, quo designaretur Agamemnon, ne ipsa Clytaemnestra nec fugere nec mortem propulsare videretur potuisse. quod ab re alienum.

1524. V. περιϛοιχίζω, inconcinne. Canterus, nescio qua fretus auctoritate, reponebat περιϛιχίζειν, eodem sensu. Malae vestis divitiae dicuntur innumerabiles eius plicae, quibus involutus concidit rex. nam pretiosum illud indusium fuisse, neque ulli scriptori memoratur, neque id quicquam ad rem.

1525. leg. οἰμώγμασι.

1527. V. post ἐπενδίδωμι commate, quod vocant, interpungitur, subaudito πληγήν. sed pertinet τρίτην ad χάριν.

1528. Egregie in literis ad me datis eruditissimus G. L. Spalding, professor humaniorum literarum Berolinensis: „Σωτὴρ," inquit, „Pluto appellatur unice per respectum ad proverbium: Τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, quia est tertia plaga." cf. Epigon. fr. et quae ibi annotata. Decet talo acumen argutam ferocemque mulierem. vid. ad 918.

1530. V. αἵματος σφαγήν.

1531. cf. 1370. 71.

1533. V. Γᾶν, εἰ σπορητὸς κάλυκος. Schützius: γᾶν εὔσποϱητόν. Nos γαία pro ἐς γῆν accipimus.

1536. Εἰ ἦν πρεπόντων. i. e. εἰ ἦν πρέπον, ἔπρεπε. vid. eruditiss. Wolf. Demosth. Leptin. 2. νεκρῷ, Iphigeniae. sic fragmm. incert. 7. γνώμη τῶν κεκτημένων, i. e. κεκτημένου τι ἐϛί.

1337. V. Τάδ' ἂν δικαίως ἦν, frequenti lapsu. τάδε, Agamemnonis caedes.

1338. *Crater malorum* proverbialiter dici, satis notum. inde et αὐτῷ κρατῆρι γίνεται (sic enim legendum censeo, pro γίνῃ) κακὰ, apud Diogenianum. Stanl.

1351. V. Ἀπέδικες, ἀπέταμες· Ἄπολις δ' ἔσει μῖσος etc. sed neque abiectus nec desectus dici potest Agamemnon; Clytaemnestra utrumque, et elegantissime quidem, potest. Ἄπολις metrum evertit. periit τοῦ ἀπὸ posterior syllaba, tracta a simili sequente. Ἀπόδικος rite formatum a verbo ἀποδίκω.

1364. V. παρεσκευασμένης Ἐκ τ. ὁ. Perbene emendavit Clar. Schütz.

1369. V. Φονολ. τύχα, mendose. Φονολιβεῖ, seu Φρενὶ, seu τινὶ, subaudias, nihil interest.

1370. V. λίπος. sed τῷ λίπει nihil hic debetur. sequor Stanleium.

1371. V. ἀτίετον, versu impedito. Sensit Pauw.

1374. V. ἀκούεις, quod dudum emendatum a Stanleio, qui et ἀκούοις in medium attulit, haud male.

1375. Signo (,) interpungentes post δίκην, loci sententiam obscurarunt interpretes: nam τέλειον active sumendum, ut saepe, velut supra 922., verborumque ordo hic est: Μὰ Ἄτην, τὴν τέλειον (τὴν) δίκην τῆς ἐμῆς παιδὸς, Ἐριννύν τε, etc.

1376. V. Οὔ μοι Φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν. sed vehementer friget hoc Φόβου μέλαθρον. Quin edicit audax mulier, se absque metu domi suae mansuram, dum Aegisthus secum fuerit.

1383. Post hunc versum v. talia exhibentur:

Καὶ κοινόλεκτρος τοῦδε θεσφατηλόγος,

quae non possunt non haberi pro interpretamentis verborum ξύνευνος et τερασκόπος.

1388. V. — τοῦδ', ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν Εὐνῆς παρ., male collidentibus ἐμοὶ et ἐμῆς.

1389. „coniunctis cubilibus.“ Casandrae et Agamemnonis, quem iuxta positum erat virginis cadaver.

1392. leg. αἰεί.

1396. V. Πρὸς γυναικὸς δ' ἀπέφθ. β., male, cum modo habuerimus γυναικὸς, nec metro antithetici versus congruente.

1397. Dele inscriptionem, nam haec non sunt monostrophica, neque cantata fuere, quamvis lyricis libere conscripta metris, superque sermonis quotidiani modulum evecta, utpote quibus, ut nec sequentibus anapaesticis, nihil respondet ἰσόμετρον. Cf. similes locos Eurip. Hecub. 684 sqq., Orest. 1363 sqq., Phoen. 300 sqq. Strophica his immixta sunt, ut Hecubae l. l.

1398. V. μία τὰς πολλὰς Τὰς πάνυ πολλὰς ψυχὰς etc.: sed hoc balbutire est, non loqui.

1401. „ob sanguinem haud abluendum." Iphigeniae. ἐν δόμοις, in hac gente, Pelopidarum.

1402. V. δόμοις Ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζὺς, mendose. Ἔρις natum ex ἐρι —. οἰζὺς, ipsa Iphigeniae immolatio. Ἐριδάμας fictum ut λαοδάμας et similis.

1405. V. ὡς ἀνδρολέτειρ᾽, ὡς μία πολλῶν Ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασ᾽ ἀξύςατον etc., vitioso altero ὡς, putideque explicato verbo ἀνδρολέτειρα, quam explicationem ex parte subministraverunt versus 1398. 99. Acerbissima haec ironia pronuntiantur, significante quippe adultera, se similia patrasse, Helenaeque gloriam ingloriam aequasse. ἀξύςατον proprie rem indicat, quam minime expolire et laevigare possis, asperrimam. unde facta translatio ad luctum nunquam obliviscendum. Non nemini placebat ἀρκύςατον, quomodo in simili re ἀρκυςάταν μηχανὰν dixit Euripides Orest. 1422.

1409. ὅσον, ὅσον τι ὢν.

1410. V. abest δὲ, quo opus est sententiae, legiturque: ἐκ γυναικῶν Κ. ἐ. κρατύνεις, quae Oedipo indigent. ἐν γυναίκοιν, Helena et Clytaemnestra.

1413. V. ἐκνόμως, minus bene. intell. Clytaemnestra, quae recte dicitur ἔκνομος. ςαθεὶς iam a Schützio correctum. quo retento, idem fere hic dicerent senes atque infra 1428 sqq. Clytaemnestra.

1414. V. ἐπεύχεται, versu perdito. Hymnum chorus vocat Clytaemnestrae gloriationem, de qua diximus ad 1405.

1418. V. Αἵμ. Νείρει τρέφεται. Νεαροτρέφεται νέος ἰχὼρ graeca, praesertim tragica, περισσολογία dicitur.

1421. V. οἴκοις τοῖςδε, repugnante versu antithetico. οἰκιςαῖς.

gentis conditoribus, praesertim Pelopi. vid. ad 1132. V. quoque affirmative haec intelliguntur, nihili sententia.

1423. V. φεῦ bis legitur, ut πῶ in antistrophico, frustra, et metro laeso.

1424. V. τύχας editur pro δίκας, vix intelligibili sententia.

1425. V. διαὶ pro διὰ, pessime.

1427. Post haec v. inculcantur versus 1444 — 1451, qui si hoc loco pronuntiati fuissent, respondere quoque Clytaemnestram illa, quae ibi sequuntur, 1452 — 1460, ut κείταν οὐκ ἀνελεύθερον probaret, consentaneum erat. Nec facile repetitiones tales apud Tragicos invenias.

1438. V. — μαρτυρήσων; Πῶ, πῶ; πατρόθεν etc. inepte. vid. quoque ad 1423.

1441. V. Μέλας Ἄρης, inconcinne. μέλεος, miser, i. e. nefandus. vid. Ruhnken. epist. crit. pag. 139. et Musgrav. ad Eurip. Hercul. fur. 1346. cf. Eurip. Troad. 1100.

1447. V. ἐκπνέων, itidem ἀμέτρως.

1450. Agamemnonem securi ancipiti (bipenni) interfectum produnt omnes. Stanl.

1452. V. γενέσθαι· Οὐδὲ γὰρ οὗτος δολίαν, corrupte, nam neque οὐδὲ sententiae convenit, affirmative h. l., si recte haberet, significaturum (ortum puto ab ὅδε), nec ferendus hiatus in γενέσθαι. Sic autem v. digeruntur haec, misere quidem luxatis sententiae membris:

Τῷδε γεν.
Οὐδὲ — — Ἄτην
— — — ἐκ τοῦ-
— — — πολύκλαυτον

(sic enim ἀμέτρως legitur, nisi quod Pauw γ' addit post πολ.)

— — — δράσας,
— — — Ἅιδου
— — — ξιφοδηλήτῳ
— — — ἦρξεν.

1462. leg. Ὅποι.

1467. V. Ἰὼ γᾶ, γᾶ, frustra.

1472. V. κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὑτῆς ἀποκ. ψυχὴν, ex interpretatione.

1475. V. δὲ abest, quod nexus requirit sententiarum.

1477. V. δάκρυσιν, obscurato metro.

1479. V. μέλημα λέγειν τοῦτο, frigide.

1482. V. ἐξ οἴκων, quae optime correxit Stanl.

1485. Ὠκύπορον πόρθμευμ᾽ ἀχέων. Descriptio Acherontis, habita simul nominis ratione, quod significare volunt i. q. ὁ τὰ ἄχεα ῥέων. cf. Etymol. M. h. v. et Eustath. ad Iliad. p. 157. Apollodor. in fragm. ap. Stob. (p. 1047. edit. Heynii): Ἐκ τῶν γὰρ τοιούτων ὁρμώμενοι πιθανῶν καὶ τοὺς ἐν ᾅδου νομιζομένους ποταμοὺς κατωνομάκασιν· Ἀχέροντα μὲν διὰ τὰ ἄχη, ὡς καὶ Μελανιππίδης ἐν Περσεφόνῃ· καλεῖται δὲ ἐν κόλποισι γαίας ἀχέεσσι προῤῥέων (sic Clar. Heyne em. vulg. προχέων) Ἀχέρων. Ἔτι καὶ Λικύμνιός φησι· Μυρίαις παγαῖς δακρύων ἀχέων τε βρύει. Καὶ πάλιν· Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει βροτοῖσιν. Sch.

1486. χεῖρε praestat hoc Schützii commentum vulgato χεῖρα.

1489. V. φέρει φέροντ᾽, ἐκτίνει etc. corrupte quidem. Palladas:

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε, καὶ φέρου· εἰ δ᾽ ἀγανακτεῖς,
Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

Quae sic vertit Clar. Herder:

Träget das Schicksal dich, so trage du wieder das Schicksal.
Folg' ihm willig und froh; willst du nicht folgen, du musst.

1490. V. μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διός.

1491. Θέσμιον — δόμων; Hoc de Oreste, quem Clytaemnestra quasi relegaverat, accipiendum, ut recte observat Sch. Subobscure significat chorus, Orestem olim rediturum, poenasque de patris interfectoribus exacturum. Subobscure item respondet regina, se passuram, ut filius recipiatur domo et regno (ἐθέλω τάδε μὲν [quae senes significarunt] στέργειν, δύστλητά περ ὄντα), etiamsi parva admodum bonorum pars ipsi remansura sit.

1493. V. προσάψαι. nos ἄψος coniunctos i. e. cognatos interpretamur. sententia est, cognatos cognatis caros esse solere.

1494. V. ἐνέβη. scribentibus quippe librariis: ἐνέβησσυνάλήθ., alterum σ facile periit. quod sensit Heath. χρησμὸν regina vocat subobscura et abrupta verba chori antecedentia, quoniam talibus fére oracula concipiebantur.

1496. Apollodor. 3. p. 133.: Ἀερόπην μὲν ἔγημε Πλεισθέ-

νης, καὶ παῖδας Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον ἔτεκε. At quomodo iidem et Pelopidae et Pleisthenidae, docet Scholiastes Homeri in Il. 1. 7. Ἀγαμέμνων κατὰ μὲν Ὅμηρον Ἀτρέως τοῦ Πέλοπος, μητρὸς δὲ Ἀερόπης· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, Πλεισθένους. Erat haec familia tantis contemerata flagitiis, ut vel in proverbium abierit *Pelopeïa domus* pro saeva et impia. Euripidi δυςτυχῶν δόμος dicitur, Horatio *saeva Pelopis domus.* Seneca, in Thyeste, act. 4.

— O domus Pelopi quoque
Et Tantalo pudenda. —

Vix enim ullum reperies scelus, quo abstinuerint. Stanl.

1498. ἰόντα. τὸν Δαίμονα. et repetendum ἐθέλω: integre enim haec ita sonarent: ἐθέλω δὲ (ὃ λοιπόν ἐςι), ἰόντα κ. τ. λ.

1501. V. μοι δ', ad vitandum scilicet hiatum, cum v. verba πᾶν — ἀλλήλ. unius versus ambitu male comprehendantur.

1508. V. φίλως ἐμοὶ, frigide. φίλοις ἐμοῖς, Thyestae patri et fratribus meis, ab Atreo interfectis.

1517. V. Αὐτοῦ. Ξένια δὲ etc. pessime. Αὐτοξένια, dona hospitalia, quae ipse Thyestes subministraverat, utpote ipsius filios.

1523. ἄνωθεν in superiori parte aedium, ne quis conspiceret.

1524. V. ἄσωτον, ὡς ὁρᾷς, γένει. Satis inepte quidem istis ὡς ὁρᾷς narrationi intercedentibus. et dicendum fuit, quis epulatus esset, ne Atreus intelligeretur ex antecedente loci membro. ὁ σπείρας, ὁ σπείρας τὸ γένος, Thyestes.

1526. V. σφαγῆς. ἀπέρασις legitur apud Alciphronem. vid. Schneider. lex. h. v.

1534. leg. κατήγαγε.

1535. Abfuit ab aedibus inter caedem Agamemnonis Thyestes. cf. 1562.

1538. V. Ἰδόντα. sed aut ἐμὲ scribendum, aut Ἰδόντι, quod persensit Pauw.

1547. V. σωφρονεῖν, sententia impedita.

1564. V. ἐχθρὸς ἢ παλ., mendose. compendium librarios fefellit.

1567. V. Ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειρασφ. κριθῶντα π. Et κριθιῶντα quidem dudum a Stanleio restitutum. sed ne sic quidem persanatus locus. ξυντομὴ proprie dicitur stipendii militaris

praecisio. decet militare verbum militem Aeschylum. συντομῇ ζεῦξαι eadem ratione dicitur, qua ζεῦξαι ὅρκοις, ἀνάγκαις. In σειρ. intell. ὡς.

1577. 78. Haec v. Choro tribuuntur, versus autem sequens Aegistho, et 1580 item choro. vitiose.

1580. Frequentissima depravatione etiam h. l. exaratum τὴν τύχην pro τὴν δίκην. Male quoque legitur ἐρούμεθα. Eurip. Hercul. fur. 636.

Γέροντες ἐσμὲν, κοὐδαμῶς ἐῤῥώμεθα,

senes sumus, nec quicquam valemus. Similiter is quoque Ion. 1094: Ὅσον εὐσεβία κρατοῦμεν Ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.

1584. V. Στεῖχετε δ' οἱ γέρ. πρ. δ. πεπρωμένους τούσδε, sententia et metro laesis.

1585. Verba sic procedunt: ἐπράξαμεν τάδε, ὡς χρῆν, εἶξ. καιρῷ.

1586. V. τοι leg. pro τῳ. In μόχθων intell. τι.

1591. Τὰς κρατεῖ addidi, ut versus sarciretur. nam in MSS. quidem lacunosus hic locus. Improbabile vero non est, similia, quae antecedunt, verba ad haec omittendum ansam praebuisse. Stanl. addebat δύςφορον.

1599. V. ὑλαγμάτων, ἐγὼ, insolita τοῦ προτιμᾶν constructione, nec bene iunctis, quae sequuntur, ἐγὼ — καλῶς.

ANNOTATIONES
IN AESCHYLI CHOËPHORAS.

„Agamemnone caeso filius eius Orestes, una cum Pylade a Strophio Phocensi, Pyladis patre, cui in fidem ac tutelam traditus erat, Argos reversus, unum comae cincinnum Inacho fluvio, gratias pro nutritione relaturus, alterum in patris tumulo luctus et honoris causa, sacrificat.“

„Eundem ad tumulum convenit Orestis soror, Electra cum ancillis, quibus Clytaemnestra, infausto somnio exterrita, hoc negotii dederat, ut sepulcrum regis, manes eius placaturae, inferiis honorarent. Quae, secedentibus interim Oreste et Pylade, male Clytaemnestrae Aegisthoque precantur; quibus precibus inferiisque absolutis Electra e cincinni in tumulo depositi vestigiorumque forma Orestem hic affuisse auguratur. Accedit igitur frater, magnoque cum gaudio cognitus una cum sorore et choro diram Agamemnonis necem deplorat, eiusque ulciscendae consilium exponit. Sumto nimirum viatoris e Phocide Dauliensis habitu, accedit ad regiam, narratque, sibi a Strophio mandatum esse, ut Orestis mortem parentibus nuntiaret. Iam a Clytaemnestra benigne acceptus in aedesque intromissus, primum Aegisthum, quem Clytaemnestra arcessi iusserat, de veritate nuntii nonnihil diffidentem, in aedibus, deinde ipsam quoque Clytaemnestram, frustra eius pietatem ac misericordiam implorantem, necat. Ac primum quidem hoc facinore laetus ac ferox, paulo post maternis furiis agitatus, ac de statu mentis deiectus, Delphos profugit, in Apollinis tutelam se traditurus, deique auspiciis parricidii crimine ac poena se liberatum iri sperans.“

„Chorus constat vetulis ancillis bello captis, fortasse Troadibus.“

„Secundarias in fabula partes agunt Gilissa, Orestis nutrix, et ianitor."

„Actio mane incipit, paucisque horis absolvitur, nusquam tamen diei partibus diserte notatis. Agebatur autem ante Agamemnonis regiam, ita ut ab altera scenae parte conspicuus esset regis tumulus." Sch.

V. 1. Orestes Ἑρμῆν χθόνιον invocat (et postea Electra 122.), utpote cui mortui curae erant. idem et πομπαῖος. Sophocles Aiace:

— καλῶ δ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον, εὖ με κοιμίσαι.

Horatius:

Tu pias laetis animas reponis
Sedibus.

Unde eidem *satelles Orci* dicitur Od. 2, 18. Quare vero χθόνιος dictus sit, rationem longe alienam assignat Eustathius in Il. 5.: Ἀνάλωτον γὰρ τῇ φιλοσοφίᾳ οὐδὲν οὔτε τῶν ἄνω οὔτε τῶν κατὰ γῆς· διὸ καὶ χθόνιος dicitur Mercurius, nimirum quod utraque intellexerit. Enimvero erat Mercurius Deorum omnium negotiis maxime districtus; unde eum Eustathius apud auctores οὐράνιον, χθόνιον, θαλάττιον, καταχθόνιον appellatum meminit. Stanl. Invocatur autem h. l. ut rerum gerendarum auctor et adiutor ἀκακήτης.

πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη. Sic infra 124. dii dicuntur πατρῴων δωμάτων ἐπίσκοποι. Sch.

Ceterum versus 1 — 5. primus induxit ex Aristophanis Ran. 1119. sqq. Stanl., 6. vero et 7. ex Pindari Schol., „qui (Anglum audis) ad illud poëtae Pyth. 4.

οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι
κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοὶ,

neque caesariei capilli tonsi abierunt pulchri, οὐδὲ, inquit, τὴν πρώτην κόμην εἰς ἀπαρχὴν τοῖς θεοῖς ἐκείρατο, ἀλλ', ὡς Ἀχιλλεὺς, νέος ἦν πρωτοκόμης. Ὅμηρος,

Σπερχεῖ', ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς.

καὶ παρ' Αἰσχύλῳ,

— πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον,
Τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον,

Ὀρέστης φησὶ τῷ Ἀγαμέμνονι." etc.

2. σωτὴρ γενοῦ μοι. Recte haec interpretatur Schol. Aristoph. Ran. 1128. ed. Brunck.: Ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀγῶνος, ὃν ἀγωνίζομαι, θέλων τιμωρῆσαι τῷ πατρί. quem locum protulit Sch.

3. ἥκω — καὶ κατέρχομαι. Optime Aeschylus ipse apud Aristoph. l. l.:

Οὐ δῆτα τοῦτο — — — — —
— — ταῦτ' ἐς', ἀλλ' ἄρις' ἐπῶν ἔχον.
— — — — — — —
Ἐλθεῖν μὲν ἐς γῆν ἔσθ', ὅτῳ μετῇ πάτρας·
Χωρὶς γὰρ ἄλλης ξυμφορᾶς ἐλήλυθε·
Φεύγων δ' ἀνὴρ ἥκει τε καὶ κατέρχεται.

Similiter usurpari κάτειμι et κατάγειν Agam. 1224. et 1534. monet Abresch. Proprie igitur, inquit Sch., κατέρχεσθαι dicebantur exsules postliminio redeuntes. vid. et Eum. 433.

4. Hariolari meum non est; cum tamen tribus verbis additis, δ' εἰ φέρω κόμης ἐμῆς Πρῶτόν γε, expleri possit hiulca oratio, ita ut nihil desiderari videatur, quidni in medium afferamus coniecturam nostram? Scribitur autem v. ἀκοῦσαι. In nostro subaudiendum ἄν. Bene Clar. Schützius: Versiculo in verbis κλύειν ἀκοῦσαι apud Aristophanem abrupto, dici non potest, annon ἀκοῦσαι fortasse ad sequentia pertinuerit, ut ne hoc quidem loco bis idem dixisse Aeschylum iure Euripides Aristophaneus contenderit.

Vides autem, calumniatorem, salvo sensu, τὸ ἀκούσαι mutatum in ἀκοῦσαι cum κλύειν, tanquam συνώνυμον, coniungere potuisse, ut fit apud Comicum.

Paucissima hic deesse, etiam Cantero visum.

7. Duo tonsurae tempora fuisse apud Achivos, πένθους et ἀκμῆς, monet Eustathius in Iliad. β'. Λέγονται δὲ τὸν ἄλλον πάντα χρόνον κομᾶν οἱ Ἕλληνες, ἐν δὲ πένθους καιρῷ κείρεσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν καιρῷ ἀκμῆς, ἤτοι τελείας ἡλικίας· τηνικαῦτα γὰρ πλόκαμον κείραντες, ἀνετίθουν Ἀπόλλωνι κουροτρόφῳ καὶ ποταμοῖς, καθάπερ ὁ Ὅμηρος ἱςορήσει ἐν τοῖς ἑξῆς. Καὶ ἦν οὗτος μὲν ὁ πλόκαμος θρεπτήριος κατὰ τὸν Αἰσχύλον, πενθητήριος δὲ ὁ ἕτερος. hunc ipsum locum procul dubio respexit. Stanl.

25. V. λινοφθόροι, minus bene. sensit Cl. Schütz.

30. V. ἐξ ὕπνου κότον πνέων, sed iras spirantem in somno

timorem haud novi. poëtice autem φόβος ex somno sive inter somnum κατάπνεῦσαι reginam dicitur.

33. V. δώμασι βαρὺ inconcinne, quod vidit Porson.

35. θεόθεν ὑπέγγυοι dicuntur vates, deorum auctoritate dicentes.

38. V. Τοιάνδε χάριν, mendose, quod vel metrum indicabat.

39. V. ἰὼ γαῖα, γαῖα. Sequor cod. Guelf. et Ald.

41. V. ἐκβάλλειν inconcinne. dudum Stanl. viderat.

48. V. Σέβας δ' ἄμαχον ἀδάμαντον ἀπόλεμον, ex interpretatione, metroque vitiato. Intelligitur maiestas Agamemnonis.

56. V. Μένει, χρονίζοντ' ἄχη βρύει, sententia et versu perditis. ἁβρῶς χρονίζειν, superbe cunctari seu morari dicuntur res hominum secundae, quae diutius ac vulgo florere pergant.

58. V. Δι' αἷμα τ' ἐκποθὲν ὑπὸ χθ. τροφοῦ Τίτας φόνος πέπηγεν, οὐ διαῤῥυδᾶν, satis inepte nec salvis numeris. ΔΙ ex ΑΙ — ortum censeo. Τίτας adstructum neutro αἷμα forma πρὸς τὸ σημαινόμενον, quia intelligitur φόνος.

63. V. οὔτι, sed aptius οὔτε refertur ad sequens τε.

65. V. τὸν χειρ., inconcinne.

67. V. Ἐμοὶ δ' (ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν θ. π.· ἐκ γ. ο. π. δούλιον ἐςᾶγον αἶσαν) δίκαια, καὶ μὴ δίκαια πρέποντ' ἀ. β., Βίᾳ φερομένων αἰνέσαι, pendente verbo ἐμοὶ, perditisque numeris. Turnebus: ἀμφὶ πτόλιν. iam βίᾳ φερομέναν valet βίᾳ φέρεσθαι, neque obscuri quicquam relinquitur.

70. δικ. ἀρχ. βίου, cum olim ita, ut me decuit, domi educabar libera.

73. V. δακῤύω, inconcinne, nam υ in δακρύω longum est.

74. V. Ματαίοισι (vel ματαίοις) δ. τύχαις κ. π. παχνουμένη. Stipari lacrimis, δακρύων παχνοῦσθαι, Nostro, praesertim in cantico, non indigna dicitur audacia.

82. V. μητρὸς πάρα, frigidiuscule. A generalibus, γυναικὸς ἀνδρὶ, ad specialia μητρὸς πατρὶ, pulcre transit oratio.

87. V. ἐπαξίαν, pendente τε. G. Hermann.: δόσιν γε.

97. Suidas: ὑπέρτερον, κρεῖττον. cf. Soph. Antig. 16. 642. Eurip. El. 584. Abresch. vid. et incertorum fragmm. 39.

101. leg. εὔφροσι.

105. V. φράσαι, inepte.

112. V., pessima ταυτολογίᾳ: Πότερα δικαστὴν ἢ δ. λ.;

115. πῶς δ' οὐ. subaud εὐσεβές ἐστιν;

116. V. κηρύξας ἐμοὶ Τοὺς γῆς ἔνερθε etc.

Locum iam lacunosum non puto, sed interpretamentis oppletum, et sic restituendum:

Σὺ, Χθόνιε, τοὺς ἔνερθε κηρύξεις ἐμοῦ
Κλύειν πατρῴων δωμάτων ἐπισκόπους, etc.

ut Mercurius iubeatur rem daemonibus denuntiare, ipsa vero Electra, βροτῷ λόγῳ, patrem invocet. Εὐχὰς petitum ex v. 134.

120. V. αὖθις τῶνδε κῦμα.

121. V. Κἀγὼ χέουσα τ. χ. βροτοῖς Λέγω, καλοῦσα πατέρ', ἐπ. ἐμέ.

126. V. σοῦ φόνου, ineleganter.

128. V. ὑπερκόπως, quod male collidit cum μέγα. ὑπέρκοποι recte dicuntur Agamemnonis πόνοι.

137. Post haec v. talia leguntur:

Κείνοις λέγουσα τήνδε τὴν κακὴν ἀράν.

quae tantopere frigent, tamque manifesto ad exemplar antecedentium, 134. 35. 37. efformata sunt, ut interpolatoris hunc foetum facile agnoscas.

143 sqq. V. δάκρυ καν. ὀλόμενον Ὀλομένῳ δεσπότᾳ πρὸς ἔρ. τόδε κεδνῶν, κακῶν τ' ἀπότροπον ἄγος ἀπ. κ. χοᾶν. Κλύε δέ μοι, κλύε, σέβας ὦ δ. etc., partim inepte (ὀλόμενον, τόδε), partim vero mendose (ἀπότροπον), denique interpolatorum diligentia (δεσπότᾳ post ὀλομένῳ) obscurato loco metroque corrupto.

144. leg. κακῶν.

145. ἀπεύχετον. intell. ἐστί. de piaculo, quod timet chorus, vid. supra 41. 79. sqq.

146. σέβας, reverentiae plenum canticum.

148. sqq. V. Ὀτοτοτοτοτοτοτοτοῖ· ἰώ· τίς δορυσθενὴς ἀνὴρ, ἀν. δ., Σκύθης, τά τ' ἐν χεροῖν παλίντον' ἐν ἔργῳ βέλη 'πιπάλλων Ἄρης, σχέδιά τ' α. ν. βέλη; mendosissime. Et primum quidem id annotabo, ἄνδρα Σκύθην dici Ferrum eadem prosopopoeïa, qua Sept. adv. Theb. 870. idem vocatur ὁ Πόντιος ξεῖνος. cf. Prom. 302. Δορυσθενὴς pessumdat versum. παλίντονον Ἄρη sagittas vocat. verti: reciprocum Martem, quomodo, admonente Stanleio, Attius in istis:

Tendens nervo *tela reciproca*
Concita equino —

expressit Homericum

— παλίντονα τόξα τιταίνων.

Prius βέλη glossema est τοῦ Ἄρη. Verba ἐν ἔργῳ, in proelio, itidem pro interpretamento habenda sunt. αὐτόκωπα βέλη proprie sonant, ut Stanl. animadvertit, tela cum ipso manubrio. Ita, inquit V. D., Noster Agamemnone αὐτότοκον et αὐτόχθονα et Eumenid. αὐτόπρεμνον. Plane geminum est illud Hesychii, αὐτόλαβον, ἑαυτοῦ λαβὴν ἔχον. cf. Agam. 129.

Sed propius a librorum scriptura haec absunt, quae nunc praetulerim:

Ὀτοτοτοτοτοτοῖ! ἰὼ, ἴτω δορυ-
σθενὴς ἀνήρ τις, ἀναλυτὴρ δόμων, etc.

161. V. inepte: πλὴν ἐμοῦ.

162. Veterem lectionem incogitanter servavimus, quae nihili est. Reponendum:

Ἐχθρῷ γὰρ οὐ προςῆκε πενθῆσαι τριχί.

Sane hostem non decuit, luctum abscissa coma significare. Sequens Καὶ μὴν vertendum: Et profecto.

165. αὐταῖσιν ἡμῖν, i. e. ἐθείραις ἡμῶν, figura totius pro parte.

179. V. Ἐμὴ δὲ μήτηρ, inepte.

187. V. ἀποπτύσαι, minus bene. Aldina lectio, quam restitui, similibus ἐκινυσσόμην et εἶχε congruit, quae omnia referenda ad ὅπως.

196. V. ὁμοῖοι, τοῖς τ' ἐμ. ἐμ., tautologice.

199. V. Πτέρναι τενόντων θ' ὑπογραφαὶ μετ. — Ὑπογραφῇ μετρούμεναι i. e. ὑπογραφόμεναι.

Ceterum de agnitione hac per cincinnum et pedum vestigia, quoniam hoc commentum in vituperium Aeschyli detorqueri video, defensionem poëtae susciperem, nisi dudum hanc rem egisset editionum Porsoniae et Schützianae censor eruditissimus in ephemeridd. universae literat. Ienens. 1797. 221. 222. Non igitur intellexerunt interpretes, haec fingi in persona, malis oppressa, et prae desperatione a recto mentis statu nonnihil deiecta (quod significatur etiam versu 201.), ubi levissimis mo-

mentis in hanc vel illam partem impelli solent animi. Accedit, quod tumulus regis desertus erat, iram Aegisthi et Clytaemnestrae timentibus Argivis, unde non male de Oreste eiusque aliquo sodali cogitat virgo.

205. πάλαι, modo, paulo ante. non enim tantummodo dudum elapsa tempora significat πάλαι. cf. Agam. 485.

208. V. Καὶ πρὸς τί δῆτα τυγχ. κ. sed non sic usurpatur πρὸς τί.

212. ἐν κακοῖσι γελᾶν, i. e. ἐγγελᾶν κακοῖς, figura tmeseos.

214. V. τάδε ἐγώ. Turn. τᾶδ' ἐγώ. Προεννέπειν s. προυννέπειν mox absolute, mox cum dativo personae, aut cum duobus accusativis rei et personae infinitivo iunctis compositum, indicat: coram aliquo aliquid dicere seu edicere, alloqui, iubere, denique praedicere: est enim πρὸ τινὸς ἐνέπειν. vid. Eum. 96. Sophocl. Trach. 227. ed. Brunck. Eurip. Hippol. 1085. ed. Beck. Med. 351. Constructio σολοικοφανὴς, sed Graecis usitata, accusativis ὄντ' Ὀρέςην — σε loco genitivorum ὄντος Ὀρέςου — σοῦ adhibitis.

215 — 220. Versus hi v. male ordinantur. sequor Clar. Schützium.

219. V. ξυμμέτρου, recte improbante Pauwio, cui nostrum debes.

220. V. τομῇ προςθεῖσα βόςρυχον τριχός. satis inepte quidem.

222. Ἠδὲ rarius ita usurpatur Tragicis. cf. Pers. 467. edit. Schütz. et Eurip. Hecub. 307.

228. V. ὄμμα, merito offenso Valck. ad Phoen. 415. nam ὄμμα quidem periphrasi personarum saepissime inservit, sed h. l. *nomine* fratris comprehendi dicitur pater, mater, soror fraterque ipse. Sensit etiam G. Hermann.

229. V. προςαυδᾶν δ' ἐς' ἀναγκαίως ἔχον. Totam suam necessitudinem uno Oreste constare dicit virgo. τῆςδε, huius, mei, ut passim de se colloquentes. cf. Pers. 1.

233. ἦσθα, eras et adhuc es: ἀορίςως enim usurpata vox.

241. V. σκηνήμασιν, contra usum Tragicorum, minusque εὐφώνως.

249. Recte haec de auguriis ex aquilarum visu captis interpretatur Schützius. Inter *alites* enim, inquit, seu *praepetes*

aquilam primarium in disciplina augurali locum obtinuisse, quis nescit?

251. V. Βωμοῖς, male concurrentibus σοι — βωμοῖς — ἤμασι.

252. V. μέγαν, mendose.

255. ὦ τέκνα. Amantium et benevolentium est, nomine saepius compellare colloquentes. nota res.

262. V. Στερμὸν leg. pro τεύμον, obscure. Turn. ὑφ' ἧς παρθμόν.

266. V. Αὐτὸν δ' ἐφ. τῇ φίλῃ ψυχῇ τάδε Τίσειν etc. pessime. Αὐτὸς, ipse, sua sponte, apparens in somnio domum reverso Orestae, dum oraculo obedire cunctatur φιλόψυχος.

268. Τὰ ἐκ γῆς δυςφρόνων μειλίγματα, solatia malorum ex terra capienda, i. e. fructus omnigeni, quibus et delectantur homines et vitam sustentant.

269. V. Βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε, τάςδε (vel τὰς δὲ) νῦν νόσους. quae nemo non corruptissima existimet. τοῖς, βροτοῖς.

271. λιχῆνας lepram recte interpretatur Schützius.

272. V. τῇδ' ἐπ. νόσῳ, minus eleganter: nam modo legimus νόσους. ἄση, angor aegrotantium pro ipso morbo dictus. Λευκὰς κόρσας de vitiliginis illo genere accipiebat, quod Λευκὴ vocabatur, quoniam eo morbo, ut Celsus scribit, pili albescerent; sed potior mihi videtur Scholiastae explicatio, ut significetur, morbos illos populum usque ad canitiem vexaturos. Celsus de hac ipsa lue: „Leuce quem occupavit, haud facile dimittit."

Ceterum bene Schützius: Notum est, inquit, neglectam regiae caedis expiationem haec mala publica ex veterum opinione consecuta esse, agrorum sterilitatem, pecorum luem, mulierum abortus, morbos pestilentes. cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. v. 125 sqq. et Sophocl. Oedip. Tyr. 25 sqq.

276. V. τὸ γὰρ σκοτ., sensu alieno.

283. V. Βωμῶν τ' ἀπείργειν, sed τῷ βωμῶν haud convenit δέχεσθαι, et satis significantur verbis οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς res sacrae. deest autem v. σφ', et legitur πάντων pro πάντως, non sine sententiae detrimento. Δόμῳ, ἐς δόμον. Horat. Od. 3, 2.:

— Vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanae, *sub isdem*
Sit trabibus, fragilemve mecum
Solvat phaselum.

287. Χρησμοὺς Orestes vocat oraculum et orationem hanc noctu auditam, utpote utraque a deo vate profecta.

303. Δράσαντι παθεῖν. Ipse alibi ap. Stob. Ecl. phys. 7.

Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται,

cf. Agam. 1490. Sch.

305 — 458. Haec non monostrophica, prout vulgo credebantur, sed antistrophica esse, pulcre vidit G. Hermannus, Observatt. critt. p. 79 sqq. In singulis tamen adornandis omnino sequendus mihi videbatur Schützius, nisi quod sine idonea causa versus 335. 352. 360. 365. 380. 385. 392. 402. 407. 418. 423. 434. 439. 444. 449. et 454. nominibus inscribit strophae γ', antistrophae γ', st. δ', st. ε', ant. δ', ant. ε', st. et ant. ς', st. ζ', st. η', ant. ζ', ant. η', st. θ', ant. θ', st. et ant. ι'.

309. 310. V. Σκότῳ φ. ἰσόμοιρον, Χάριτες δ' ὁμοίως, mendose. Dicit Orestes, lucem quidem cum nocte comparari non posse, sed similem gaudio hunc luctum esse. Ald. et Rob. ἰσοτίμοιρον.

313. V. primam stropham sequuntur versus 352 — 359., quos excipit haec antistropha.

321. Θεὸς, deus, fortuna, ut passim.

325. V. γε κομίζοι. correxit Porson., MSS., nisi fallor, auctoribus.

327. Lycii sagittandi arte clari inter socios Troianorum.

338. πρόπολος primaria significatione usurpatum, qua *antecedentem* sonat; et hoc quidem loco aliis antecedentem honoris causa, ducem, regem.

342. V. πεισίμβροτον βάκτρον, ἀμέτρως et sententia obscurata. et χεῖρες in bello, et βάκτρον in pace munera sua dicuntur explevisse.

343. V. Μηδ'. V. quoque Orestae tribuuntur versus 343 — 351., qui Electrae conveniunt, fratris dicta recolenti. Τρωΐοις pro Τρωΐας ab Hermanno est.

347. V. Πάρος δ' οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμ. Hermanno debetur κτανόντεσσιν. In πάρος intell. ἦν, vertendaque vox: potius, ut Eurip. Iphig. Taur. 657.

351. Post haec v. inculcantur versus 372 — 379., quos sequuntur 360 — 371. Tunc vero inferuntur 380 — 384, 397 —

401, 392 — 396, 385 — 391, 402 — 417, 434 — 438, 418 — 433, 439 — 458. Transpositiones olim in Aeschyli tragoediis, praesertim in canticis factas, aliorum quoque locorum exemplis constare, bene monet Clar. Schütz. nec non idem experti Sophocles et Euripides.

353. V. π. ἢ μαλ., frigide, et corrupto metro.

359. V. ἀμφιλαφὴς ταραχθείς, obscure. ἀμφιλαφεῖς, divites, potentes: Aegisthus et Clytaemnestra. sic infra 380. ἀμφιθαλῆ, si me audis.

360. V. T. δ. ὡς. correxit Sch.

364. V. Χειρὶ, (τοκεῦσι δ' ὅμως τελεῖται) Ἐφυμνῆσαι etc. corrupte. Et Orestae male tribuuntur 365 — 371.

365. πευκ., piceam, i. e. facibus comitatam. funeribus faces aderant.

368. V. φρενί. φρένα θεῖον, divinum, i. e. iustum, pium animum.

369. V. πάρ. δὲ πρ. δριμείας τε καρδίας Θυμὸς, ἔγκοτον ςύγος, sententia et metris laborantibus.

373. V. χρυσοῦ, Μεγάλης δὲ τύχης (quod procul dubio corruptum ex μεγάλης εὐτυχίας) καὶ Ὑπερβορέου μείζονα φ. (seu φωνεῖ) (δύνασαι γάρ), Ἀλλὰ etc. istis quidem μεγ. δὲ τύχ. ex interpretatione ortis, verbis autem Ὑπ., φωνεῖ et δὐ. γὰρ manifesto depravatis. Apte decoram chorus vocat Electrae δύνην ob interfectum patrem.

De felicibus Hyperboreis vid. passim I. H. Voss, vir elegantissimus, in commentariis ad Virgil. Georg. et eclogas, item in libro inscripto *Mythologische Briefe* II. 16. 18.

376. V. τῶν μὲν, obscure.

378. V. — ὅσιαι ςυγερῶν τούτων· παισὶ etc., mendose quidem.

380. V. Καί ποτ' ἂν ἀμφιθαλὴς Ζεὺς etc. sed dicendum fuit, quaenam κάρηνα percutienda essent Iovi. cf. 359. Ceterum versus 380 — 384. v. Electrae, minus quidem commode, attribuuntur.

384. V. χθονίων τετιμέναι, ex interpretatione. τιμαὶ χθονίων dicuntur Furiae similiter ac 392. νερτέρων τυραννίδες. Vulgata metrum evertunt.

388. V. κλυούσῃ, sed προςκλάειν novi quidem, προςκλύειν non item.

389. V. corrupte: ὅτ. δ' α. ἐπαλκὲς θρασέ'. emendavit Sch.

390. ἀπέσαξεν. eleganter ita Clar. Schütz. v. enim legitur ἀπέσασεν.

392. V. Ποῖ ποῖ δὴ, frustra.

393. V. πολυκ., turbato metro.

397. V. σαγόνος. correxit Sch.

402. V. Τί δ' ἂν εἰπ., invito metro.

407. V. Ἔκοψε κόμμον Ἄρειον εἴτε Κισσίας νόμοισι πολεμιστρίας. sed ἄρειον interpretamentum est verborum νόμ. Κισσ. Cissii enim gens Persarum bellicosa, Aeschylo inprimis nota.

409. V. Ἄπρικτοι πληκτὰ πολύπλαγκτα δ' ἦν ἰδ., corrupte.

411. In superiore parte aedium se tunc stetisse significat Electra, unde ista exaudierit.

413. V. ἰὼ bis ponitur, refragante versu antithetico.

414. V. δαΐαις ἐν ἐκφ., minus bene.

420. V. μόρον κτεῖναι μωμ., inepte. μόρος κτόνου est periphrasis κτόνου.

427. V. γέλωτος, obscure.

429. V. — κεκρυμμένα. Τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου, ex interpretatione sequentium, ut nihil excidisse h. l. in stropha statuendum sit.

433. V. καθήκειν, frigide, nec satis certo hoc usu τοῦ καθήκειν.

435. Hic versus male Orestae adscribitur, affirmative quidem acceptus.

444. Hic versus v. Electrae putatur esse, sed viriles animos spirat.

445. δίκας bene additum ab Hermanno, quod absorptum fuit a — δίκως.

449 — 453. Haec v. Choro omnia attribuuntur.

452. V. Ἰὼ δύςον ἄφ. κ., vitiato metro.

454. V. ἔμμοτον τῶνδ' ἑκὰς, corrupte. Herodot., monente Clar. Schneidero in lexico: οὐχ ἑκὰς χρόνου, brevi.

465. V. φ. μέγαν π. A. μ., haud dubie corrupte. Dudum reposueram φυγεῖν ψόγον π. A. μ., sed με γοῦν nec sententiae

minus congruit, et ad literarum ductus propius accedit. Referendum vero μόρον aeque ad φυγεῖν et ad προςθεῖσαν. Significat, sibimetipsi caedem ab Aegistho timendam esse.

468. V. ἐν πυροῖσι. Canterus recte: ἐμπύροισι, victimis crematis. Intelliguntur autem Manibus oblata sacrificia, nigrae oves ac steriles et nigrae iuvencae, quibus addebantur libamina ex sanguine, lacte et melle. nota res.

470. V. pro κειμ. legitur γαμηλίους, sed quid rei sit patri mortuo cum χοαῖς γαμηλίοις, non assequor; nec, quo sensu dicatur χοὰς τῆς ἐμῆς παγκληρίας, intelligo. Apte Electra χοὰς, i. e. argentum, quo res inferiis necessariae emantur, vocat thesaurum hereditatis suae, quem venditis vestibus, vasculisque, a matre sibi ex paterna supellectile concessis, sibimet detrahendo comparsit misera et in hunc usum seposuit.

481. V. mendose editur: — Φίλοις, Ἢ τὰς ὁμοίας.

485. V. inepte: ἄρσενος γόνον, nam ἄρσενος quidem γόνος, i. e. viri proles, etiam Electra fuit.

492. V. σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον, Καὶ μὴν ἀμομφητὸν δέ τινα τὸν λόγον, Τιμ. τύμβου τῆς δ' ἀν. τ. Schützius in priore editione: ἀμεμφῆ τόνδε, bene. In posteriore, Hermannum secutus, locum ita exhibuit:

Αὐτὸς δὲ σώζει, τόνδε τιμήσας λόγον,
Τίμημα τύμβου τῆσδ' ἀνοιμώκτου τύχης.

Sed bonorum medicorum est, a secando, dummodo fieri possit, manus abstinere. neque probabile mihi videtur, verba lecta καὶ μὴν ἀμομφητὸν seu κ. μ. ἀμεμφῆ τόνδε a glossatore profecta esse. compendium τοῦ τέκνων prave intellectum abiit in τινὰ, τίων facilius etiam in τόν. λόγον pro λέχος versu 492. oculis ad sequentia aberranti debetur librario. τοῖσδ', hisce, liberis tuis. τίμημα τύμβου ἀνοιμώκτου, honor tumuli indefleti, i. e. nullus honor: cuius enim mors non defletur, eius nulla habetur ratio. Iam ἐπειδὴ versu 495. abhorrere a sententia, facile apparet: nam nesciebant colloquentes, aliquid facere decrevisse Agamemnonis animam.

511. V. K. π. τ. καὶ καρανοῦται λόγος; frigentibus verbis καὶ καρ.

512. V. Ἐν σπαργάνοισι π. ὁρμίσαι. Schützius bene: ὁρμῆ-

σαι. sed nec copula δὲ abesse potest, quoniam haec ad antecedentem chori orationem referuntur.

513. χρήζοντα, δράκοντα.

514. Καὐτή. sic bene Porson. v. αὐτή.

515. V. οὐ χάριν vel οὐκ ἄρ' ἦν. Pauw egregie reposuit οὖθαρ ἦν. V. quoque legitur ζυγός, recte improbante et ζύγους reponente Clar. Schützio.

517. V. ἀνδρὸς legitur pro ὕδρος, inepte.

519. ἀνῆθον. sic Valck. ad Herodot. p. 343. v. ἀνῆλθον.

527. V. ὄφις τε πᾶσιν σπαργ. Heath.: ὄφις γε παῖς ἐν σπαργάνοις ὡς, ἵζετο. Τε respondet sequenti καί.

543. V. εἰκώς, παντελῆ σάγην ἔχων, inepte, nam παντελῆ quidem σάγην tum quoque habuit Orestes. παντελὲς, παντελῶς. in σάγην intell. κατά.

550. V. M. οὕτως, ὥστ' etc., nullo sententiarum nexu. τὼς, sic, quamvis exclusi et male habiti.

556. V. Ἦ καὶ μολὼν ἔπειτά μοι κ. ς. Ἐρ., male: nam mortem Aegistho minatur, *priusquam* loqui coeperit. nec recte matris hac occasione non meminerit Orestes.

562. i. e. Συμφύλασσε. v. Σὺ οὖν, vel Σὺ δ' οὖν.

565. V. Σιγ. δ'.

566. V. corrupte τούτῳ legitur pro τῷ θεῷ, deo, Fortunae.

568. V. μ. γ' ἀὴρ τ. correxit Porson.

569. V. δειμάτων, satis inepte.

572. V. Πλά., βλαςοῦσι καὶ πεδαίχμιοι Λαμπάδες πεδάμοροι. Schützius, homoeoteleuto non immerito offensus, dedit βλάςαις, quod ad antecedentia referendum putat. Stanl. iam olim correxerat πεδάοροι. Schützius quoque πεδαιφνίους pro μεταιφνίους, quod est apud Hesychium.

576. V. ὑπέρτολμον, quod statim sequente ὑπερτολμίας minus placet.

578. V. γυν. φρεσὶν τλ.

579. V. παντόλμους Ἔρωτος ἄταισι συννόμους βροτῶν, metris corruptis.

581. V. Συζύγους δ' ὁμαυλίας, tautologicῶς. Εὐζύγους ὁμ. Agamemnonis et Clytaemnestrae coniugium intelligit, cui mulier contemnendum Aegisthi amorem praetulit.

582. V. ἀπέρωτος. sed vid. Clar. Schneider in lex.

584. Meleager cum aprum Calydonium una cum lecta iuvenum manu (quos nominatim recenset Ovid. Metam. 8, 300 sqq.) adortus, et, quoniam ipsius praecipua in hac pugna virtus enituisset, exuviis apri praemii causa donatus esset, Atalantam Schoenei filiam, ipsam quoque venationis sociam, amore ductus hisce spoliis ornavit. Quem honorem Meleagri avunculi, Thestii filii, cum virgini invidissent, per vim ei munus eripiunt, proptereaque a Meleagro occiduntur. Quam fratrum caedem aegerrime tulit Althaea, Meleagri mater, filioque mortem vel, ut Homerus narrat Il. 9, 562., imprecationibus, vel, ut recentiores perhibent, mirabilem illum titionem, cuius a conservatione filii vita pendebat, comburendo, acceleravit. cf. Apollod. 1, 8. Diod. Sic. 4, 34. Ovid. l. l. Sch.

592. V. διὰ, inconcinne. correxit Sch.

594. V. Ἄλλαν, sed copula addenda fuit. legitur quoque corrupte ἐν λόγοις pro εὐλόγως.

De Scylla, itidem inquit Clar. Schützius, Nisi Megarensium regis filia, duplex est fabularum series. Alii narravere, cum Minos Cretae rex Megara urbem obsideret, Scyllam a Minoë aureo monili corruptam, Niso patri capillum abscidisse, a cuius conservatione vita eius esset suspensa. Sic Apollodorus 3, 15, 8., qui tamen doni illius mentionem haud facit. Alii, in his Ovidius Metam. 8. et Virgilius in Ciri, amore Minoïs captam fuisse Scyllam perhibent, purpureumque in Nisi vertice capillum urbi et regno fatalem fuisse, adeo ut Megara capi non possent, quamdiu ille incolumis maneret. Hunc igitur capillum clam a patris capite abscissum Scyllam Minoï tradidisse.

598. V. χρυσεοδμήτοισιν. nostrum a G. Hermanno est.

599. Depravatum πειθήσασα bene correxit Schütz.

603. Ἑρμῆς. Mercurius πομπαῖος, animarum deductor. Stanleius.

De Scyllae poena Schützius conferri iubet Virgil. Cir. 389. et quos ibi laudat Clar. Heyne.

604. V.:

'Επεὶ δ' ἐπεμνήσαμεν ἀμειλίχων
Πόνων ἀκαίρως δὲ δυςφ. γαμήλευμ'.

quae pulcre emendavit Schütz.

607. V. γυναικοβούλους, frigente τῷ φρενῶν. γυναικοβούλων φρενῶν nihil aliud sonat quam γυναικείων φρενῶν. τὸ — βούλων enim quoad sensum, more Graecorum, praesertim Tragicorum, abundat.

609. V. δηΐοις ἐπικότῳ, frigide. in δάης intell. γῆς. V. quoque legitur: σέβας· τοιῶν (vel τίων) δ' ἀθέρμαντον. Schützio placebat δάοισιν, metro etiamnum languido, et σεβασμίων δ' ἀθ., satis obscure. δεινὰ i. e. δεινῶς θερμαντὸν, crudeliter calefactum, dicit focum σεβαςῶν δόμων, Agamemnonis aedium, utpote heri sanguine respersum.

612. τὸ Λήμνιον. intell. κακὸν, Lemnia crudelitas, cum feminae eius insulae maritos suos ad unum omnes trucidarunt, nisi quod patri pepercit Hypsipyle Rem copiose narrant, ut monet Stanl., Scholiastes Pindari ad Pyth. 4. et Schol. Apollonii Rhod. 1. Argonaut.

613. V. δήπουθεν, inconcinne.

614. τις, chorus ipse.

615. V. τὸ δεινὸν αὖ. Schützius dedit ἄν.

616. V. ἄχει. correxit Sch.

617. ἀτιμωθὲν οἴχεται periphrasis est τοῦ ἀτιμοῦται. cf. Agam. 476.

619. V. ἀγείρω, frigide.

620. V. Τὸ δ' ἄγχι π. ξ. δ. ὀ. σοῦται, sed quaeritur, cuiusne gladius adigi dicatur. nempe 'Ο δὲ exaratum fuit a Nostro, i. e. Orestes, ferro matrem et adulterum iam aggressurus. σοῦται versum iugulat.

622. V. διὰ, frequenti lapsu. sensit Sch., qui et insulsum istud οὐ, quod v. post γὰρ legitur, expunxit. V. quoque πέδον pro ποδῶν.

624. V. παρεκβάντες ἀθεμίςως, hoc versus detrimento, illud sententiae. παρεκβάντος, intell. τινὸς, Aegisthi et Clytaemnestrae, quos nominare veretur chorus.

625. V. Δίκας, obscure. πυθμὴν, stirps Agamemnonis. nomen itidem consulto chorus reticet.

626. V. Φασγανουργός.

627. V. Τίνει vel Τίνει μύσος, corrupte. Schützius, sententiam perbene divinans, καινὸν pro τίνει rescribebat. Exhibetur quoque v. χρόνῳ κλυτή, quod Sch. vertit: dudum invocata.

630. V. Παῖ, παῖ, θύρας — κτύπον. Τίς ἔνδον, ὦ παῖ; παῖ, μ. α. ἐν. δ.; Sed male quaeritur ex servo, an aliquis alius intus sit, ubi ipse servus sufficiebat, modo adesset.

632. V. ἐκπέραμα. Experiri aedes se dicit, an hospitales sint necne.

633. V. Εἴπερ Φιλόξενός ἐστιν, sententia repugnante. Φιλοξένη 'στιν a Porsono est.

634. V. Εἶεν, ἀκούω, laesis numeris.

635. V. Ἀ. τοῖσι κυρ. δ., minus quidem eleganter.

639. ἐν δόμοισι πανδόκοις ξένων, in diversoriis.

649. τελεσφόρος, perfecta quoad aetatem, adulta, senior. Subobscure Clytaemnestram significat, quasi verens, ne mater exeat, suaque ipsius ira in illam potius quam in Aegisthum convertatur. quo etiam sequentia pertinent.

642. V. A. γ. ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπ. Λόγους τίθησιν· εἶπε θαρσ. etc.

648. V. δικαίων τ' ὀμμάτων παρουσία. sed iniuriam huic loco faciunt iusti oculi, utpote vicem magis necessariarum rerum male praestaturi. nihil enim peregre advenientium interest, ὄμματα δίκαια hospites habere suos, sed δικαίων, i. e. eorum, quae fas est hospitem ab hospite accipere, abundantiam esse, nec frustra esse, i. e. liberaliter de copia praesente largiri hospitem, id sane illorum plurimum interest. Et vide, quaeso, quam ineleganter παρεῖναι dicatur παρουσία. —

Ne nunc quidem displicet Schützii, Viri eruditissimi, coniectura περιουσία, nisi quod vix hac versus sede, praeterquam in nomine proprio, inveniatur anapaestus. neque οὐ μάτην iam videtur necessarium. Δικαίων ὀμμάτων (vel ὀνομάτων) παρουσία est omnium iustarum rerum, quas hospites accipere iustum est, copia. cf. 684. Ὄμμα enim et ὄνομα et personas et res περιφράζουσι. Eurip. Iphig. A. 620. ὄμμα πωλικὸν pro πῶλος dixit, νυκτὸς

ὄμμα pro nocte Iphig. T. 110, ὄμμ' ὁμιλίας pro ὁμιλία Orest. 1082. Idem habet Hecub. 381. τῆς εὐγενείας ὄνομα pro εὐγένεια, Phoeniss. 415. θηρῶν ὀνόματος pro θηρῶν, Med. 126. τῶν μετρίων τοὔνομα pro μέτρια, Erechth. fragm. 1, 21. πόλεως ἁπάσης τοὔνομ' ἓν, i. e. πᾶσα πόλις ἕν τι ἐςί. Quoniam autem ὄνομα tum saepius in rebus hoc modo usurpari videtur, quam ὄμμα, tum praesertim analogia adiuvatur similium, s. adhibitorum, verborum λόγος, ἔπος, φάτις, praetereaque passim confunduntur ὄμμα et ὄνομα, lego:

— δικαίων τ' ὀνομάτων παρουσία.

Quod παρουσία dicitur παρεῖναι, ex ἁπλότητι veterum explicari potest.

651. V. — εἶπε, μηδαμῶς λαθῇ· Εἶτ' etc. sed verba μηδ. λ. parenthetως interiecta esse, eiusmodi locorum plurima exempla docent.

652. V. οἰκείᾳ σάγῃ, ridicule, quasi hoc scire auditoris quicquam interesset.

658. πανδίκως. i. e. πάντως, παντελῶς. cf. Sophocl. Trach. 599, 1210, Oed. Col. 1271, Eurip. fragm. Dictyos 1.

661. V. Εἶτ' οὖν μέτοικον εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ξένον.

662. V. πόρθμευσον.

665. dele (,) post ἀκούσας.

670. V. Ὡς πόλλ' ἐπωπᾷς, minus bene.

673. V. εὐβούλως ἔχων, Ἔξω κομίζων.

674. V. πηλοῦ. pulcre correxit Sch.

676. V. — ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει. corrupte. παρουσῶν, praesentium Argis, Electrae; se ipsa enim intelligit.

684. V. ἀξίως. emendavit Sch.

688. V. Μακρᾶς κελεύθου, quae quo referenda sint, nescias. in μακραῖς κελεύθοις intell. ἐν, quae construenda cum ἡμερεύοντας.

691. V. δώμασιν τὰ πρόσφορα.

702. V.:

Νῦν ἐπάκουσον, νῦν ἐπάρηξον.
Νῦν γὰρ ἀκμάζει Π. δ.
Ξυγκ. χ. δ' Ἑρ.
Καὶ τὸν ν. τ. ἐφοδ.
Ξ. ἀ.

male in duos versiculos diductis verbis Πειθὼ δ. ξυγκ. et Χθόνιον δ' Ἑ. καὶ τ. νύχ. Nempe a glossatore adscripta ista νῦν ἐπάρηξον.

707 — 710. Adscribuntur haec verba οἰκέτῃ cuidam, cuius per totam scenam deinceps nulla fit mentio. Nempe, lacrymantem conspiciens Gilissam, duos horum versuum priores aversus dicit chorus, ne a muliere audiatur, verensque, Orestis nomen pronuntiare, τὸν ξένον eum appellat.

708. V. Τροφὸν δ' Ὀρ., sed γε, i. e. γὰρ, a sententia requiritur.

711. V. τοὺς ξένους. correxit Pauw. Sch. πρὸς ξένους.

716. V. διαπεπραγμένοις. Καλῶς — ἔχει, Φήμης etc. Ἔχειν, quod ad sensum quidem abundat, eleganti Attici usus figura additur.

719. V. Ἢ δὴ κλύων ἐκεῖνος etc. sed quid differunt inter se κλύων et εὖτ' ἂν πύθηται μῦθον?

725. V. Τυχόντ', ἐμὴν ἤλγ. ἐν ς. Φ., putide, cum praecesserit μοι.

728. V. νυκτιπλάγκτων. Sequor Turneb.

730. V. Τλάσῃ. Τὸ μὴ etc. Nostra distinctione anacoluthon apparet: Φίλον δ' Ὀρέςην, — Τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.

731. V. — οὖ; τρόπῳ Φρενὸς, corrupte. τριπροφρόνως, i. e. μάλα προφρόνως, verbo ficto ut τριπλανὴς, τριπόθητος.

733. V. Εἰ λιμὸς ἢ δίψη τις, ἢ λιψουρία Ἔχει. sed λιψουρία indignum cothurno.

734. V. αὐταρκὴς, obscure. Schützius: νέα δ' οὐ νηδὺς αὐταρκὴς τ., parum feliciter.

735. V.:

Τούτων πρόμαντις οὖσα, πολλὰ δ' οἴομαι
Ψευσθεῖσα παιδὸς σπαργάνων Φαιδρύντρια,
Γναφεὺς etc.

pessime: nam quis ferat obscoena ista παιδὸς σπαργάνων Φαιδρύντρια? quis non sentiat, interpretamentum hoc esse verbi lecti γναφεύς? ψευσθεῖσα vero in locum alius vocis, dudum obscuratae (fuerit fortasse ψαίρουσα), successisse, etiam scholion ostendit hoc: ψευσθεῖσα παιδός.] ἀπὸ κοινοῦ, ἐξέθρεψα.

746. leg. Μή νυν. — V. δεσπότου ςύγει, obscure.

749. V. Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ Φρενί. Schützius:

Εὐαγγέλῳ γ. κ. ὀρθώσει φάτει, quae ille sic vertit: Laeti enim nuntii sub specie occulta rem bene geres.

753. V. κακός γε μάντις. sed δὲ requirebatur.

757. V. καὶ τοῖς. corr. Sch.

759 — 801. Carmen hoc in ed. Stanl. sic erat divisum, ut stropham 11 versuum sequeretur antistropha, in postremis tamen versibus minime strophae respondens; reliqui versus ferebantur monostrophici. Strophica haec esse, itidem bene animadvertit G. Hermannus, quanquam nec satis emendate, nec iusto ordine, singula exhibens, versusque 789 — 791 pro epodo, et sequentes usque ad finem cantici pro stropha et antistropha male habens. Corruptissimis autem Tragicorum locis hunc adnumero.

760. V.:

Δὸς τύχας, τυχεῖν δέ μοι κυρίως
Τὰ σώφροσιν εὖ μαινομένοις ἰδεῖν.

763. V. Διαδικάσαι ἔπος. pulcre emendavit G. Hermann.

764. V. Ἔλακον, Ζεῦ, σὺ etc. metro perdito.

766. V. ἐν ἅρματι, eodem vitio. legitur quoque male ἐν δρόμῳ.

767. V. Προστιθεὶς μέτρον τίς ἂν σωζόμενον ῥυθμόν. Ῥυθμῷ, i. e. rite, ordine, iuste, repositum a Schützio. μεταδώσων pro δώσων μέτα exaratum facile depravarunt. Referenda vox ad ἴσθι. vid. Valck. ad Hippolyt. p. 196. 1. D. Subaudiendum ἡμῖν, choro.

770. V. πημάτων, ex interpretatione. Rob. κτημάτων, propius a vero.

771. V. Ἔ ἓ πρὸ δὲ δὴχθρῶν, corrupte.

773. V. Ἐπ. μιν μέγαν ἄρας, male, nec iustis numeris.

775 — 80. Haec Schützius, alioqui de constitutione carminis bene meritus, haud recte post stropham tertiam inculcavit. Idem vulgatum ἀνδρὸς correxit. Legitur autem vulgo inconcinne et putide καί νιν ἐλευθερίως, itemque: λαμπρῶς τ' ἰδεῖν φιλίοις (quod glossema puto vitiose scriptorum ἐλευθερίοις λαμπροῖς τε) ὄμμ. δ. κ. Optat chorus, ut Orestes δνοφερὰς καλύπτρας, obscura vela, (cum ipse *ignotus* introisset ad matrem et Aegisthum) auferat ab oculis tyrannorum, ita ut ipsum agnoscant, sed ἐλευθερίως, liberaliter, praesertim erga matrem, et λαμπρῶς, splendide, plena victoria, casu adverso non obscurata.

779. V. πλουταγαθῆ. emend. Sch.

780. V. sic legitur: νομίζετε, κλύετε σύμφρονες θεοί.

783. Post hunc versum v. inferciuntur verba τόδε καλῶς κτάμενον, quae recte, ut a glossatore addita, expunxit Clar. Hermann.

784. V. ἐνδίκως, frigide. ἐπιφθορώτατος pro vulgato ἐπιφορώτατος, quod metro adversatur, ab Hermanno est.

786. Πολλὰ δ' ἄλλα φανεῖ χρηΐζων Κρυπτά. ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων. Et κρυπτὰ quidem atque ἄσκ. interpretamenta sunt verbi ἀλλοφανῆ, λέγων lectioris vocis πλέκων, denique πολλὰ τοῦ ἄλλα. ἀλλοφανὲς ἔπος, dictum, quod aliud esse videtur, atque est, oratio fraudulenta. χρήζουσι, cupientibus, ut oratio sua sit fallax, Gilissae, et infra ipsi choro. Invocatur Mercurius, negotiorum astutus confector, ut verba nutricis et chori Aegistho verisimilia videri curet.

787. V. σκότον φέρει.

788. οὐδέν. subaud. φέρων ex antecedentibus.

789. V. Καὶ τότε δὴ πλοῦτον δωμάτων λυτήριον θῆλυν οὐρ. ὁμοῦ κρεκτὸν γοήτων νόμον μεθ. π., verbis Καὶ τότε δὴ πλοῦτον, ut corrupte quidem exhibentur, quae huic loco adaptaturi operam perdunt interpretes, ex initio strophae δ' male huc translatis, verbisque δωμάτων et γοήτων ad interpretandum λυτήριον et κρεκτῶν adscriptis. ὁμοῦ κρεκτῶν, intell. λύρας.

791. V. Τὰ δ' εὖ ἐμὸν ἐμὸν κέρδος ἀέξεται τόδε. ἄτα etc. Κέρδος glossema est τοῦ εὖ. vid. anteced. annotat.

792. τῷ, Oresti. cf. 829.

795. V. ἐπαΐσας. ἐπαΐξεις, quo et metrum sanatur, referendum ad ἄταν, intellecto ἐπὶ ex ἐπαΐξεις, irrues in perniciosum facinus, id aggredieris.

796. V. Ἐπαΐσας πατρὸς ἔργῳ θρόουσαν πρός σε, τέκνον, πατρὸς αὐδὰν, καὶ περαίνων ἐπίμομφον ἄταν. Nempe τῷ ἄταν, quod pendere videretur inepto cuidam homini, explicationis gratia adscriptum περαίνων. vid. ad 800. Itidem τὸ αὐδὰν satellites suos accepit θρόουσαν πρός σε. ἔργῳ et αὐδὰν leviter corrupta ad nos pervenerunt. Ἐπίμομφον ἄταν, punitio matris, quae culpanda videatur. Sententiam et pulcherrimum metrum una opera restituimus.

797. V. Π. τ' ἐν φρεσὶν, frustra et inconcinne.

798. V. τοῖς δ' ὑπὸ χθ. φίλοισι, itidem ἀμέτρως, nec recte τῷ δὲ illato pro θ', quod sequenti τε respondet.

800. V. λυπρὰς, ἔνδοθεν φοινίαν ἄταν τιθεὶς, τὸν αἴτιον. Aliud hoc interpretamentum habes verborum ἄταν ἐπίμομφον, quod casu huc immigravit, ut vagari solent glossemata. vid. ad 796.

805. V. Μόρον δ' Ὀρέςου. Καὶ τόδ' ἀμφέρειν δόμοις Γένοιτ' ἂν ἄ. δειματοςαγὲς φόνῳ Τῷ etc. Sed ridicule dicitur τὸ ἀμφέρειν (ut de fide verbi taceamus) domi Orestae caedem magno detrimento fore. Quid? domi, ubi praeter Clytaemnestram et Aegisthum servi tantum et servae essent imbecilles? apage tale commentum ab Aeschylo! Neque vero φόνος dici potest ἑλκαίνων et δεδηγμένος Agamemnonis δόμος, ut nullus dubitem, verba φόνου et δόμῳ transposita esse. τόδε ἀμφῆρες φόνου elegantissime dicitur ἀμφήρης, i. e. διπλοῦς, φόνος, Agamemnonis et Orestae. magis hoc verbi decet poëtam militem, rei nauticae peritissimum, ut qui pugnae ad Salaminem interfuisset.

808. V. Πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω; corrupte.

810. V. φρενὶ, tautologice, nam quid differunt εἰπεῖν et δηλῶσαι φρενὶ, animo (Aegisthi) indicare? nunc δηλῶσαι sonat δῆλον εἶναι, et δῆλος φρὴν per metaphoram dicitur animus, cui clara et manifesta omnia videantur.

812. V. Ἀκούσαμεν μέν. κακοφώνως.

813. V. Ἔσω παρελθών· οὐδὲν ἀγγέλων σθένος, Ὡς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθ. πέρι. Αὐτὸν a Schützio repositum pro vulgato αὐτός. Ἄντα dedit Abresch.

815. V. αὖ legitur pro οὖν. sed nondum vidit nuncium Aegisthus.

818. V. κλέψειαν. correxit Sch.

821. V. εὐνοίας, pendente τῷ ἴσου. iam sic procedunt verba: πῶς ἀνύσωμαι ἴσον εὐνοίᾳ, ὑπειποῦσα;

830. V. μόνος ὢν ἔφεδρος, ex interpretatione, unde μόνος recte abest Turn.

831. V. δισσοῖς μέλλει θ. Ὀ. Ἅψειν, itidem ex interpretatione, cum depravatum esset ἅψων.

834. V. κέκρανται, inconcinne.

846. V. ξυροῦ πέλας Αὐχὴν etc.

850. V. λόγῳ. emend. Sch.

864. V. ἦτα. sed Ald. δὲ τά. Cantero debetur nostrum.

866. V. ἡγοῦ πλέον. quod sic vertitur: Omnes prius hostes quam deos existimes.

872. V. νῦν δὲ, quae perbene correxit Clar. Sch.

878. h. e. Non id ἀποῤῥίπτειν dicendum, quod te ad hospitem deportare iussi. Consulto Orestis verbum repetit.

875. V. Διχῶς ἐπράθην, ut passim perierunt literae versuum initiales.

882. V. Μὴ, ἀλλ' εἶφ' ὁμ., ex interpretatione.

884. V. ἀνδρὸς εἴργεσθαι. sed hisce non congruit Orestis, quae sequitur, oratio, qua significatur, hoc quidem loco de μόχθοις sive ἔργοις virorum actum fuisse.

888. κύνας, Furias, quae passim sic vocantur.

890. V. Ἐ. θρηνεῖν ζῶσα πρὸς τ. μ. θρηνίζειν ex regula formatum. θρηνίζουσα pro infinitivo eleganter usurpatur.

891. V. inconcinne: τόνδε σ' ὁρίζει μ., quae bene emaculavit G. Hermann.

892. V. abest γ', labante versu.

894. Ald. et Turn. κἂν ἐς γ' ὅ. sequiores: ἱκανές γ' ὄν. Verum suboluit Schützio.

897. V. αἱρούμεθα. emend. G. Hermann.

899. V. δίκα, putide, cum statim inferatur βαρύδικος. διχῆ, duplici caede. respondent sibi διχῆ et διπλοῦς.

903. V. Ἔλακε δὲ (vel δ' ἐς) τὸ πᾶν. Ἔλαχε placebat etiam Schützio; mox vero, Scholiasten secutus, dedit Ἔλασε. τόπος et τόποι passim pro γῆ usurpantur Tragicis. ὢν i. e. ἐῶν, ut Homerus quoque.

905. V. ἐφραδαῖσιν vel ἀφραδαῖσιν.

906. V. Ἐπολολυξάτω δ. δ. Chorum iuberi acclamare, verbum δεσποσύνων indicat.

909. V. Δυσοίμου τύχας, obscure.

910. V. Ἔμολε δ' ᾧ etc. ut addere solent copulas librarii. Amat asyndeta Noster.

912. V. Ἔθιγε δὲ μάλα. Ἀμαλὴ, i. e. ἀσθενὴς, dicitur manus Orestae, ad tale facinus cunctans, viresque perdens. Grandisonum δαὶ in melicis, praesertim Aeschyli, ferendum puto.

916. V. ἐν ἐχθ. correxit Sch.

917. V.:

Τάπερ ὁ Λ. ὁ Π.
Μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπ' ὄχθει·
Ἆξεν ἀδόλως δολίαν (Turn. δολίας)
Βλαπτομέναν ἐν χρόνοις
Θεῖσαν ἐποίχεται.

Τάνπερ et χρονισθεῖσαν a G. Hermanno recte rescriptum est. Ad ὄχθον nescio quis adscripsit μυχὸν μεσόμφαλον χθονὸς, ut saepenumero vocatur urbs Delphorum. Ἆξεν, corruptum, ut puto, ex ἦχεν, glossema est τοῦ ἐπείγεται.

921. Hic vulgo incipit epodus.

922. V. Ἄξιον δ', οὐρ., metro laeso. vid. ad 910.

924. V. ante μέγας inculcantur verba Πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν, petita illa ex fine epodi, et huc tanquam similia istis Ἅλιος ἀνάγεται adscripta.

926. V. Χαμ. ἔκειτ' ἀεὶ, inconcinne. ἀεὶ glossema ineptum est verborum πολὺν ἄγαν χρόνον.

928. V. δωμάτων, ὅταν ἀφ' ἑςίας Μύσος πᾶν ἐλάσῃ. Καθαρμοῖς ἅπαν ἐλατήριον. Verba ὅταν ἐλάσῃ πᾶν μύσος interpretandi causa appicta sunt lectis illis μύσος ἅπαν ἐλατήριος. Stanleio acceptum refer ἐλατήριος.

930. V. Τύχα. correxit Sch.

931. V. τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομ.

932. V. Μετοικοδόμων. emend. Sch.

936. V. Σεμνοὶ μὲν etc. sed ostendunt verba φίλοι δὲ καὶ νῦν, amorem seu coniunctionem Aegisthi et Clytaemnestrae etiam h. l. significata fuisse, non maiestatem vel superbiam.

938. V. ὅρκος τ' ἐμμένει π., obscure.

945. V. ἀνδρῶν: sed non viris ostendi iubet vestem, sed Soli. ἀνδρὸς, Agamemnonis.

950. V. λέγω μόρον, aberrante ad antecedentis versus finem oculo librarii.

951. V. αἰσχ. ὡς, νόμου δίκην. sequor Canterum.

952. V. δ' legitur pro γ', invita sententia.

954. V. ἐχθρὸν, ὡς φαίνει, κακὸν, verbo φαίνει pro φαίνεται accepto, quod ut probari possit, ut vix potest, languidum tamen est.

955. ἦτ', i. e. ἤτοι. „Verum esse" (eruditissimum G. Spaldingium audis), „quod Brunckius docet, in coniunctione τοι elidi posse duas vocales, testatur Plato in Cratylo Bip. vol. 3. p. 245. C."

956. V. θίγουσ' ἄν. Verum servavit Ald. in σήπειν intell. ὡς.

958. V. καὶ, quod emend. Sch.

960. V. δρύτης. itidem correxit Sch. Porro sic legitur:

— δίκτυον μὲν οὖν.

Ἄρκυν δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους,

in quo versu, bene inquit Sch., interpolatoris manus facile agnoscitur. Coniungenda autem erant verba δίκτ. μ. ο. cum sequentibus τοιοῦτον etc.

964. θερμαίνοι φρενὶ τῷ δολώματι (nam θερμαίνοι quoque referendum ad τῷ δολ.), animo calefiat, i. e. gaudeat, ob dolum istum. incalescere enim in genere quovis affectu animi esse significat. χαρᾷ θερμαίνεσθαι legitur apud Eurip. El. 402. ed. Beck.

967. V. bis exhibetur αἶ, sed strophica haec esse, facile intelligitur. quare quater ponendum fuit verbum.

969. V. διεπ., ἒ, ἒ. μίμνοντι δὲ καὶ π. ἀ. Μαιμῶν, i. e. ἐνθουσιάζων, apte dicitur Orestes.

974. V. αὐτὸν (quod correxit G. Hermann) α., νῦν ἀπ. παρών. sed nullam vim habet παρών.

975. V. προςφωνῶν, cum tamen nusquam vesimentum illud Orestes alloquatur.

979. V. ἄτιμος ἀμείψεται.

980. V. αὐτίχ' ὁ δ' ἥξεν.

981. V. ἄλλος γ' ἂν εἴδῃ. Sch. ἄλλος τόδ' εἴδῃ.

982. V. ἡνιοςρόφου. correxit Sch.

984. V. καρδία φόβος ἀ. ἔτ. ἠδ' ὑπ. κότῳ. Egregie emend. Clar. Sch. Κότος, ira, furor, iam occupans Orestem. ἢ δ' ab Abreschio est.

992. V. οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν. Τόξων (Sch. τόξῳ) γὰρ οὔτις πημάτων προςίξεται. Verborum ἐρῶ τὴν emendatio proclivis est. Ista vero Τόξων — προςίξεται confluxisse mihi videntur ex interpretamentis depravatorum οὐκ ἐρεῖ τὴν ζημίαν, verbum τὴν nescio quo explicante per Τόσην, unde exstitit τόξων, alio vero integram sententiam sic παραφράζοντι: οὔτις (nam τὶς subaudie-

bat in ἔρει) προσίξεται (quod accepit pro ἐξίκοιτο) πημάτων, quae deinde in versus modulum redacta sunt.

995. Urbem Delphorum in media terra sitam esse, communi apud Graecos fama ferebatur. Πῦρ ἄσβεστον et ibi et Athenis alibique in templis fuit, cuius curam viduae gerebant, teste Plutarcho in vita Numae. vid. Stanl. ad h. l. cf. Eum. 40.

999. V. Τὰ δ'.

1000. Ald. συμμαρτυρεῖν μενέλεως., Turb. λεὼς, sequiores καὶ μαρτ. μοι λεὼς, Sch. Ξυμμαρτυρεῖν μέλε' ὡς.

1002. V. εὖ τε. correxit Sch.

1003. V. ἐπιζευχθῇ, Sch. ἐπιζευχθῶ, Porson. ἐπιζευχθῇς. Dicit Orestes, se, quamvis innocentem, os tamen non clausurum calumniatoribus, neque vicissim opprobria sparsurum.

1004. V. Φῆμαι πονηραί. Sch. φήμαις πονηραῖς. sequor in hac quidem parte Heathium.

1008. V. Φαιωχίτωνες. Sch. Φαιοκχίτωνες, quod exemplis probari cupiam. De Furiarum amictu vid. ad Eumenid. 55.

1010. V. πατρί. correxit Sch.

1011. V. νικῶν. itidem emend. Sch.

1012. V. τῶνδε.

1018. V. Εἴσω καθ. Sch. non male coniiciebat: ἐστὶν καθ.: sed ἔσαι vulgato similius. προσθίγων, tangens, praesertim mentum, ut solebant supplices.

1026. V. Πνεούσας γονίας ἐτελέσθη. Heath.: πνεύσας φόνιός γ' ἐτελ.

1027. παιδόμοροι, i. e. μόροι παίδων, neque vexet in Nostro quemquam plurali numero positum μόρος. Valck. ad Phoen. 1576. reponebat tamen παιδόβοροι. sed tunc τε pendet.

ANNOTATIONES

IN AESCHYLI EUMENIDES.

„Hac fabula, inquit Clar. Schütz, Orestias, tanquam tertia parte, absolvitur. Prima enim, quae Agamemnon inscribitur, Orestis patrem sistit, Clytaemnestrae matris eiusque adulteri scelere interemtum. Choephoris ultio continetur filii, de impia matre sumta. Eumenides Orestem exhibent, piaculo caedis maternae, propter quam a Furiis agitabatur, Apollinis et Minervae consiliis liberatum."

„Prima pars tragoediae Delphis, altera Athenis, agitur. Prologum agit Pythias, templum Apollinis Delphici vaticinandi causa ingressura, quae Furiarum, in templo dormientium, adspectu exterrita refugit. Templo iam spectatorum oculis aperto, apparent Apollo et Orestes, Furiis etiamnum somno oppressis. Apollo Orestem Athenas ad Minervae templum proficisci iubet. Sequitur scena tertia, in qua Clytaemnestrae umbra Furiis dormientibus exprobrat, quod passae sint parricidam aufugere. Hanc obiurgationem excipit Chori canticum, quo Eumenides se ab Apolline delusas queruntur, pergunt tamen Orestae minari. Venit Apollo, Furias e templo suo expulsurus; inde altercatione orta Eumenides se porro Orestem persecuturas ostendunt, Apollo autem se eum liberaturum esse denuntiat."

„Iam scena Athenas translata primum Orestes in templo Palladis conspicitur, supplex deae patrocinium exorans. Superveniunt Furiae, minis eum persequentes et carmine δεσμίῳ terrentes. Tum coram Minerva Orestes a Furiis accusatur et causam dicit. Minerva se causam delectis e civitate iudicibus iuratis commissuram significat. Sequitur chori canticum, gravissimarum de poenis, mala hominum facinora consequentibus, sententiarum plenum. Scena ultima conveniunt iudices, Minerva praeside,

Apolline testem agente. Post rixam accusatricum Furiarum cum Oreste reo iudices in suffragia mittuntur; reus absolvitur. Inde graves Eumenidum irae, quas Pallas aegre tandem placat, efficitque, ut Eumenides oblatam sibi sedem cultumque Athenis accipiant, seque huic urbi propitias futuras ostendant. Sic fabula carminibus Eumenidum, omnis generis prosperitatem Atheniensium populo vaticinantibus, et solemni ipsarum, ex Minervae templo deductarum, pompa clauditur." Sch.

Chorus ex 50 constitit, sed consternatus hoc numero populus lege exinde ad quindecim chorum Tragicum redegit. Pollux, lib. 4. cap. 15. Stanl.

V. 2. Pausanias Phocicis: Φασὶ γὰρ δὴ τὰ ἀρχαιότατα Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον, καὶ Δάφνην (Tiresiae filiam) ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι πρόμαντιν ὑπὸ τῆς Γῆς. etc. Stanl. Conferri Ovid. Metam. 1, 321. sqq. et Apollod. 1, 4. iubet Wakefield, nuperus Eumenidum cum delectu Tragoediarum editor.

5. Apollinem vi Delphicum oraculum occupasse, ex Pindaro refert Schol., expulsa Themide; ideoque a Terra quaesitum esse, ut in Tartarum praecipitaretur. Idem dicit et Eurip. in Iphigenia Taurica. Stanl.

Utrum vero, quod hic de Phoebe narrat, Aeschylus confinxerit, an apud Cyclicos, quos secutus est, invenerit, equidem decernere non ausim. Sch.

θελούσης. Similiter θελήσας pro ἑκὼν Soph. Oed. Col. 790. Πρὸς βίαν, ut Soph. Ai. 1344., pro quo βίᾳ Thucyd. 6.: τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος ἑκούσης καὶ οὐ βίᾳ ἡγήσεσθε. Abresch.

7. Phoebe mater Latonae, Latona Phoebi. Stanl.

Bene Christianus Brunings in Compendio Antiquitatum Graecarum e profanis sacrarum: Quintus, inquit, a natali dies sacer et festus fuit, quo infantem gestare circa focum et Laribus solenni ritu dedicare consueverunt Graeci; quod festum vocabatur Ἀμφιδρόμια, a sacro circa focum cursu. Idem dies infantem ornavit amicorum donis, quae δόσεις γενέθλιοι, munera genitalia, appellantur. cf. Potter. Archaeol. 4, 14. Decimus dies infanti nomen dedit, ab avo plerumque mutuatum, quod constat ex Aristoph. Nub. 65., ad quem locum vid. tamen Spanhemius, exemplis is quidem probans, nonnunquam et patris nomen ad-

haesisse filio; quod a Iudaeorum moribus non abhorret. vid. Lucae 1, 59.

Quem ritum a Graecis ad Romanos derivatum esse, monet Stanl.

8. V. δ' inculcatur post Φοίβης. sed aegre feras tam cumulata δέ: ἐκ δὲ τῆς — ἐν δὲ τῷ — δίδωσι δ' ἣ — τὸ Φοίβης δὲ —. quanquam hoc, quantumvis inelegans, non inusitatum tamen Graecis scriptoribus, praesertim antiquioribus, ut nihil equidem novassem, nisi sententia quoque omissione particulae istius locupletaretur. τὸ enim ex vetusto more interpretans ὃ, i. e. διὸ, causam iam indicatam vides, cur aviae nomen acceperit Phoebus, in memoriam nimirum dono dati oraculi.

9. λίμνην. Paludem Deliacam, ad quam natus erat deus. Sch. Rupem vero Deliam dixit Aeschylus, et similiter Euripides Troad. 89. Δηλίους χοιράδας, ideo quod arida et saxosa esset haec insula, dictà inde κραναὰ Δῆλος ab Orpheo s. Onomacrito in Argonauticis, et a Pindaro Isthm. 1., ubi iuxta veteres eius enarratores τραχεῖα καὶ πετρώδης ἡ νῆσος eadem traditur. Spanh. ad Callim. hymn. in Del. 268.

10. ἀκτὰς ν. τ. Π. Athenas. Sch.

12. Ubique, inquit Stanl., Athenas celebrandi occasionem captat Aeschylus (et Tragici), ideoque hic artificio summo Apollinem ab Atheniensibus deductum commentus est, ut pompae, quam Delphos mittebant, tam egregia et celebris origo fuisse videretur. Cum Nostro convenit Ephori narratio apud Strab. 9. Pindarus vero in laudem patriae suae ex Tanagra Boeotiae, ut observat Schol. noster, deduci finxit.

13. Intell., ut Wakefieldus monet, fabros et id genus artifices, viam difficilem sternentes, et impedimenta omnia amoventes Delphos proficiscentibus.

16. „Pausanias: — Δελφὸν δὲ εἶναι, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστιν. Et rursus: Οἱ μὲν δὴ γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες (Aeschylus autem multus est in paronomasiis observandis), παῖδα εἶναι Δελφοῦ Πύθιν, καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος γενέσθαι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἥγηνται. A Delpho igitur Delphi, a Pythi Pytho. Schol. paulo ante ex Epaphrodito: Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφὸς, ἀφ' οὗ Δελφοί —." Stanl.

17. Scripsi τεχνῆς, i. e. τεχνήεις, nam vulgatum τέχνης pendet. et absolute usurpatur ἔνθεος. Dedi quoque Φρενῶν pro Φρένα, ne huc referretur νιν. mirum, quam saepe in literarum apicibus aberratum est.

19. Virgil. Aen. 3.

> Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta,
> Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo,
> Praedixit.

Ubi Servius: Notandum, Apollinem, quae dicit, a Iove cognoscere. Et Macrobius Saturnal. 5, 22.: Affirmo, doctissimum vatem etiam in hoc Aeschylum, eminentissimum tragoediarum scriptorem, secutum, qui in fabula, quae Latina lingua Sacerdotes inscribitur (nempe Ἱέρειαι), sic ait:

> Στέλλειν ὅπως τάχιςα· ταῦτα γὰρ πατὴρ
> Ζεὺς ἐγκαθιεῖ Λοξίᾳ θεσπίσματα.

Et alibi (hunc ipsum locum innuens):

> Πατρὸς προφήτης ἐςὶ Λοξίας θεός.

Ecquid clarum factum est, inde sumsisse Virgilium, quod Apollo ea vaticinatur, quae sibi Iupiter fatur? — Stanl. cf. et 573 — 575. et 669. et Psychostasiae fragm. 3.

20. Τούτους. Terram, Themin, Phoeben, Apollinem. Id.

21. Delphis *Pronaeam* fuisse Palladem, quod ante templum Apollinis esset collocata, et hinc patet, et ex versu Callimachi a Schol. allato:

> Χ' ἡ Παλλὰς, Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύοντο προναίην.

Et erat aedes ei sacra, ut Pausan. in Phocicis: ὁ τέταρτος (ναὸς) Ἀθηνᾶς ἐςι Προναίας. Eiusdem cognominis Minerva et ad Thebas. vid. Pausan. in Boeot. etc. Stanl. Legitur autem v. ἐν λόγοις pro εὐλόγως, frequentissimo errore.

22. Κωρυκὶς πέτρα, interprete Scholiaste Παρνασσὸς, sed minus recte; additur enim κοίλη, ut intelligatur ἄντρον Κωρύκιον, quod non erat poëtae praetereundum; est enim omnium, quae notatu digna, maximum, observante Pausania. Nymphas autem illic veneratur Pythia tum, quod nomen sortitum sit a Nympha (λέγεται δὲ καὶ —, Ἀπόλλωνι ἐκ Νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς Νύμφης. Pausan. in

Phocic.); tum quod Nymphis cum Pane potissimum haberetur sacrum. Pausan. ibid. Stanl.

24. Βρόμιος, Bacchus, cui ex duobus Parnassi verticibus alterum sacrum fuisse constat. Sch.

26. De Pentheo, Bacchi contemtore, qui a matre Agave aliisque Bacchabus discerptus est, vid. Eurip. Bacch. et Ovid. Metam. 3.

27. Apollon. 2.:

Πολλὰ δὲ Κωρυκίαι νύμφαι, Πλείστοιο θύγατρες.

Fluvius ibi Plistus. Stanl.

Ποσειδᾶνος. Cuius prius fuerat urbs Delphi, donec eam Calauria (Taenaro, ut Strabo) permutaverat. Id.

37. Collapsa prae consternatione Pythia, manibus ex templo exit, ut recte monet Schol.

38. V. μὲν οὖν legitur pro μένος, ut pulcre correxit Sch.

39. Sacellum Apollinis et Pythiados tripus laureis coronis ornata erant. Eurip. Ion. 224. Id.

40. ἐπ' ὀμφαλῷ. Prope sedem ex albo marmore constructam in Apollinis sacello, quam ferebant ipsum terrarum centrum obtinere. Pausan. in Phoc. p. 331. ed. Kuhn. Id.

44. V. Λήνει μεγίστῳ, nimium inepte, nam quid sibi vult *praegrandis lana?* Nempe τὸ ἀμεγάρτῳ nescio quis interpretatus est per μεγίστῳ (μέγιστον enim interdum sonat ἀμέγαρτος), quod deinde in versum, ut fit, irrepsit.

45. V. Ἀργῆτι μαλλῷ. Τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ. corrupte quidem. In limine templi substiterat sacerdos.

49. V. Οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις. ad quae Schol.: ἀλλ' οὐδ' Ἁρπυίας αὐτὰς λέγω. εἶδον γὰρ αὐτὰς ἐν γραφῇ πτερωτάς. et sponte quoque intelligitur, Harpyiarum nomen olim h. l. lectum fuisse. Ceterum de monstrosis hisce avibus, quae Phinei regis dapes rapiebant et foedabant, res nota ex Argonauticorum scriptoribus.

50. V. Εἶδόν ποτ' ἤδη.

54. Δυσφιλῆ βίαν. Odiosam vim, vel abominandum virus. Huc egregie facit locus Sophoclis ad Aiacis finem:

— ἔτι γὰρ θερμαὶ
Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
Μένος.

Neque non advocandus est Apollonius 2, 229.

Πνεῖ τόδε μυδάλεόν τε καὶ οὐ τλητὸν μένος ὀδμῆς.

et infra Noster hunc liquorem appellat κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος. Wakefield.

Abreschius confert Choëph. 1017. et Eurip. Orest. 256., ubi αἱματωποὶ appellantur Furiae.

55. Qualis fuerit amictus scenicus Furiarum, ex Strabone discimus, qui de Cassiteridibus insulis agens, lib. 3. Τὰς δ' ἄλλας, inquit, οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς. Stanl. Gestabant quoque flagella, serpentibus implexa, et ardentes taedas. cf. Choëph. 1007 — 1009. et infra 69. 130. 131.

57. V. τὸ Φῦλον.

59. V. πόνων. correxit G. Hermann, Vir doctissimus, in editione huius dramatis, quam speciminis loco, sine animadversionibus, curavit 1799. Lips. apud Fleischer. iun. Et sic haud dubie Schol. legit, qui h. l. haec habet: τὸ τῆς ἀνατροφῆς. voluit τὸν (πόνον) τῆς ἀν.; male enim ista ad verba τρέφουσ' ἀνατεὶ referuntur.

62. 63. Bene haec supplementis illustravit Scholiastes. Si res medicina eget, medicus est; si divinatione, aruspex est; si expiatione, is est, qui lustrare et purgare valeat. καὶ τοῖσιν ἄλλοις, aliorum quoque; quanto magis suas ipsius aedes, Furiarum et Orestis praesentia contaminatas! Sch.

67. ἁλούσας, deceptas, non enim post ὕπνῳ interpungendum puto, ut v. fit, sed ὕπνῳ accipio pro εἰς ὕπνον. cf. 111.

69. V. παλαιαὶ παῖδες, minus eleganter.

74. Hic incipit apodosis sententiae Καὶ νῦν ἁλούσας etc. Quamvis dormiant, tamen tu fuge quantum potest.

75. V. Ἐλ. γ. σε καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς

Βεβῶτ' ἀνατεὶ (Al. et Rob. ἂν αἰεὶ) τὴν πλαν. χθ.,

Ὑπέρ τε πόντον etc.

Sed nemo facile dubitet, quin verba δι' ἠπ. μακρ. pro interpretamento adscripta sint istis πλανοστιβῆ χθόνα, ex qua descriptione elegantissima stupidum interpolatoris ingenium praeter notionem magnitudinis nihil sumsit. Nempe cum homines

non intelligerent ὑπὲρ aeque ad χθόνα πλαν. et ad πόντου καὶ π. π. referendum esse, verbis πλαν. χθ. adscribillarunt Βεβῶτα ἀνὰ τὴν (πλανοςιβῆ χθόνα, unde cum forte Ββ ἀνατεὶ τὴν exstitisset, nihil istos, Graeculosne dicam an graculos, quominus foetum suum poëtae obtruderent, impedire potuit.

77. βουκολούμενος. περιέπων, Schol. bene usurpatum verbum pro βουκολῶν, et per metaphoram pascere dicitur, qui agit seu curat rem, quomodo fere ποιμὴν λαῶν passim legitur, et πράγματα βόσκειν in fragmento 2. Thesei Eurip. vid. Schol. Aristoph. ad Vesp. 312.

89. Mercurium usitatissimi cognominis Πομπαῖος admonet Apollo, ut eius nominis omen impleat, Orestem feliciter deducendo.

91. V. Σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων (Heath. ἐκνέμων, quod inusitatum) σέβας, corrupte. in ἐπινέμων eleganter intell. σοί. σέβας ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ, i. e. σέβας s. γέρας Πομπαίου. Paronomasia verborum σέβοιτο et σέβας nemo, praesertim in Aeschylo, offendatur.

93. Sic passim optativus cum ἂν particula Atticis usurpatur pro imperativo. cf. 115. 637.

94. V. haec sequuntur:

Ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὡς μὲν ἔκτανον,
Ὄνειδος ἐν Φθ. etc.

Sed verba ἀλλ. ἐν νεκροῖσιν manifestum glossema sunt τῶν ἐν Φθιτοῖσιν, et ὡς μὲν ἔκτανον itidem adscriptum ab interpretante, ut intelligeretur, cur ἀπητιμασμένη esset Clytaemnestra.

96. προὐνέπω, dico, non praedico. vid. ad Cho. 214.

101. V. Ὅρα δὲ π. τ. καρδίᾳ σέθεν. sequor Rob. etc. πληγὰς, cladem, infortunium, Orestis fuga, matri intolerabilis. sic infra 870. πληγαὶ βιότου.

102. V. εὕδουσα, sed si ipsa mens dormiat, ὄμμασι nimirum haud λαμπρύνεται. „Dormientibus oculis," i. e. hominibus, cum dormiunt.

103. V. Ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος β., quasi interdiu fata hominum prospici non possent. quod ineptum est. εὐημέρως, proprie comiter, placide, quasi alioqui ferum sit Fatum oculosque fugiat. metaphora Nostro digna.

105. V. χοάς τ', nam pertinent haec ad ἔθυον et sequentia.

106. V. Καὶ νυκτὶ σεμνὰ, vel νυκτίσεμνα.

112. περὶ τῆςδε ψυχῆς, i. e. περὶ ἐμοῦ: nam qua ratione vivus, de se loquens, passim dicit ἐμὸν δέμας, eadem mortuus ἐμὴ ψυχὴ, s. ἥδε ψυχή. V. autem legitur: ὡς ἐλ. τῆς ἐμῆς περὶ ψ., bene corrigente Clar. Schützio.

114. ὄναρ. intell. κατά. vid. Bos in κατά. sic et 124.

116. „non amicis meis hic supplicatur," i. e. Apollo, cui supplex factus est Orestes, me odit.

120. Τί σοι πέπρακται πρᾶγμα, quid agere soles? nam et perfecta interdum ἀορίστως significant.

123. V. λάβε quater ponitur; sed verisimile est, usurpatam pro clausula fuisse, sicut passim, penthemimerin iambicam.

125. V. πόνου, solito errore: nam passim inter se permutatae inveniuntur literae π, φ et ψ. vid. infra 254. 279. 358. 460.

130. V. Οὐδ' αἰμ., mendose.

131. V. νηδύος πυρὶ, nimis inepte. πυρεὺς, comburens, legitur apud Hesychium. intelligendus taedarum fumus.

133. Perturbationem parum experrectae Furiae perversa oratio pulcre exprimit.

138. δυςαχές. sic Rob. v. δυςαχθὲς, inconcinne, nisi ὦ deleas, quod fecit G. Hermann, metro quidem languidiore. δυςαχὴς ex eadem analogia, qua δυςαχθὴς, formatum.

143. Sic passim usurpantur καθιππάζεσθαι, κατατρέχειν, et Latinorum inequitare, insultare ac similia, quae imitati olim nostrates adhibebant verbum *reiten* pro eo quod est *quälen*, *drücken*, velut *Hans Sachs*, poëta Norimbergensis, in carmine quodam libri primi, inscripto, *Der schönen Frauen Kugelplatz*, haec habet:

Mancher Narr auch ein' stoss erlitt,
Dass ihn darnach die armuth ritt;

itidemque ibidem:

— so wird er plötzlich umbgeschoben,
Dass ihn unglück reitt unten und oben.

cf. 687. 730.

150. Verba μεσολ. — λοβὸν v. unius versus ambitu comprehenduntur, pessimo hiatu in κέντρῳ et ὑπό.

152. V. δαΐου, δαμίου, sed δαμίου cothurno indignum est.

153. V. Βαρὺ τὸ περιβαρὺ, minus bene. Legitur quoque ἔχειν, quod dare sustineas licet, intelligendo ὡς.

157. Περὶ πόδα, περὶ κάρα. Tritum hoc proverbium est, sed diversimode prolatum. Homerus: ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, Aristophanes: ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν, Theocritus: ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε. Stanl.

159. V. αἱρούμενον, inconcinne. emendavit Heath.

160. V. μάντι σῷ. Schützius μάντις ὢν, minus bene, licet Apollinis nomen facile subaudiatur ex verbis οἱ νεώτεροι θεοὶ, quibus unice Phoebus tangitur. Μάντις etiam infra 552. appellatur, quem locum videsis.

161. V. ἔχρανάς τ'. correxit Sch.

167. V. ἐκείνου legitur pro ἐκ καινοῦ, quod idem τῷ ἐκ καινῆς, sententia quidem et metro pariter laborantibus. μιάστορα, i. e. ἀλάστορα, Furiis similem, qui sontem flagellet, vulneret, *foedet*.

Possis tamen et legere ἐκ κείνων, in posterum, prout est Sophocl. Philoct. 702., vel ἐκ κείνου, eodem sensu.

170. Minime otiosum est καὶ, sed subintelligenda quaedam indicat. integra enim sententia sic haberet: Abite, ne et multa alia experiamini vobis molesta, et sagittas etiam (καὶ) meas.

171. θώμιγγος, proprie nervi, sed pars pro toto usurpata.

172. Post hunc versum talia v. exhibentur:

Ἐμοῦσα θρόμβους, οὓς ἀφείλκυσας, φόνου.

quae quovis interpolatore digna, itaque Aeschylo indigna, censeo: nam nihil continent, quod non antecedente versu vel lectis verbis (ἀνῆς, μέλαν' ἀφρὸν) expressum, vel sponte subaudiendum sit: quivis enim intelligit, Furias h. l. ita fere describi ut Κῆρες, nisi quod hae quidem occisorum, praesertim in pugnis, Furiae vero vivorum, sanguinem exsugere finguntur. cf. 250 sqq. 287. 290.

175. Ἀποφθορὰ de abortu a medicis usurpatur; h. l. igitur nihil impedit quo minus de abortus procuratione accipiamus. Sch.

177. V. τε, καὶ μύζουσιν, intellecto ex antecedentibus οὖ,

quod duriusculum. Bene itidem Clar. Schütz.: Antiquissimum hoc est vestigium supplicii atrocissimi, et ex usu gentium humanitatis cultu florentium dudum sublati, quod germanico sermone *das Spiessen*, gallico *empaler* dicitur, ubi stipite per obscoena secundum spinam dorsi adacto immaniter cruciabantur homines.

183. V. *πλησίοισι*, male, nam in ipso *χρηστηρίῳ* haec aguntur. Sic *πλούσια δώματα*, *πλουσία τράπεζα*, dicuntur. Divitiae templi Delphici ex tot civitatum, regum, privatorum denique tum Graecorum tum peregrinorum donariis in vulgus notae.

184. Similiter Troiani *κτήνη* vocantur Agam. 122., eademque metaphora infra 237. Furiae: *χθονὸς πᾶς πεποίμανται τόπος*. Magnam earum turbam indicat imago gregis.

191. V. *τιμήν*, pessime. Sch. *τί μήν*; Nostrum a Porsono.

199 sqq. V. sic edebantur:

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Τί γάρ; γυναικὸς, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ,
Οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.
Ἦ κάρτ' ἄτιμα καὶ etc.

Nos Porsonum imitati sumus, quod et Schützius fecit.

202. Christian. Brunings, V. D. in compendio Antiqq. Graec. p. 67.: Mactatis rite, inquit, sacrificiis, quae *προγάμεια* et *προτέλεια* vocantur, et implorato Deorum *τελείων* sive nuptialium, Veneris, Iunonis, Dianae aliorumque, in his Furiarum, favore, celebrata sunt ipsa nuptiarum solennia. vid. Eumenid. 779.

205. *μόρσιμος*, i. e. minime fortuita, nulliusque ponderis, sed fatis decreta.

208. V. *γενέσθαι*. correxit Sch.

213. Exempla subiunctivi pro optativo cum particula *ἂν* (quae forma futuro similis) usurpati passim obvia.

214. V. *πλέον*. correxit Sch.

215. V. *λόγῳ*, frigide. Insidias sibi structas a deo queritur chorus, ut supra 142.

219. V. *κακκυνηγέτης*, corrupte. G. Hermanno placere video *κακὴ κυνηγέτις*. sed anapaestus illo loco tolerabilis non est.

226. V. *προστ. τε πρός*. corr. Sch.

227. Βροτῶν, quod proprie quidem pertinet ad verba ἄλλοισιν οἴκοις, refertur ἀπὸ κοινοῦ ad πορεύμασιν, ibique valet ἐν βροτοῖς. Non nemini placebat βροτόν.

232. Habet, quo sustentetur, εἶεν, ut suppressum Furiarum in itinere colloquium indicet, altero semichoro visa sibi quaedam matricidae vestigia monstrante, quem dum refellit alter, ille: Εἶεν, inquit, „Age," concedo, ista nihili fuisse: „verum hoc viri manifestum est indicium." Alioqui legerem: Ἐστὶν τόδ᾽, ἐστὶ τἀνδρὸς ἐ. τ.

241. V.:

Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ.
Ὅρα, ὅρα μάλ᾽ αὖ! λεύσσετον (Turn. λεύσσε τὸν,
Sch. λεύσσετε) πάντα, μὴ
Λάθῃ φύγδα βὰς ὁ ματ. ἀτ.

Sed τῷ γε versu 241 sententiae opus est. nec minus apparet, versibus 242 — 249. chori colloquium contineri. πάντα iam a Wakefieldo repositum est. Pro φύγδα in Ald. et Turn. legitur φυγάδα, quod haud dubie nostrum fuit. Usurpatus autem in hoc dochmio, sicut passim, paeon primus pro dactylo. Articulus verbi ματροφόνος metrum evertit.

Προσγελᾷ verte: arridet.

249. V. τὸ διερὸν (Ald. et Turn. δ᾽ ἱερὸν, Rob. δι᾽ ἱερὸν) πέδῳ κεχυμένον (Rob. κεχυμένον, sequiores χύμενον) οἴχεται, corrupte: nam quid sibi vult διερὸν, et πέδῳ, postquam habuimus χαμαί? πεδακεχυμένον dictum Dorice et Aeolice pro μετακεχυμένον. vid. lexic. sic Noster πεδάορον Choëph. 573. πεδοίκου pro συνοίκου in fragmento Nutricum Bacchi, etc.

251. V. pro ἀπόδοσιν legitur ἀπὸ δὲ σοῦ, satis frigide, cum idem fortius significent, quae proxime antecedunt, verba ἀπὸ ζῶντος.

Ceterum versus 250 — 255. tanquam monostrophica describuntur, quos strophicos esse, et reliqua huius cantici epodum efficere, iam qui dubitet, neminem fore arbitror.

252. V. δυςπότου, quod elegantioris verbi interpretamentum est. similia sunt δυςόμματος 360, τρισώματος Agam. 819. πολυχρήματος, πολυχρώματος.

253. V. Καὶ ζῶν. male.

254. V. Ἀντιποίνους, quod fuerit ἀντιπόνους, ut saepe inter se confunduntur πόνος et φόνος. δύαι ἀντίφονοι, angores vicissim exantlatae caedis. sic infra 435. ἔκτεινα — ἀντικτόνοις ποιναῖσι. cf. et 916. legitur itidem mendose τίνῃς et μητροφόνας, pro quo Casaubono et sequioribus placuit ματροφόνου, i. e. μητρὸς φόνου, quod exemplis adstructum videre cupiam.

255. V. δ' ἐκεῖ. correxit Porson.

256. V. ἢ ξένον τιν' ἀσεβ. ἢ τοκῆας φίλους, glossematibus exstincto metro.

Ceterum hoc haud finitae in extremo κώλῳ metrico sententiae non unicum est exemplum. cf. 336. et Agam. 228.

259. Sic in extremo Prometheo: ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

262. V. Πολλοὺς καθαρμοὺς, sed nihil intererat, Orestem multas expiandi scire formulas: id dicit iuvenis: se, multas expiationes molestissimas expertum, iustis quidem, qualem Minervam fore sperat, obtemperaturum (σιγᾶν), iniustis vero, Furiis, obloqui scire.

263. V. δ' legitur pro θ', sed τε requiritur a καί.

264. σοφοῦ διδασκάλου, Apollinis.

268. Porcorum usus in sacrificiis expiatoriis satis notus est vel ex Plauti Men. 2, 2. Accedit et Horatianum illud Serm. 1, 3.

— immolet aequis
Hic porcum Laribus.

Uterque de insanis, qualis hic Orestes fuit, intelligendus. — Stanl.

271. πάντα ὁμοῦ, omnia una, i. e. omnia pariter.

275. V. Αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀ. λ., male, nam nihil differunt γῆν et λεών. ἐκείνῃ, illa ratione.

277. V. pro χαίρουσ' exhibetur χώρας, cui verbum incorruptum adaptantes dederunt Λιβυστικῆς pro Λιβυστικοῖς. sed tautologiam sapit forma τόποι χώρας, et irreprehensa ista ἐν τόποις Λιβυστικοῖς verbum χώρας potius in suspicionem adducere debebant. χαίρουσα, gaudens, utpote in solo natali versata: nam circa flumen et lacum Tritonis in Africa primum virginali habitu apparuisse dicebatur Pallas, ut monet Sch. Irrident verbum Furiae 286.

279. V. κατηρεφῆ, inepte. Recte interpretatur Schützius: vel stet vel sedeat.

280. Sine dubio respiciuntur Minervae res gestae in bello adversus Gigantes, camporum Phlegraeorum incolas. Sch.

Ceterum in invocationibus deorum solemne fuit, diversa loca, quae dii maxime celebrabant, commemorare. cf. Aristoph. Nub. v. 270 sqq. Idem. Et fons omnium, Homer. Il. 1.:

Κλῦθί μευ, Ἀργυρότοξ᾽, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ!

Nec tantum loca cultus praecipui, verum etiam nomina et cognomina deorum, ibi recensebantur, utpote quibus utrisque et facta eorum et potentia cernerentur. quod vel ex his ipsis Homeri versibus intelligitur, et magis ex Ovid. Metam. libri 4. principio.

287. ἀναίματον. ῥοφήσομεν γάρ σου τὸ αἷμα. Schol. Haud scio an βόσκημα h. l. rectius βοσκὰν interpretatus fueris. cf. 252. Male autem v. sic distinguitur: Ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιάν. De re vid. supra ad 172.

288. V. Οὐδ᾽ ἀντ., languidius quidem.

289. V. τρ. τε καὶ καθιερωμένος. sed Ald. καθιερωμένος. Idem fere indicant τραφεὶς et καθιερωμένος, sed τῷ καθυστερούμενος sententia ditescit. et passim celebrantur serae numinis et Furiarum vindictae.

291. δέσμιον. Infra 515. vocatur δέσμιος φρενῶν, ut intelligendum sit carmen magicum, quo omnes animi vires ligentur, i. e. frangantur.

298. V. χεῖρας προνέμοντας vel προςνέμοντας. sed Turn. in quibusdam exemplaribus invenerat ἔχοντας. προὔχοντα χεῖρας, porrigentem manus, ut misericordiam imploret.

301. Recte habet ἀνὴρ, nam in melicis quidem Tragicorum locis prior verbi syllaba passim producitur, in iambicis autem brevis est.

309. V. τίθησι, inconcinne.

313. V.: Τόδε μέλος, παρακοπὰ,
Παραφορὰ, φρενοδαλὶς,
Ὕμνος etc.

Sustuli glossemata corrupti verbi φρενοδαλίς, quod Schol. interpretabatur παρακίνησιν τῶν φρενῶν. Ald. perspicue φρενοδαλής.

319. V. θανάτων τ.' αὐτουργίαι ξυμπ. μάταιοι, corruptis metris, verbisque minus elegantibus. τοῖσιν, οἷσιν. Αὐτουργίας (quod agnoscas in Aldinae lectione αὐτουργίαις) μάται, errores hominis αὐθέντου: nam ita h. l. sonat per euphemismum τὸ αὐτουργός.

331. V. Π. δὲ πέπλων ἄμοιρος, ἄκληρος ἐτ., ex interpretatione.

332. V. Δωμάτων γὰρ εἱλ. ἀνατροπὰς, quae simili vitio laborant.

333. Ἄρης, Mars, bellum, inimicitiae, quales Orestae cum matre intercesserant.

334. V. ἐπὶ τὸν ὦ. sequor Turnebum. Legitur quoque post haec διόμεναι, glossemate petito ex versu 357.

336. De sententia in antistropham excurrente nihil hic monebo. cf. 256.

337. τινὰ, i. e. τινὰ ἄλλον. Iovem autem intelligit. quomodo, monente Schützio, interdum usurpatur τίς.

338. V. ἀτέλειαν ἐμαῖσι λιταῖς, quae egregie correxit Sch. Peccatores, inquit Vir Clarissimus, ἐμοὺς ἀλιτὰς Furia nominare eodem modo potest, quo supra 288 Orestem ἐμοὶ τραφέντα.

340. V. Ζεὺς γὰρ αἱματοσταγὲς ἀξιόμισον ἔθνος etc. inconcinne, et male recepto glossemate ἀξιόμισον.

341. Post hunc versum statim sequebantur in editionibus isti Δόξαι — ποδός. correxit Heath. Sch.

342. V. ἀλλομένα, invito metro. Sch. ἁλομένα.

344. V. κατ. ποδὸς ἀκμὰν, σφαλερὰ τανυδρόμοις κῶλα, δύσφορον ἄταν. sed verba ποδὸς ἀκμὰν evertunt metrum, et σφαλερὰ κῶλα glossema est τῶν τανυσίδρομον ἄταν, quibus tamen verbis non velocitas solum indicatur, sed quicquid horribile Furiis adscribitur, taedae, flagella, serpentes, maiorem illa quidem terrorem incutientia propter immanes dearum impetus ac pedum pernicitatem.

346. V. τ' legitur pro δ', minus recte.

350. τόδ' ad sequentia referendum verba τοῖον (i. e. οἷον) ἐπὶ κ. ἀ. μ. π., quae peccatores ne tum quidem agnoscere dicuntur, cum cadant, i. e. poenas luant.

352. δνοφ. ἀχλ. obscuras nebulas, i. e. vanas et fictas causas poenarum, a Furiis inflictarum, non agnito harum numine. instar commentarii locus quidam infra est 869, 870.

356. V. ν. σεμναὶ καὶ δυς. inconcinne.

357. V. Ἀτιμ᾽ ἀτίστα. sed ἄτιμα ab interpretante esse, vel versus indicabat.

358. V. ἀνηλίῳ λάμπᾳ vel λάμψαι, corrupte.

364. V. ἐκ θεῶν δοθέντα τέλεον; ex interpretatione, metro quoque violato. Ἐπὶ autem, ut v. legitur pro ἔτι, luscam reddit sententiam. id enim dicunt Eumenides, et antiquitus ista munera sibi obtigisse, et adhuc esse, neque igitur honore, quamvis in inferorum regno, se carere.

369. Hesychius, hunc locum, ut videtur, respiciens: καταφατουμένη (l. καταφθατουμένη), κατακτωμένη. Stanl.

373. V. τόκοις. sed Minervae donata ista regio, non Thesidis. Thesei filios eam dicasse deae, verisimile, quos Ἀχαιῶν ἄκτορας καὶ πρόμους vocare decet poëtam Atticum. Sigeum autem intelligitur, ut monet Stanl., ubi templum Minervae fuisse refert Herodot. 5.; et hinc, Anglus inquit, ansam captat Aeschylus, quo excitet Athenienses ad recuperandum Sigeum, in Mitylenaeorum manus tunc delapsum.

375. V. αἰγίδος. sed cur tantopere concusserit aegidem Pallas, non intelligo. Κόλπον Αἰγέως poëta dixit, quomodo Euripides Αἰγαῖον πόρον, similiaque et alii et Noster ipse. ῥοιβδοῦσα interpretandum de sonitu undarum commotarum per invectum Minervae currum. Venerabantur autem Aegeum, Thesei patrem, Athenienses, ita ut ab eo se appellari gauderent (vid. infra 639.), et maris nomen a rege suo ipsis honorificum.

378. V. — πάρα. Τίνες ποτ᾽ ἐστέ;

380. Verte: assidenti.

381. Σπαρτῶν γένος recte Schützius interpretatur quicquid natum est, sive homo, sive deus. Similiter Macbethus Shakespearii de sagis.

382. V. θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμ., nimis inepte.

384. 385. V. ὄντα τοὺς πέλας κακῶς Πρόσω δικαίων, ἠδ᾽ ἀποστατεῖ θέμις. Τὸν πέλας reponendum esse, iam Heathius vide-

rat. Explicat autem proxime antecedentia Minerva, ita ut intelligatur, se deformes dicturam fuisse Eumenides, nisi praesentes fuissent. in ἀκούειν (vocari) intell. ἄμορφον ex antecedentibus.

397. V. Ἄλλης ἀνάγκης οὔ τ. τ. κ.; In τινὸς patrem intelligit Minerva.

399. V. πάρα, putide: nam modo habuimus παρόντοιν. Dicit dea, cum ambo, accusator et reus, adsint, alterius tantum sermonem (qui vocatur ἥμισυς λόγος) audire, πέρα esse, i. e. aliquid ultra modum, modum, inquam, iustitiae, iniustum igitur et indecorum.

400. V. ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἂν, οὐ δ. θ. sed cuiusnam, quaeso, iuris est, accusatos recipere iusiurandum? Enimvero in Areopagitica curia, cuius ritum h. l. observari monet Stanl. (utpote in qua graviora quaeque crimina iudicabantur), et actor et reus, sectis partibus mactatorum animalium, capri, hirci et tauri, insistentes, iurare coacti sunt et devovere non se ipsos solum, sed et liberos et domum, nisi vera loquerentur. Lysias orat. in Theomnestum, laudante Stanleio: ὁ μὲν γὰρ διώκων, ὡς ἔκτεινε, διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων, ὡς οὐκ ἔκτεινε. Iurare et indices necesse fuit per Furias, se iuste iudicaturos. vid. Bruningsii compend. antiqq. Graec. p. 126. Significant igitur Furiae, se, iussas a dea, iusiurandum facile daturas. quas versu 403. refellit Minerva, quasi iuramentis, non argumentis, vincere cupientes.

406. V. ἀξίαν τ' ἐπαξίων. Schützius ἀξ. σ' ἐπ. Scholiastes: ἀξίων οὖσαν γονέων, ut nostrum haud dubie legerit. Senserunt quoque Stanl. et Wakefield.

412. De expiatione Ixionis supplicis a Iove facta lege Schol. Pindar. in Pyth. od. 2.

417. V. ἐφεζομένῃ. Legendo ἐφημένῃ anapaestum vitandum esse, monuit Clar. Sch.

419. Morem hunc, quo parricidae silentio semper excipiebantur ab hospitibus, ne quis forte eorum alloquio contaminaretur, confirmat etiam Eurip. Iphig. Taur. 951. ed. Beck., laudatus Stanleio.

420. V. καθαρσίου, male concurrentibus tot genitivis.

421. νεοθ. β., porci. vid. supra 268. Stanl.

422. V. ἄλλοις, quod ad ὅρκοισι, βοτοῖσι, πόροις denique referri poterat.

423. V. Οἴκοισι, languide. et tota loci indoles ostendit, ritum quendam seu morem expiationum indicari, a quibus iuramenta supplicum non abfuisse notum est. Aqua autem ibi praecipuum; et Oresti quidem lustrando Hippocrenes aquam adhibitam fuisse, auctor est Paus. in Corinth. vid. Stanl.

428. V. Τροίαν. sed nihil differunt inter se Τροία et Ἰλίου πόλις. Οἶος et τοῖος et τοιόςδε nonnunquam usurpantur θαυμαστικῶς, quomodo et Latinorum qualis et talis. cf. 659.

432. V. λουτρῶν, quod dudum Stanl. emendavit.

441. V. εἴ τις οἴεται τόδε. Emendavit Stanl., nisi quod τόδε servat.

448. V. Καὶ μὴ τυχοῦσαι, quasi iam diiudicata res fuisset.

449. Ἐκ φρονημάτων, i. e. ἐκ φρενῶν, quae sedes τοῦ φρονήματος.

451. V. ἀμφότερα μένειν Π. δὲ δυσσήματ' (s. δυςπήματ', Stanl. δυςπήμαντ') ἀμηχ. ἐ., mendose. δυςπέμπειν sonat μὴ πέμπειν (i. e. ἀποπέμπειν, quomodo et, monente Stanleio, Latinis usurpatur mitto pro dimitto); nam in δυςπιςέω, δυςτυχέω et similibus δυς respondere τῷ ἀ privativo, dudum observatum est.

454. V. ὁρκίων αἱρουμένους, incerta verborum constructione, etiamsi ὁρκίων αἱρεῖσθαι interpreteris cum Stanleio: ἅπτεσθαι σφαγίων, ut loquitur Antiphon orat. de caede Herodis, i. e. tactis prosectis (apri, arietis et tauri) iurare. qui ritus in Areopago mansit. secutus igitur sum Casaubonum.

457. V. ὁρκώματα, obscure.

459. V. Ἥξω, sed id agebatur, indices adduci a dea, non solam redire.

460. V. ὅρκον περῶντας. Saepius in verbo ὄγκος lapsi librarii. cf. 457. 578. De permutatis itidem π et φ literis dixi ad 125. Iudices Areopagitae ex civibus piis et auctoritate pollentibus, quales illi erant, qui Archontum munere defuncti essent, electi sunt, ἀςῶν τὰ βέλτατα, qui merito dicuntur ὄγκον φέρειν μηδὲν ἔκδικον φρεσὶν, animum altum iure prae se gerere.

462. V. δίκα καὶ βλάβα, nec sententia nec metro salvis. Heathius, de hoc tantum sollicitus, τε male inferciebat post δίκα.

466. V. τοκεῦσι μετά τ' αὖθις.

468. V. οὔτε.

473. V. ὑπόδοσιν. sequor Casaubonum. legitur quoque v. οὗ pro οὖν, sententia turbata.

474. V. — βέβαια· τλάμων δὲ μάταν παρηγορεῖ. corrupte.

478. V. ἰὼ — ἰὼ, solito errore. vidit Sch.

479. V. Ταῦτά τις τάχ' ἂν πατὴρ, absurde, nam talia *non* amplius auditum iri, dixit chorus. ἄτιτα, ἀτίτως.

481. V. οἰκτίσαιτ', invita sententia. et Rob.: οἰκτίσετ'.

483 — 493. Pro commentario huius loci sunt quae infra leguntur 652 sqq.

485. V. Δειμαίνει, sententia imperfecta, metro laeso.

486. V. ξυμφέρει, itidem inconcinne, quod ex interpretatione fluxit. in ξύμφορα (quod usurpatum pro ξύμφορον) intell. ἐςί.

487. V. pro μῆνιν legitur μηδὲν, quod nihili. μῆνιν, iram, quam caedes sequitur, qualis Clytaemnestrae fuit.

489. V. ἡ πόλις. correxit Clar. Sch.

491. οὖν additum ab Heathio. fraudi fuit verbo similis, quae antecedit, syllaba.

494. ἄλλα, τὰ μὴ μέσα ὄντα.

496. V. δυςσεβείας, iugulato versu. Elisi ε literam, more poëtarum Atticorum, de quo passim Valck. ad Phoenissas.

500. V. δέ τοι, minus bene. σοι exstat in Rob.

506. V. προτίων, corrupto metro. vid. ad Agam. 236. Quominus προτίνων rescriberem, prohibuit alterum τις versu 508, et variatur sic constructionis forma.

509. ἀνάγκας ἄτερ. nulla externa necessitate, sed sua ipsius voluntate integra, coactus. cf. 491. 492.

511. δ', quod v. abest, recte additum a Pauwio.

512. V. παραιβάταν, inconcinne.

520. V. τὸν οὔποτ' α. ἰδὼν ἀμηχ., frigide, nec recte usurpato οὔποτε, pro quo Heathius quidem reponebat οὐκέτ'. Passim inter se confusae deprehenduntur similis figurae literae A, Δ, Λ. cf. 601.

526. V.:

Ἡ τ' οὖν (sed Rob. εἶτ' οὖν) διάτορος * * Τυρσηνικὴ
Σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
Ὑπέρτονον etc.

Nempe nescio quis, cum verborum διάκτωρ πνεύματος sensum haud assequeretur, quibus instrumentum musicum describitur inflando aptum, ὃ διάγει τὸ πνεῦμα, quod transmittit spiritum, verbum πνεύματος pendere arbitratus, e proximis sublectum πληρουμένη addidit, et, ne dubium ullum relinqueretur, βροτείου quoque adscribillavit, et σάλπιγξ, itaque elegantem poëtae orationem putida interpretatione obscuravit. quo facto, etiam διάκτωρ et Τυρσηνικὸς paulatim mutata sunt, ut fieri in hoc genere solet. De eiusmodi defectibus, quales hunc locum expertum esse suspicantur VV. DD., quid mihi videatur, dixi ad Prometh. 875. Ceterum Askewius in specimine editionis coniecit: ἤ τ' οὖν διάκτορος οὐρανοῦ Τυρσηνική, cui τὸ διάκτωρ acceptum refero. πνευμάτων propterea maxime dedi, ne homoeoteleutis offenderentur aures. Ionicum εἶτεν Nostrum haud dedecet.

Ceterum Schol. ad h. l.: Ὅρα δὲ, πῶς τὰ τῶν νέων ἔθη ἀναχρονίζει. ἃ γὰρ νῦν γίνεται, ταῦτα τὴν Ἀθηνᾶν εἰσήγαγε λέγουσαν. ἐχρῶντο γὰρ τῇ σάλπιγγι ἀνείργειν τὸ πλῆθος θέλοντες.

De tubis Athenaeus, laudante Ioh. Brodaeo ad Rhesi 988.: Τυῤῥηνῶν δ' ἐστιν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγες. Schol. autem Euripidis ad Phoen. 1386. p. 764. ed. Valck. haec habet: Ἐπὶ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας οὔπω ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι Ἕλληνες, ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου. Ὅμηρος δὲ αὐτὸς μὲν οἶδε σάλπιγγα, οὐ ποιεῖ δὲ σάλπιγγι χρωμένους τοὺς ἥρωας. πρῶτος δὲ Ἀρχώνδας (quae Dorica forma est nominis Ἀρχωνίδας), συμμαχῶν τοῖς Ἡρακλείδαις, ἤγαγε τὴν Τυρσηνικὴν σάλπιγγα εἰς Ἕλληνας. ἐχρῶντο οὖν κατὰ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σαλπιγκτῶν πυρφόροις. —

531. Καὶ τόνδ'. Ita Ald., recte, adstipulante etiam G. Hermanno, viro doctissimo. Intelligitur Orestes, nec mirum est, Furiarum mentionem non fieri: nam *homines* edocere leges suas sat habet Minerva.

535. V.:

— ὠνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος
Ἐμῶν· φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος)
Καὶ ξυνδ. etc.

in quibus interpolatoris manum facile agnoscas. verba καὶ δόμων ἐφέστιος ἐμῶν ex versu 625. accivisse videtur homo.

Ceterum Stanleius: Moris erat, inquit, ut hospes, postquam homicidam domo excepisset, ablutionibus, sacrificio, aliisque ritibus eum expiaret. cuius rei illustre habemus exemplum in Herodoto, lib. 1., ubi narrat, Adrastum, fraterna nece contaminatum, a Croeso hospitio exceptum fuisse; cum vero Adrastus Croesi etiam filium imprudenter occidisset, eo gravius tulit Croesus, quod is eum necasset, quem expiasset a caede. — Orestem expiatum coram templo Apollinis in aedificio, quod tentorium Orestis vocabatur, traditum est a Troezeniis apud Pausan. in Corinthiac.: Τοῦ δὲ ἱεροῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν οἰκοδόμημα ἔμπροσθεν, Ὀρέστου καλούμενον σκηνή.

539. Εἰσάγω δὲ τὴν δίκην. Minerva, tanquam Rex, curiae praesidet, ideoque causam introducit (ita ut partibus copiam dicendi faciat, ac deinde in suffragia mittat iudices); nam apud magistratum aliquem intendebantur lites priusquam in curiam introductae, qui ἀνέκρινε. vid. Suid. in ἄρχων, et Harpocrationem in Πολέμαρχος. — Stanl. et Sch.

542. λέξομεν δὲ ξυντόμως. Neque enim prooemio uti licuit in Areopago ad captandam iudicum benevolentiam. Themistius orat. 16.: Τάχα οὖν οὐδ' ἐμοὶ ἐπιτρέψετε ἐπὶ πλέον προοιμιάζεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ὁ νόμος ἐδίδου. — Stanl.

546. Tertia in luctationibus abiectione in terram victoria constitit. — Id.

552. Ἐμφατικῶς pronuntiandum ὁ μάντις, quomodo et supra 160. Vituperant Furiae τὸ μαντικὸν, quod cum et sapientissimi et sanctissimi sit, tanti sceleris persuasione dehonestetur. cf. 572.

553. V. Καὶ δεῦρό γ' αἰεὶ τὴν etc. quae responsio sane ἀπροσδιόνυσος. Ab Apolline se adductum Orestes dicit, quoniam dei consilio et auspiciis Athenas pervenit. et lepida paronomasia inest verbis ἐξηγεῖτο et ἦγε.

555. V. δ' inculcatur, more librariorum, post ἀρωγὰς, imminuta quidem orationis vi.

557. V. εἶχε, perverse: nam de causis occidendae ab Oreste matris agitur.

559. V. putide: Ἀνδροκτονοῦσα π. ἐ. κατέκτανεν. Significantur ista duo Clytaemnestrae μιάσματα, quod et maritum interfecit, vel generatim hominem, et Orestis patrem. sic et 694.

560. ἐλευθέρα. libera a poena, quam dudum φόνῳ, caede sua, abs te perpetrata, luit, cum ipse Orestes, matricida, adhuc vivat, quod indignum videtur Furiis.

572. V. δικαίως (Ald. δικαίας) μάντις δ' ὢν οὐ ψεύσ., inconcinne; quare Canterus quidem reponebat, quod adhuc editur: μάντις ὢν δ' οὐ ψ., sed ὢν procul dubio natum ex οὐ, et δὲ loco suo motum. δικαίως vero leviter corruptum est.

576. V. τοῦθ', correxit G. Hermann.

578. V. ἔρκος (vid. ad 578.) γ. οὔτι, corrupte.

579. l. ὤπασε.

582. „Non idem est," ac si mulier occidatur.

584. V. οὔ τι, sententia invita.

589. V.:

> — ἀμείνον' εὔφροσιν, δεδεγμένη
> Δρύτῃ, περῶντι λουτρὰ, κἀπὶ τέρματι
> Φᾶρος παρεσκήνησεν, ἐν δ' etc.

Et εὔφροσιν quidem', quod crucem fixit interpretibus, quin corruptum sit, ne dubites. Eurip. Suppl. 844. κρείσσον', ἢ λέξαι λόγῳ, τολμήματα. Et Cresph. fragm. 15. ἀρετὴν ἐχούσης μείζον', ἢ λόγῳ φράσαι. Similia passim leguntur, ut recte reposuisse mihi videar ἀμείνον' ἢ φράσαι. Iam duplex balnei mentio suspicionem movere debuit in scriptore minime loquaci; debuit item φᾶρος cum πέπλῳ compositum. Sed neque locutio περᾶν λουτρὰ satis bonae fidei est, quam tamen non nemo margini adscriptam forte inveniens, appinxit καὶ ἐπὶ τέρματι intell. λουτροῦ, ne tam in transitu quam in exitu ex balneo, ut res fuit, occisus diceretur Agamemnon. Primitus vero haec ita habuisse puto: παρὰ τοῦ λουτροῦ ἐλθόντα, καὶ ἐπὶ τέρματι, ex balneo venientem et in ipso exitu, quae paulatim corrupta in versus modulum redacta sunt. Τὸ παρεσκήνησεν autem, inducti forsan Choëph. 960., cum pro

κατεσκήνησεν acciperent, φᾶρος addiderunt ad sententiam integrandam. Ceterum longe aliud, ni fallor, voluit poëta, cuius verba ita παραφράζω: „ab expeditione bellica reversum ablegavit, vel hominum conspectu sustulit, tanquam mundum theatralem, machinas et id genus alia, quae, peracta fabula, in παρασκήνιον abscondi solent.“ hanc enim vim esse arbitror verbi παρασκηνεῖν. et bene haec dicuntur de Agamemnone, principe nobilissimo, qui quasi semper in scena versatus primas egisset partes.

594. 595. Haec v. male attribuuntur Apollini, legiturque εἶπον. Ταύτην: intell. ῥῆσιν. sic et infra 663, neque aliter valet μακρὰν in forma μακρὰν λέγειν, monente Bosio v. ῥῆσις.

601. V. πέδας μὲν λύσειεν, quae languent comparata cum sequentibus: Καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος.

607. V. μένει, satis frequenti lapsu, quem passim notat eruditissimus Piersonus in Moeridem.

608. Scholiastes recte versum hunc quasi oppositum statuit verbis Apollinis Ἀνδρὸς — ἀνάςασις. Suadet id quoque sequens et Apollinis responsum. φεύγειν pro ὥςτε φεύγειν, et hoc pro ἐκφεύγειν. Infra: Ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην. Genitivus, quem ὑπερδικεῖς requirit, est τοῦδε, et structura haec: ὅρα, πῶς δικάζεις ὑπὲρ τοῦδε, ὥςτε φεύγειν αὐτὸν, i. e. πῶς ὑπερδικεῖς τῆς φυγῆς καὶ ἐλευθερώσεως τοῦδε. Abresch.

612. ποία χέρνιψ φρατόρων, i. e. quales epulae sodalium, nam χέρνιψ convivium denotat, quoniam ante coenam lavari necesse fuit. Significantur autem procul dubio ἑταιρίαι, de quibus sic eruditissimus Böttigerus in ephemeridibus inscriptis: *Attisches Museum*, 1. *Heft:*

Die Hetärien waren ursprünglich eine Art gemeinschaftlicher Gastmäler, welche Zunftgenossen, φράτορες, *oder Nachbarn an gewissen Tagen einer Gottheit, z. B. dem Bacchus, dem Apollo, dem Herakles, zu Ehren anstellten. Solche Verbindungen hiessen auch, insofern sie für gottesdienstliche Handlungen galten,* θίασοι. *S.* Van Dale Dissertt. ad antiqua marmora, IX. p. 728. sq. *Die hier zusammenkommenden Mitbürger vereinigten sich, durch gemeinschaftliche Freuden der Tafel an einander gefesselt, auch zu gegenseitiger Unterstützung, zu Geldvorschüssen, zu milden Beiträgen für Verarmte oder Verwaisete, u. s. w.*

S. Nepos *im Epaminondas 3. Kap. Natürlich aber musste bei so eifrigen Republikanern, als die Hellenen in ihren kleinen Freistaaten waren, bald auch politisches Interesse diese Gesellschaften benutzen. Ehrgeizige Bürger und Demagogen wurden die Sprecher und Vorsteher in denselben. Alle die zu einer Hetärie gehörten, standen für Einen Mann. Man beschwor einander bei ihnen. S.* Xenophon Hellen. 2, 4, 13. *Man vereinigte sich darin unter dem Vorwand einer unschuldigen Zusammenkunft zur Ausführung von Planen gegen den Staat; daher die* ἑταιρίαι *in der gehässigen Bedeutung von Fakzionen schon im Xenophon vorkommen.*

Bei den Römern hiessen dergleichen heilige Brüderschaften sodalitia, sodalitates, *und waren ursprünglich ebenfalls eine feine äusserliche Zucht. Bald aber arteten sie nicht minder in politische Klubs und gefährliche Rottirungen aus, und wurden verboten. M. s. über beide* Budaei adnotat. ad Pandectas p. 299. *vorzüglich aber* Salmas. ad Ius Atticum et Romanum, c. 4.

614. V. κεκλημένου. corr. Sch.

617. V. οἶσι μὴ βλάψῃ Θ., soloece, et omnino male.

627. Καὶ τόνδ' — ἔπειτα. Talibus verbis, subinde sparsis, poetae, praesertim Tragici, Athenienses et Lacedaemonios, principes Graeciae, ad concordiam exhortabantur.

628. V. αἰανῶς, quod sine auctoritate vertunt ἀϊδίως, in sempiternum tempus. Revocavi Aldi et Robortelli lectionem αἰῶνος, i. e. δι' αἰῶνος, quomodo τοῦ μηνὸς, χειμῶνος καὶ ἦρος et similia dicuntur. vid. Bos v. διά.

634. Haec v. Minervae tribuuntur, male congruente chori responsione.

636. V. αἰδεῖσθε, languidioribus numeris.

637. Θεσμὸς Minervae, ut in perpetuum servetur Areopagus. Recte autem Stanl. observat, Aeschylum, ut res augeret, primam hanc finxisse causam, in Areopago iudicatam, contemtis, quae antecesserant, Halirrhothii, Cephali et Daedali. quod et Scholiastae visum.

639. Αἰγέως στρατῷ, Atheniensibus. vid. supra ad 575.

640. δικαςῶν. sic bene Porson. v. δ' ἑκάςων vel δ' ἑκάςῳ.

641. Ἀμαζόνων ἕδραν. Meminit etiam Etymologici auctor. Ἄρειος πάγος, δικαςήριον Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενον, ὅτι αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐςρατεύοντο Ἄρεος οὖσαι. Non igitur Areopagum ita dictum vult, prout Aeschylo placet, quod ibi Amazones Marti sacra fecerint, sed ab ipsis Amazonibus, utpote quae Martis essent filiae. Cui adstipulatur Eustath. in Dionys. Perieg. Stanl.

Ceterum ereptum ab Hercule et Theseo reginae suae Hippolytae cingulum vindicarunt Amazones. res nota.

642. Signa parentheseos a reliquis edd. absunt, nisi quod Clar. Schützio et Wakefieldo suboluit, sermonem interrumpi. sed corrupta lectio ἐν δὲ τῷ pro eo, quod nos dedimus, ἔνθετον, male utrumque habuit. Iam structura haec est, minime quidem ἀνακόλουθος: Ἔνθετον δὲ σέβας ἀςῶν φ. τε ξ. σχήσει (i. e. καθέξει) πάγον Ἄρειον τ., A. ἕδ. σκ. τε, τὸ μὴ ἀδικεῖν.

649. V. ᾿πικαινόντων, cui sustentando varia commentati sunt VV. DD. Similiter erratum Agam. 909.

652. cf. supra 483 — 492.

656 — 58. Haec v. male inculcantur post versum 662., legiturque Κερδῶν ἄθικτον.

672. Recte habet μένων, ne quis forte μενοῦν rescribendum putet. cf. 633.

675. V. Λέγεις· ἐγὼ etc. insulse. Insolentius quid effutiisse Furias, ex Apollinis responsione colligas.

677. V. πάλιν. sed nusquam *redituras* se dicunt Furiae ad puniendos Athenienses, si male iudicaverint, sed illico vindicatum iri iniuriam, et gravissime quidem, πολὺ, ostendunt.

683. V. παλ. δαίμονας. correxit Clar. Sch., conferens 753.

684. V. pro οἶκοι legitur οἴνῳ. Stanl. ὕπνῳ, nimis pro arbitrio. οἶκοι, Delphis, ubi habitare fingitur deus. et odiosior dolus hospitibus structus.

706. V. — ἀπούσης — μέγα. Βαλοῦσα etc. sed τοῦ βαλοῦσα passive usurpati alia exempla desidero. nunc πέλειν, i. e. παρ-

εἶναι, opponitur τῷ ἀπεῖναι. Pendent autem verba γνώμης ἀπούσης. Iam ψῆφος γνώμης plene dicitur pro ψῆφος.

709. Notissimum, inquit Stanl., iurisconsultis axioma: *Favorabiliores rei quam actores habentur.*

713. V. ἔν τε χρήμασιν, sed non habet, quo referatur, τε.

732. V. ἔχοις. emendavit Sch.

734. V. Ἰὼ θεοί, inconcinne. Verbum θεοί, similiter ac νεω —, μονοσυλλάβως pronuntiandum, ut versus constet.

737. V. Φεῦ, ἰοὺ ἰοὺ ἀντιπαθῆ: sed ista ἰοὺ ἰοὺ parvum momentum ad sententiam habent, versui nocent, et mihi quidem inde orta videntur, quod nescio quis ἰὸν adscriberet, interpretandi causa, τῷ σαλαγμόν. legitur quoque v. μεθεῖσα.

740. V. πέδον ἐπεσσυμένος (Rob. ἐπεσύμενος), βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖν. sed in dubium vocari non potest, quin verba κηλ. ἐν χ. βαλεῖν vel βαλεῖ pro interpretamento adscripta fuerit istis: μεθήσω σαλαγμόν. ʼπισύμενος a G. Hermanno est.

741. V. γένωμαι; obscure.

742. V. πολίταις, minus iusto praecedentis versus metro.

744 sqq. Hisce v. Minervae nomen praescriptum est: verum dramatis oeconomia poscit, ut Apollo quoque, cum adsit, ad Furiarum crimina respondeat, iamque intelligitur, istud canticum Ὦ θεοὶ νεώτεροι — ἀτιμοπενθεῖς priore loco occentum fuisse Phoebo, posteriore Palladi. Verum nos vidisse, apparet etiam versu 748., ἐμφατικῶς pronuntiato. Gravius iratus Furiis, ab iisque vehementius incusatus, nihil praeterea dicere dignatur deus.

751. V. μὴ θυμοῦσθε, male, nam quae proxime antecedunt verba, idem fortius dicerent.

752. V. δαιμόνων σαλάγματα. nostrum formatum ad exemplar verborum δαιμονοβλάβεια, δαιμονοφόρητος.

753. Sic infra 799. αἱματηρὰς θηγάνας, cruenta acumina.

754. V. πανδίκως, frigide, praesertim cum sequente versu legatur ἐνδίκου.

769. V. βροτῶν, languide.

770. V. καὶ τί δεῖ λέγειν; sententia parum apta.

771. V. δωμάτων, refragante, quod sequitur, ᾧ.

775. V. καρπὸν φέροντα πάντα.

776. κύματος. bilis, ut recte Sch.

779. πρὸ παίδων. Pro incolumitate infantis, inquit doctissimus Brunings compend. antiqq. Graec. p. 7., die a nativitate decimo sacrificia diis oblata legimus, quod est θύειν τὴν δεκάτην. nec deerant convivia, quibus amici excepti sunt, solennia. Cuncta persequitur Scholiastes Aristophanis in Nub. 495.

De sacrificiis nuptialibus vid. ad 202. cf. et 831 sq.

781. V. ταλαιόφρονα, mendose. Sch. ταλαίφρονα, inconcinne. Seriorum παλαιόφρονα nec sententiae convenit nec metro.

782. V. ἀτίετον, φεῦ, μύσος, numeris exstinctis.

783. V. Π. τοι μ., ἅπαντά τε κότον, pessime. Verba Πνέω σοὶ μένος Minervae dicuntur, reliqua Apollini. iam et metrum agnoscis.

784. Δᾶ. Etymologicum magnum: Ἀλευάδα εἴρηται ὡς τὸ φεῦδα· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν Δᾶν λέγουσι κατ' ἰδίαν (sic corrupta καὶ δίαν emendat Valck. ad Phoen 1304.), ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον. — ὅθεν καὶ Δαμάτηρ, inquit noster Schol.

Ceterum v. semel legitur φεῦ, ut in talibus nunc addendis nunc omittendis multum sibi indulserunt metrorum imperiti librarii.

785. V.:

Θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ.

Vertunt: iracundiam audi. sed iracundia sentitur, cognoscitur, non auditur. et iusto saepius invocatur mater Nox. verba autem πλευρὰς ὀδύνα anapaesticum produnt versum. cf. Agam. 13.

788. παρ' οὐδὲν ἦραν. proprie ἄραντες ἔθεντο παρ' οὐδέν. vid. Ag. 209.

789. Post hunc versum v. legitur glossema sequentis, per fas et nefas in numeros redactum, hoc:

Καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα.

795. πρ. δ. 'Ε. Conveniebant Areopagitae in colle prope arcem Cadmeam, vel in ipsa regiae porticu. Antiquissimus autem Atheniensium rex Erechtheus, a quo 'Ερεχθεῖδαι appellari consueverunt.

799. θηγάνας, non acuens, cotes, sed acutum, cuspides, spicula, interpretor. cf. 755. σπλάγχνα νέα pro ipsis νέοις usurpantur. cf. 905.

800. V. ἐμμανεῖς.

804. V. πόλεμος, οὐ μόλις παρὼν, quae audaciore coniectura expedienda erant.

806. Haec ilocalariter adduntur a dea iam exhilarata, et Furias placatum iri sperante, respectu ad 801.

807. Τοιαῦτα, haec, quae sequuntur 808. 809. sic et ὅδε passim usurpatur.

825. πόλει, solo, terrae. nam opponitur civibus, στρατῷ.

826. V. μ. τ. ἢ κότον τιν', ἢ βλάβην στρατῷ.

827. V. εὐμοίρου. bene correxit Clar. Sch.

841. V. Καὶ ταῦτα.

843 — 49. Locus v. sic concipitur:

Εὐηλίως — — — — — χθόνα,
Καρπόν τε —
'Αστοῖσιν —
Καὶ τῶν —
Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.
Στέργω γὰρ, —
Τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.
Τοιαῦτα etc.

in quibus aliquid turbatum esse, vidit quoque Clar. Sch. Iam satis declarantur verba φιτυποιμένος δίκην, Minerva quippe significante, ut hortulanus varias plantas et arbores colat, neque hanc diligat, illam negligat, sed omnem horti proventum pari cura complectatur, ita se quoque et frugum et animalium et hominum denique studiosam esse, singulorumque horum prosperitate delectari. Verbum ἐκφορωτέρα corruptum esse, facile intelligitur. ἐκφορὰ poëtice usurpatum pro ἐκφοροῦσα.

852. V. Τήνδ' ἀ. ἐν β. τιμᾶν πόλιν.

856. Φρούρ. θ. ῥυσιβ. Respicit ad bella Persica, cum Graeciae et patriorum deorum propugnaculum Athenae essent.

859. V. ἅ τ' (vel ἅτ' vel Αἶ τ') ἐγὼ, corrupte. *Contraria*, atque ante apprecata sum, ut tunc mala, nunc bona.

861. V. Ἐπισσ. βίου τ. ὄν., ex interpretatione, quod ex metro antithetici versus intelligitur.

862. ἐξαμβρῦσαι, minus recte.

871. V. Τὰ γὰρ ἐκ π. ἀμπλακήματά (vel ἀπλακ.) νιν Πρὸς τάσδ' (ad has, Furias; sic enim interpretantur) ἀπάγει.

874. V. ἐχθροῖς ὀργαῖς, frigide.

878. V. ὅρον τόπων, μηδ', obscure. ὅρον, terminum iustum, maturitatem.

883. V. γένος Πλουτόχθων θ' Ἑρμ.

890. V. Φ. τελέως διαπ., corrigente Clar. Schützio.

891. V. Τ. μ. ἀοιδὰς, male, nam cantus in felices pariter atque infelices cadunt.

897. V. θεαὶ τῶν Μ. Schützius: θεαὶ καὶ Μοῖραι.

902. V. Πάντα vel πάντᾳ.

905. Ὄμματα Πειθοῦς, i. e. ipsam Suadam, ut recte Stanl. Sic passim usurpantur δέμας, ὄνομα, ὄμμα, σῶμα, χεὶρ, δέρη, σάρξ, ψυχὴ (praesertim in mortuis), et σπλάγχνα. vid. Valck. ad Phoen. 415., quicum cf. Eurip. Med. 918. ed. Beck. Agam. 71. 306. Choëph. 421. supra 113. et 799. Pr. 848.

908 V. Ἀλλ' ἐκράτησεν. friget ἀλλά.

Ἀγοραῖος, inquit Stanleius, epithetum compluribus diis commune, tum praecipue iis, qui rebus forensibus et facundiae praeerant, quo sensu de Iove intelligendum hoc loco. Narrat Plutarchus, de genio Socratis, huius patrem oraculo monitum fuisse, ut sacra faceret ὑπὲρ αὐτοῦ (pro filio recens nato) Διῒ ἀγοραίῳ καὶ Μούσαις. cf. Aristoph. Equit. 417.

915. V. δι' ὀργὰν ποινὰς, corrupte. Pulvis a civibus occisorum civium sanguinem bibendo excipere dicitur ἀντιφόνους ἄτας,

ex regula seu lege Furiarum: ut ex fuso sanguine quasi ex semine efflorescat vindicta. cf. 254.

918. V. κοινωφελεῖ, sententia et magis metro abhorrentibus. correxit G. Hermann.

921. V. ἄρα φρονοῦσι vel φρονούσης. Schützius: φρονοῦσα. Sed minime urbane hoc dictum esset, quasi antea, cum mala apprecarentur, delirassent Furiae. Recte gaudio ex inventis honoribus motae bona vota facere dicuntur. γλώσσης ἀγαθῆς, faustae linguae, bonorum votorum.

927. V. Ὀρθοδίκαιον, tautologice: nam τὸ ὀρθὸν idem et δίκαιον est, et τὸ δίκαιον dicatur ὀρθόν. ὀρθοδίκης bene convenit.

928. V. πάντες.

929. V. bis infertur χαίρετε, frustra quidem.

930. V. ἀςυκός. Nostrum praebet Erotianus v. ἴκταρ.

931. V. ἥμενοι, pessime.

937. Templum Eumenidum Areopago erat proximum. Pausan. in Atticis: Πλησίον δὲ (Areopagi) ἱερὸν θεῶν ἐςιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς. — Diserte Euripides Electrae 1271:

Πάγον παρ᾽ αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονὸς,
Σεμνῶν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηςήριον.

Hactenus Stanleius. Dedi autem Σεμνῶν, Venerabilium, Furiarum, pro vulgato Σεμνόν.

940. ἀτηρόν. sic bene Bentleius opusc. philol. p. 230. v. ἀτήριον, inconcinne.

947. V. Χαίρετε, χαίρετε δ᾽ αὖθις, ἐπιδιπλοίζω. inconcinne.

954. V. μύθους, male. et verbis *et re* Furiarum orationem comprobat Minerva.

956. V. ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς, pessima tautologia. aedes Furiarum monstrat dea, prope sitas.

961. l. ἐσθήμασι.

965. V. β. ἐκ δόμων. emendavit Sch. Strophica haec esse, probe vidit G. Hermann.

968. V. pro χαίρουσαι, quod Sch. reposuit, legitur χωρεῖτε, quod sententiae quidem inutile est, metrum vero perdit.

970. V. Καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπται, τύχα τε. Turn. τύχαις τε.

973. V. Ἴλ. δὲ καὶ εὐθ. γᾷ. Κατὰ pertinet ad ἴτε.

974. Σεμναί. vid. ad 938.

977. V. Σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων, mendosissime. οἴκων glossema τοῦ τόπων, aedium Furiarum. cf. 957.

978. V. ἀςοῖς Ζεὺς ὁ Πανόπτας, ex interpretatione, quod versus ostendit strophicus. Frequentantur eiusmodi Iovis epitheta. Aristoph. Acharn. 425:

Ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ!

979. V. οὕτω Μ. τε συγκατέβα. Euripid. Iphig. A. 1622.

Ἔχει γὰρ ὄντως ἐν θεοῖς ὁμιλίαν.

II.

ANNOTATIONES

IN

DEPERDITORUM AESCHYLI DRAMATUM

FRAGMENTA.

ANNOTATIONES
IN AESCHYLI FRAGMENTA.

(De argumentis fabularum monitum est supra ad Catalogum.)

ATHAMAS 1. Hoc fortasse supplendum, inquit Stanleius, ex eodem Athenaeo lib. 2. vel ex Eustathio l. l., licet uterque nomen tragoediae reticuerit. Epitom. lib. 2. c. 2. sic Dipnosophista: Ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων, οὓς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους· ἐμπυριβήτης, ὁ καὶ λοετροχόος. Αἰσχύλος·

Τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ' οἰκεῖος λέβης,
Ἀεὶ φυλάσσων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν.

Ὁ δ' ἕτερος, ὁ κρατὴρ καλούμενος. Ὅμηρος·

Ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας. —

Ἐν τούτοις δὲ τὸν οἶνον ἐκίρνων. — Erant antiquitus tripodum duo genera, quorum utrumque lebetas vocabant: empyribates (i. e. qui igni admovetur), qui et loëtrochoos (i. e. lavacro inserviens). Aeschylus: Excepit hunc domesticus lebes tripus, perpetua cuius ad ignem statio est. Alterum genus, quem craterem vocamus. Homerus: Septem igni non admovendos tripodas. In his igitur vinum miscebant.

Hos versus fortasse ex Athamante ductos esse, etiam Schweighaeuserus coniicit.

AETNA. Quo tempore Hieron Aetnam conderet, fabulam hanc exhibuit poëta, felicem incolis vitam auspicatus. Anonymus in vita. Stanl.

Vulgo autem legitur ὄνομα, et εὐλόγως μένει, hoc sententiae refragante, illud metro.

ARGIVI 2. Haec corruptissima recte censuit Sigonius. Non inepta, ut opinor, haec forent, quae neque a ductibus literarum vulgatis nimium abhorrent:

Καπανεὺς μὲν οὖν καταλείπεται·
Λεπαίοις δὲ καράνοις
Ἀραρὼς, ἐνηλύσιος ἀπέλιπε.

h..e. Capaneus igitur superest; sed arduis inhaerens pinnis, fulgure decussus destitit. Quorum versiculorum primus iambicus est dimeter, secundus pherecrateus, tertius dochmaïcus.

4. Ἐμμέλεια, εἶδος ὀρχήσεως. — τραγικὴ δὲ ὄρχησις· Ἀργείοις δὲ Αἰσχύλος ἀντὶ τῆς σατυρικῆς, ἥ ἐςι σίκιννις. Hesych.

GLAUCUS MARINUS. Notat Athenaeus, κόγχος masculino genere usurpari Aeschylo, ut et Aristonymo in Theseo et Phrynicho in Satyris. Stanl.

Primum prioris horum fragmentorum versum ex vita Arati eruit Valck. diatr. in Eurip. fragmm. p. 143., eumque h. l. reponendum esse recte suspicatur, quando Stephanus, secutus Strabonem 10. p. 684. A., Δῖον urbem fuisse scribat Euboeae περὶ τὸ Κήναιον, a qua prope abfuerint Διάδες Ἀθῆναι καλούμεναι.

GLAUCUS POTNIENSIS 2. Ἱμέραν. urbem Siciliae, Zanclaeorum coloniam, Pythagorae factis celebrem, de qua in vita eius Iamblichus cap. 7. Stanl.

Legitur autem v. νεκρῷ νεκρός. repetendum ἐπί. mox v.: ἦσαν ἐκπεφευγμένοι.

DANAÏDES 1. V. Κἄπειτα δ' εἶσι — Ἕως ἐγείρω πρευμενεῖς — Νόμοισι θέντων. Nuntium haec dicere arbitror, servum Aegypti, dominorum mortes enarrantem.

2. Grotius legebat τρῆσαι, quod sane usitatius. eandem tamen vim accipere potest ex analogia τρώω. Porro legitur εὐνάεντος (Grot. εὐνοοῦντος) — Ἔλυσε (Grot. ἔκυσε) — βίον Δημήτριον. Δένδρων δέ τις ὥρα vel ὥρ' ἐκ ν. γ. Ὅρος interpretor διορισμὸν, descriptionem, genera, quomodo et ὁρίζω usurpatur pro διορίζω. Grotius reponebat Δ. δέ θ' ὥρα, ne sic quidem sanato versu. — H. Grotius sic vertit:

Penetrare terram purus ille aether cupit,
Cupit vicissim terra coniugio frui.
Ab amante coelo defluens terram simul

Foecundat imber, illa mortali parit
Cereale generi germen, et pastus gregum:
Maturitatem dat suam arboribus quoque
Mador maritus: causa at his cunctis ego.

Perquam similia leguntur in Euripidearum fabularum Chrysippi et Oedipi reliquiis.

DICTYULCI 3. Pollux: τὸ δὲ εὐήτριον ἐν Δικτυουργικοῖς Αἰσχύλος, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ ἐσθῆτος, ἀλλ' οὖν εἴρηκε,

— δικτύου δ' εὐήτρια.

Meursius: ἐν Δικτυουργοῖς, nos: ἐν Δικτυουλκοῖς, ut haec tria unius dramatis fragmenta sint Satyrici.

EPIGONI. V. δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω (ex interpretatione; subintell. λοιβὴν ex antecedentibus), τρίτον — λίβα. Seorsim quoque singuli horum versuum v. exhibentur, male quidem: nam Scholiastae verba sic habent: Τὸν δὲ τρίτον κρατῆρα Διὸς Σωτῆρος ἔλεγον, καθὰ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ,

Ζεῦ παυσίλυπε, καὶ Διὸς Σωτηρίου
Σπονδὴ τρίτου κρατῆρος.

τὸν μὲν γὰρ πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου ἐκίρνασαν, τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων, τὸν δὲ γ' Διὸς Σωτῆρος, καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις, Λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου, Ἥρας τε. εἶτα τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω, εἶτα τρίτον, Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

EUROPA 1. V. πάντα τ' ἀνθρώπων στρατοῦ. Docet Valck. diatr. in Eurip. perditorum dram. reliquias p. 225., librariis fraudi fuisse verbi ἀνθρώπων compendium ἀνῶν, atque, ut alicubi in Euripidis versu μῶν transierit in νῶν, ita hic ἀνῶν mutandum esse in ἀμᾶν, scribendumque Aeschyli trochaïcum istum hoc modo:

Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ.

Sed amat metere semper Mars optimos quosque exercitus: metere, sicut Sophocl. Antig. 610. νὶν φοινία θεῶν τῶν νερτέρων ἀμᾷ κόπις (ut vulgatam vocem κόνις recte corrigit Reiskius), illam Deorum inferorum saevus ensis demetit, quam in aedibus Oedipi dixerat ultimam ῥίζαν. Pausan. p. 612. f. ἔμελλεν ὁ δαίμων καὶ τὸ γένος τὸ Κασσάνδρου κακῶς ἐξαμήσειν. Claudius, Horatii carm. 4, 14.:

Primosque et extremos metendo
Stravit humum.

cf. Epist. 2, 2, 178.

Hactenus Vir Celeberrimus, cuius emendatio sine controversia et elegans et vera, nisi quod αἰεὶ φιλεῖ pro φιλεῖ γ᾽ ἀεὶ scribendum censui, ne fulcro γε indigeremus, versusque plenius sonaret, accito in secundam sedem spondeo.

EDONI 1. V. Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, Ὄρια τ᾽ ἔργον ἔχοντες (s. ἔχοντας, Stanl. ἔχοντα). — δακτυλόδεικτον, quod bene correxit Clar. Iacobs, — ὀττοβεῖ. Ψαλμὸς δ᾽ ἀλαλάζει, simili τῷ ψάλμα verbo ἄψαλτον, ut fit, omisso, — τυμπάνου δ᾽ ἠχὼ, versu vetante — φέρεται βαρυταρβής. Βαρυταρβὴς, etiamsi de fide vocis constet, cum modo habuerimus φοβεροὶ, frigidiusculum mihi videtur. παράτυρβος, παροῦσα τύρβη.

Ceterum haec, quae in uno eodemque Strabonis loco inveniuntur, Stanleius nescio qua inductus causa in tres partes divisit, finientes illas verbis ἔχοντα (pro quo nos dedimus ἄγοντας), ὀττοβεῖ et βαρυταρβής.

2. V. Τί ποτ᾽ ἔςαι ὁ μ. ἄ. ἀβρατεὺς ὂν σθένει. Color horum omnium satyricus.

HELIADES 2. V. δυςμαῖς ἴσου (quod fuerit δυσμαῖσι σοῦ, ex interpretatione) πατ. Ἡφαιςοτευχὲς — φέρει δρόμου π. οὐδ᾽ εἰς —.

De re narrata audi eruditissimum poëtam, Ioh. Henr. Vossium, *Mytholog. Briefe*, vol. 2. p. 156. ita disserentem:

Sowohl Helios, als seine Vorgängerin und Schwester Eos, hatte Wohnung und Familie am Ostrande der Erdscheibe, wohin er auszuruhn im Anfang der Nacht von dem geflügelten Schiffe mit wunderbarer Geschwindigkeit um das nördliche Gestade zurückgebracht wurde. Das beweist Stesichorus bei Athenäus 11, 6. (graeca transscribi opus non videtur):

Helios jezt, Hyperions Sohn,
Lenkt' in den goldenen Becher hinab *),
Damit, des Okeanos Flut durchschiffend,
Er käme zu den Tiefen der heiligen dunklen Nacht,

*) δέπας χρύσεον.

Zur Mutter und Jugendgenossin
Und den trauten Erzeugten hin.

Der Elegiker Mimnermus bei demselbigen p. 470. *lässt ihn schlafend die nächtliche Umschiffung vollbringen:*

Arbeit gab das Geschick dem Helios jegliches Tages;
Nimmermehr wird Ruh oder Erholung vergönnt
Weder den Rossen noch ihm, nachdem die rosige Eos
Aus dem Okeanos sich wieder zum Himmel erhob:
Denn ihn trägt durch wogende Flut das erfreuliche Lager,
Welches Hefästos Hand höhlend aus köstlichem Gold'
*Ihm erschuf, und von unten beflügelte *): über die Wasser*
Schwebet' er eilend im Schlaf von der hesperischen Flur
Hin zu der Äthiopen Gestad, wo Wagen und Rosse
Harrend stehn, bis heran Eos die dämmernde naht;
Drauf besteigt er ein andler Gespann, der Sohn Hyperions.

Aber das ist nur ein vorläufiges Schlümmerchen. Den rechten Schlaf geniesst er hinter Kolchis in seinem behaglichen Kämmerlein, welches Mimnermus sehr wohl kennt: denn so sagt er bei Strabo 1. p. 47.:

Zu des Äetes Stadt, wo des eilenden Sonnengebieters
Helïos Stralen sanft ruhen im goldnen Gemach,
An des Okeanos Rande, da kam der edle Ïason.

Plura in hanc rem dat Vir egregius, quae vide apud ipsum. cf. Promethei soluti fragm. 3.

THALAMOPOEI. Exhibui, quae saltem intelligi possint. V. enim haec circumferuntur: — Ἀλλ' ὁ *μέν τις* Λέσβιον *ἐκφάτνωμά τ', ἢ* Κύνημα, *τριγώνοις ἐμπεραινέτω ῥυθμοῖς.* Ἐκπερ. etiam Pauwio in mentem venit. Rideri videtur a Satyris Lesbiae nescio cuius servulae puer recens natus; a quo argumento non multum abludit Terentii Andria.

THRESSARUM 2. Verba Scholiastae haec sunt: Τὸ δὲ *τῶν αἰχμαλώτων κηδεμονικὸν μὲν, ὡς* Αἰσχύλος *ἐν* Θρήσσαις, *οὐ μὲν εὐπρόσωπον.*

SACERDOTUM 3. Huc forsan spectat quod refert Aelianus var. hist. 5, 19., Aeschylum ob quoddam drama im-

*) ὑπόπτερος εὐνή.

pietatis damnatum fratris Amyniae gratia absolutum: Αἰσχύλος ὁ τραγῳδὸς ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι. ἑτοίμων οὖν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις, Ἀμυνίας ὁ νεώτερος ἀδελφὸς διακαλυψάμενος τὸ ἱμάτιον ἔδειξε τὸν πῆχυν ἔρημον τῆς χειρός. ἔτυχε δὲ ἀριστεύων ἐν Σαλαμῖνι ὁ Ἀμυνίας ἀποβεβληκὼς τὴν χεῖρα. ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ δικασταὶ τοῦ ἀνδρὸς πάθος, ὑπεμνήσθησαν τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ ἀφῆκαν τὸν Αἰσχύλον. Idem procul dubio Clemens Alex. strom. 2., qui tamen quo evasit modo aliter narrat, se excusando quod initiatus non esset. Stanl.

IXION. Forte omisimus supra fragmentum Ixionis Aeschyleae, quod auctori suo feliciter vindicavit vir doctissimus, Ioh. Schweighaeuser, Athenaei vol. 2. p. 186. 187. (p. 182. C.). Agit ibi Dipnosophista de variis tibiarum generibus, in his de ἡμιόποις καλουμένοις.

